

ANTONII MUSAE  
BRASAVOLI MEDICI FERRA-  
RIENSIS IN SECVNDVM LIBRV M APHORISMORVM  
Hippocratis & Galeni, Commentaria & Annotationes.



RIMVM HVIVS VOLVMINIS LIBRV M, Galenus uigesimo eiusdē aphorismo, in duo capita distinctum facit; in uno etenim de ratione uictus; in altero (in quo de regimine tractat, quando totum sit naturæ permitendum, & quando non sit) de euacuatione agit. At secundum hunc librum, nec ipse Galenus usquam in capita distinxit, aut distingui uere potuit: imò, nec uniuersalis quædam, & integra intētio assignari potest, quæ breuibus omnia hic descripta complectatur, nisi forte hæc sit. In hoc libro per plura signa ab Hippocrate poni, quibus salutē aut mortem, bonum aut malum prædicere atq; præfari possimus; quod uerū esse, is aphorismus qui statim sequitur, ostendet.

APHORISMVS PRIMVS

**I**N QVO MORBO somnus laborem facit, mortale: si uerò iuuat, non mortale.

BRASAVOLVS

EX HOC aphorismo facile haberi potest, quando ex somno ægri mors prædicta possit, & quando mori non debeat: siquidem somnus ægrotanti laborem inferat, somnus inquam qui alioqui prodesse deberet, mortem imminere significat. At si ob somnum adiuuetur, & leuior efficiatur, non est mortis indicium. Oribasius hic dubitat, quum somnum Hippocrates laudauerit, quod totius corporis sit requies, cur nunc dicit somnum laborem adferre. Hoc responsum accipito, non quod laborem somnus præstet, sed talis est dicendi modus hoc in loco, ut illud quod solet temperare sæpissime laborem, & quo irrepente non meminit laboris egrotus, quum discederet penitus à consuetudine, diceret adferre laborem: imò dic tu adferre laborem, quia uere morbus augetur, & symptomata intenduntur. Philotheus ita hunc aphorismum introducit, ὅτι τῶν παρόντων ἀφορισμῶν τὸ δὲ δεύτερον τμήματ' ἐπιμείωσιμ' ὁ Ἱπποκράτης ἀπὸ τῶν ὑπανῶν διδάσκει, ὡς πρὸς ὅτι γινώσκειν, εἴ τε σωτήριον, εἴ τε οὐκ ἰσχυρὸν ἵπασταί τὸ νόσημα. idest, In præsentī aphorismo secundæ sectionis, Hippocrates à somnis significationem edocet, ex qua siue morbus salutaris sit, siue lethalis, cognoscere licet.

Ἐν ᾧ νοσήματι. idest, In quo morbo, sit cuiuscunq; generis hic morbus uel febris uel phrenitis, uel morbus lateralis. ut sensus sit, In quolibet morbi genere, in quo somnus læsionem fecerit, iudicium mortis est.

ὑπνῶν. idest, Somnus. ] Quid sit somnus, & quomodo fiat, Aristoteles in libro qui inscribitur De somno & uigilia, diffusissime egit: quauis Galenus quodammodo dissentire uideatur. Nos ne in præsentiarum tam longas ambages atq; disidia in medium referre cogamur, lectores ad horum uirorum libros remittere decreuimus.

νόνον ποίει. idest, Laborem fecerit. ] Labor hic læsionem significat, ut ex suo opposito colligi potest, nam dicit, Si uero iuuerit, non mortale. Iuuare autem labori oppositum est, uel pro opposito ponitur: propterea hic labor læsionē significat: unde & à Philotheo scriptum est, ὁ πόνος τριῆδός. πόνος ἢ βλάβη, ὡς ἐν ταύτῃ. καὶ τὸ γυνάσσειν, ὡς τὸ πόνον

πῶνοι στίων ἡγιδωσῶν καὶ ἡ δόλην. ὡς τὸ δ' ὄνο πόνου ἅμα γινομένων, idest, labor tripliciter dicitur. Labor nocumentum est, ut hic: & labor, exercitium significat, ut illud, labores cibus præstabitur: & labor est dolor, ut illud, duorum laborum simul factorum. Sunt uerò illi qui ex somno fieri possunt labores, hi: primo febris non soluitur, sed potius augetur, doloresq; augetur, atq; inflammationes, & defillationes, ac fluctiones superabundat, & dum dormiunt, deliria loquuntur, cum uerò experrecti fuerint, adhuc in delirio perseuerant, & adeo grauiter quandoq; premuntur, ut uix cum punguntur excitentur.

θανάσιμος, idest, Mortale signum est, quod intelligere oportet si diu læsio perseueret, & effatu digna sit. nam si non perseuerabit, uel modica fuerit, mortis signum non esset. Hoc præterea in declinatione intellige, in qua omnia que fiunt, ἀφελιμώτατα, idest, utilissima esse debent, ut Philotheus inquit. Tamē ipse hoc in statu dicere uidetur, inquit, ἐν μάλασι γὰρ τῷ ἀκμῆ βλάβη ὁ ὕπνος ποιῶσι, θανάσιμος ὄν, idest, Et maxime in statu si somnus nocumentum fecerit, letale est. Nos uero putamus Philothei contextum mendosum esse, & ubi legit ἀκμῆ, idest, statu, legendum παρακμῆ, idest, declinatione. de alijs enim temporibus mirum non est, quod somnus obsit, præsertim de principio. ut in Galeni cōmentatione ostendemus. Cur autem in declinatione læsio fiat, à Philotheo hæc causa assignatur, τὸ πρὸ γίνεται ὅτι τὴν ἀδένειαν τοῦ ἐμφύτου θερμῶς, μὴ δυναμῆος, πρὸ γινέσθαι τῶν νοσοποιῶν ἀπῶν, idest, Hoc autem fit ob caloris innati imbecillitatem, causas morbum facientes superare non potens.

ἢ ἢ ὄπνο ἀφελῆς, ὁ θανάσιμος, idest, Si uerò iuerit, non mortale. Nā, ut Philotheus dicit, ἀγλῶται γὰρ ἐκ τῶ κελῶς εἰ ὕλαι πεπεφθαί, idest, ostenditur enim ex hoc bene materias concoqui. Vnde si profuerit somnus, est quidem bonum signum, tamen necessarium salutem non prædicat, & si quantum in se est, id facere possit: ueruntamen quia in hoc egro alia signa mortis indicatiua esse possent, propterea hoc loquēdi modo usus est Hippocrates, non mortale: & dicere noluit esse salubre signum, quamuis & id sui ratione dicere potuisset.

## GALENVS

QVOD quidem labor apud ipsum nunc læsionem significat, clarum est ex eo quod opponitur. Inquit enim. Si uero iuerit non mortale. Cum uerò duplex sit ea quæ ex somno fit læsio, altera cōmunis quæ in principijs fit accessionum, quas annotationes uocant, altera propria, ut in quibusdam morbis, quando in aliquo alio tempore somnus nocet, de hac ipsum dicere est existimandum. Altera enim neque mortem, neq; aliquod aliud graue significat, cum naturam temporis consequatur. In principijs si quidem accessionum, & calor naturalis totus, & humores in profundum corporis uergunt, quemadmodum ipse docuit, & præcipue in quibus horror, uel rigor, uel fortis partium exteriorum refrigeratio contingit. Et propterea, si in principijs dormierint, casus illis protenduntur, & uix febres ad consistentiam perueniunt. Si qua uero inflammatio sit circa uiscera, rationabile fit ipsam adaugeri: & si humores aliqui ad uentrem confluant, non æque, atq; in alijs somnis concoquuntur, sed plures fiunt incocti permanētes. Ob hanc scilicet causam, ægrotis uigilias præcipimus tempore illo, que fit ex ipsis, spiritus, sanguinisue, atq; caloris habitantis in eis ad exteriora motionem uolentes opponere, tanq; maximum auxilium aduersus illam quæ fit in accessionum principijs, sanguinis, spiritus, & caloris naturalis ad interiora retractionem. Quare non sine ratione dixerit quispiā huiusmodi læsiones hoc tempore accidere ex natura accessionis, & ex uigilia prohiberi. Cum uerò hac priuati fuerint ægrotantes, tunc damnū sentiunt manifestius, non quia altera læsio occidat ex somno, sed quia deest illa quæ ex uigilia habetur utilitas. Hic quidem sermo ostendit nullam fieri in accessionū principijs, ex somno læsionē, sed hoc ipsum tantummodo carentiam utilitatis. Est uerò & alter sermo concedens ex somnis fieri hoc tempore læsionem, & uult nunc Hippocratē docere de his qui in alijs temporibus dormiunt, in quibus in totum manifesta utilitas ex somno cōsequitur, præsertim ubi morbo declinante adhibetur. Nam & aliquando morbo iam consistente adhibitus manifestā affert utilitatem, & quandoq; in extremis partibus augmenti, quæ ad consistentiā copulatur. Sed manifestissima omnium utilitas in declinationibus fit: & quidē cum somni nocent, minus quidem exitiales sunt iam consistente, atq; in crescente accessione, præcipue uerò in declinationibus

nibus perniciosi. Nam quo tēpore aliquod est utilissimū, si præter id quod nihil prodest, etiam nocet, mortē non sine ratione significat. Ex somno autem læsiones contrariæ sunt utilitatibus, quod uidelicet febres ex ipsis non dissoluuntur, uel etiam excitantur, & quod dolores intenduntur, & fluctiones multiplicantur, & crescunt inflammationes. Quidā uerò, ex ipsis inter dormiendū delira loquuntur, & ubi expergefacti fuerint multo tempore in delirio perseverant. Quosdam somnus grauissimus dormientes occupat, & uix cū pun- guntur, excitantur. Hæc uerò omnia contingunt propter humorū prauitatem quos ubi calor innatus fortior extiterit, per somnos concoquit. Quādo uerò debilior, succumbit, & ab illis uiscera aggrauantur, & dictis affectibus homo corripitur. Ipse etenim Hippo- crates uult hominem uigilantem extrinsecus esse calidiorem, dormientem uerò cōtrario modo se habere, id nos edocens, quod etiam quibusdā alijs rerum naturalium studiosis ui- sum est, somnū, atq; uigilias fieri secundū innati caloris motiones. Non absq; ratione igitur euenit, ut cum in uisceribus iste collectus, causas morbificas nequeat euincere, permi- tiem significet. Si tamen euicerit, non propterea certæ salutis est signum, nisi quod quisi- piam, quantū ad talem affectū attinet, ægrotum dixerit non periclitaturū, qui tamen ex alio possit interire. Nam si qua inflāmatio aliquam ex partibus principalibus præoccupa- uerit solui difficilis, contingit ægrū qui ita se habeat interire. Quare securius pronuncian- dum est. Vbi ex somno læsio aliqua aduenit, lætalem esse notam, cum uerò prodest, non lætalem. Quod uerò ex somnis aliqua accidant læsiones, ipse in libris quos Epidemia in- scripsit, ostendit, his uerbis. Inter hos multi erant graui oppressi somno, & delirantes, nō nulli uerò ex somno tales fiebant.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet uocabulū Labor læsionem significare in hoc loco, per illa quæ sequuntur. Si uerò somnus iuuerit, non mortale. opponuntur autem hæc duæ senten- tiæ, ideo & labor erit oppositus iuuamento. At labor, qui iuuamēto opponitur, est læsio.

Quod legitur. Si uerò iuuerit, non mortale, lege, si uerò somnus iuuerit, non mortale. nam Græce habetur *ἢν δὲ ὑπνῶ ἀφελῆσθαι, ἢ θανάσιμον*. Leoniceus, & hic, & in apho- rismi contextu prætermisit illam particulam, Somnus.

SECUNDO Galenus docet, duplicem esse læsionem, quæ ex somno fit, cōmunem, quando in accessionum principijs ægrotantes dormierint, & propriā, quæ in aliquo mor- bo in alijs temporibus fit, de qua Hippocratem intelligere censendū est. prima non signi- ficat mortem, sed bene secunda.

Quod legitur, altera cōmunis, quæ in principijs fit accessionum, quas annotationes uocāt. Græce habetur *τῆς μὲν κοινῆς, ὅταν ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν παροξυσμῶν, ἢς ἀποσημασίας, ὀνομάζουσι, οἱ κείμενοι κοιμηθῶσι*, idest, Altera cōmunis, quando in principijs accessio- num, quas ἀποσημασίας, idest annotationes uocant, ægrotantes dormierint.

TERTIO Galenus docet, in accessionum principijs quid fiat, & cur somnus lædat, & quantum lædat. In principijs si quidem totus naturalis calor, & humores, in corporis profundum retrahuntur, & hoc præsertim fit, ubi uel horror, uel rigor, uel partium exte- riorum refrigeratio contigerit. hæc autem in solis intermittentibus febribus fiunt, unde in ipsarum principijs uigilare iubemus, quoniam si fiat secus, adeo febres protenduntur, ut uix ad statum peruenire possint. Et si inflammatio uiscera occupabit, augetur, & si hu- mores ad uentrem confluerint, ita facile non coquuntur, ut in alijs somnis contingit.

Quod legitur, & præcipue in quibus horror, Græce est *καὶ μάλλον ἐφ' ὧν ἦτοι φοβήθησιν*, idest, Et magis in quibus uel horror quidam.

Quod etiam legitur, casus illis protenduntur, Græce habetur *αὐτῆς χρονίζουσα τὰ συμ- πτώματα κοιμηθῶσι ἐν ταῖς ἀρχαῖς*, idest, Ipsi producuntur symptomata in principijs, dormientibus.

Quod etiam legitur, Rationabile fit ipsam adaugeri, Græce est *ἐπιπλεονεχέειται*.

Quod etiam legitur, Sed plures fiunt incocti permanentes, legendum est, Sed longe plures, nam Græce dicitur *ἀλλὰ πολλὰ πλείους γίνονται, διαμείνοντες ἀπεπτοί*.

QUARTO Galenus docet, hanc esse causam, cur euigilati seruentur, quia uigilia il- lud ad circumferentiam trahunt, quod in principium febris intus ducebat, scilicet calorem naturalem, spiritus, & sanguinem,

Quod

Quod legitur, quæ fit ex ipsis, lege, eam quæ fit ex uigilia.

QUINTO Galenus docere uidetur, somnum in principio non nocere, sed esse priuationem utilitatis, quod non mediocriter considerandum est, nam somnus in hoc tempore uere obest. Imo & nos putamus Galenum hoc uoluisse, propterea dicit esse alterum sermone, qui concedit, in principio fieri læsionem ex somno, ut somnus non solum sit carentia utilitatis, ut nonnulli putarunt in accessionum principijs, immò etiam ledat, unde in principijs ex somno duo mala contingent, alterum est carentia utilitatis, alterum uera læsio.

SEXTO docet, in morborum principijs utilitatem manifestam percipi, etenim semper prodest, uel semper prodesse deberet in declinatione somnus, in statu quandoque prodest, & in ultima parte augmenti, quæ statui proxima est, tamen est manifestissima somni utilitas in declinatione, propterea cum somni nocent in augmento, in statu, & in declinatione, minus tamen exitiales sunt in augmento & statu, in declinatione uerò perniciosissimi sunt, nam quo tempore aliquid est utilissimum, si præter hoc quod nihil proficit, etiam obsit, mortem futuram conuenienter significat.

Quod legitur, in totum, Græce est τὸ πῆμα. Quod etiam legitur, non sine ratione, Græce est εἰσότης.

SEPTIMO læsiones illas enumerat, quæ ex somno consequi possunt. Sunt autem hæc. Primo febres non soluuntur. Secundo quandoque magis crescunt. Tertio dolores intenduntur. Quarto destillationes multiplicantur. Quinto inflammationes crescunt. Sexto aliqui dormientes dum dormiunt, delirant, & cum expergiscuntur, diu in delirio perseuerant. Septimo quidam adeo graui somno occupantur, ut excitari non possint, etiam si pungantur, aut uiu excitentur.

Quod legitur, Sed etiam excitantur, Græce est ἢ καὶ πρὸς ὕπνου, febris uel non soluitur, uel etiam iritatur.

Quod etiam legitur, & fluxiones multiplicantur, Græce est καὶ τὰ ρεύματα πλείω γίνονται, idest, & fluxiones plures fiunt.

Vbi legitur Quidam uerò ex ipsis, hæc particula, ex ipsis, in Græco contextu abest.

Quod etiam legitur, Quosdam somnus grauissimus dormientes occupat, Græce est ἧτοις δ' ἀρχὴν κώματος ἢ τῷ ὕπνῳ γίνονται, idest, Quibusdam autem principium comatis in somno fit. Est uerò coma intensa somni deprehensio.

OCTAVO docet, has læsiones fieri ob humorum prauitatem, quos innatus calor si uehemens fuerit in somnis concoquit, sed cum imbecillis est, & concoquere non potest, succumbit, & uiscera ab illis grauiora redduntur. Hippocrates etenim uigilantem hominem extrinsecus calidiorem esse dicit, dormientem uerò intrinsecus, quod & plurimis etiam philosophis uisum est, somnum & uigilias, secundum innati caloris motionē fieri.

NONO Galenus edocet, Si in somno calor naturalis uicerit, non esse signum salutis, tamen ipse dicit, quo ad illud esse signum salutis, quamuis alia plura adesse possint, quæ mortem prædicere & procurare poterunt. Vnde Galenus iubet potius legendum esse (nam & securius est) ubi ex somno læsio aliqua aduenit, letalem esse notam: cum uerò prodest, non letalem.

Quod legitur, Nisi quod quispiam, illa particula, quod, uacat.

Denique ex testimonio libri Epidemiorum Galenus docet, ex somnis læsionem fieri.

Quod legitur, Inter hos multi erant graui somno oppressi, hæc particula graui somno oppressi, Græce est κωματώδεις.

## APHORISMVS II

**V**bi somnus delirium sedat, bonum.

## BRASAVOLVS

HIC Aphorismus merito à Galeno, & ab Oribasio cum præcedenti coniungitur, nam conclusio quædam est, quæ ex præcedentibus elicitur. Quippe dictum est, si som-

nus obfuerit, esse mortis indicium. Si uerò non obfuerit, sed proderit, esse quidem bonum signum, sed non certum salutis, prodesse uerò potest, uel quia delirium sedabit, uel febrem, uel inflammationem, uel aliquid simile, propterea Hippocrates de uno exemplum ponens, reliqua subintelligenda esse censuit, exemplum autem in delirio posuit, tanquam de eo quod inter affectus illos, qui contingunt, difficillimum est. Ita igitur exorditur, Vbi somnus delirium sedat, bonum; quia indicium est naturalem calorem morbi causas superare, addere autem potuisset, ubi somnus febrem sedat, bonum; ubi somnus inflammationem sedat, bonum; ubi somnus destillationem sedat, bonum. Itaque per omnia discurre, quae à somno per caloris naturalis uim corrigi possunt, unde & à Philotheo dicitur, *ἀνω κελυβικῶ τέρου τὸν λόγον ποιῶμεν ὅτι ἐλεγχ, ὅτις ὑπὸ πίνου πίνει, ὁ δὲ ἀντιστοιχοῦν, ὁ ἐλεγχ, ἐκεί, πρὸς τὸ νῦν εἶναι τὸ πρᾶγμα, ὅτι τὸ φάναι, ἐκὼν πρᾶξασώλω ὑπὸ πίνου, ἀγαθόν, καὶ ὅτις μὲν, ὡς ἰλοσώπμ, τὸ χαλεπωτάτο νοσήματ, τὰ τῆσιν εἰ πρᾶξασώλω, μνησείσ, ἐδὴλωσεν, ὅτι τὰ λοιπὰ, τὰ τῆσιν, φλεγμονήν, πυρετόν, ὀδύλω, ἐκὼν οὐ ὅτις πίνου πίνου, ἀγαθόν, ἰδὲστ, Superius uniuersalius sermonem faciens, dicebat, Vbi somnus labore sedat, non letale, & quod ibi dicebat, nunc fidem facit per exemplum, in eo quod dicit, ubi somnus delirium sedat, bonum. Et hic quidem tanquam breuiter tatis amator, molestissimi morbi, hoc est delirii mentionem faciens, ostēdebat, quod reliqua, hoc est inflammationem, febrem, dolorem, si somnus cessare fecerit, bonum est. *ὅτις πρᾶξασώλω ὑπὸ πίνου, ἀγαθόν, ἰδὲστ, Vbi somnus delirium sedat, bonum*] quia significatur uires amplas esse, & aptas ut morbo oppugnet.*

## GALENVS

Si ambos dixerimus aphorismos, & hunc scilicet & antecedentem, inuicem iungi, totus sermo talis utique fiet. In quo somno morbus laborem facit, mortale, si uerò iuuat, non mortale. Vbi igitur somnus delirium sedat, bonum, ut quoddam ueluti exemplum particulare subiungat sermoni antecedenti uniuersaliter dicto. Tanquam si ita dixisset. Vbi dolorem somnus sedat, bonum. Vbi igitur febrem somnus sedat, bonum. Vbi igitur inflammationem sedat somnus, bonum. Sed satis fuit ei tantum periculosiorem morbum nominare. Nam ueritas sermonum uniuersalium, ex huiusmodi exemplis magis dilucet.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet præcedentem Aphorismum, & hunc simul iungi, imò & Oribasius eos simul cōiunxit, & hic est ipsorum sensus, in quo morbo somnus laborem facit, mortale; si uerò iuuat, non mortale. ubi igitur somnus delirium sedat, bonum. ac si exemplum singulare sermoni antecedenti uniuersaliter dicto subiungat, ac si ita dixisset, ubi dolorem somnus sedat, bonum. ubi febrem, ubi inflammationem somnus sedat, bonum. At satis fuit Hippocrati qui breuitati studet, & qui (ut dicit Philotheus) est *ἰλοσώπμ*, idest, breuitatis amator, solum periculosissimum morbum nominare, nam uniuersalium sermonum ueritas ex his exemplis magis dilucet.

In huius commentationis principio deest particula, deinceps. nam Græce hoc modo scripta est, *ἐὰν ἐφεξῆς ἀμφοτέρωσιν ἀποσεισῶσιν τὸ πρᾶγμα καὶ τὸν πρᾶξασώλω*, idest, Si deinceps dixerimus ambos aphorismos, & hunc scilicet & antecedentem inuicem iungi, uel mutuum nexum habere.

Quod legitur, Sed satis fuit ei tantum periculosiorem morbum nominare, hæc particula Periculosiorem, in Aldino contextu eodem modo legitur *κινδυνωδέστερον*, Sed in nostro antiquo contextu habetur *κινδυνωδέστατον*, idest, periculosissimum.

## APHORISMVS III

Somnus, atque uigilia, utraque si modum excesserint, malum.

## BRASAVOLVS

HIC Aphorismus cum præcedente quodammodo iungi atque cōtinuari posset in eodem tenim

etenim de somno dicebat, bonum esse, quoties delirium soluerit. nunc de somno, & de eius opposito, id est, uigilia agit, & quādo obsint, edocet. Si, inquit, somnus & uigilia modum exceſſerint, utrunq; malum est. Quod ex his probari potest, nam hæc supra modum facta, non possunt nisi ab intensioribus causis quā naturæ conueniat, prodire. nempe naturalis somnus fit refrigerato primo sensorio, & tam diu producitur, quāmodi naturæ uis dormientis constituto exegerit. At si primum sensorium nimis quā conueniat, in frigidatum sit, somnus inducitur, qui modum excedit, & illius temperaturæ consuetudinem, propterea malum est, & quia signum malum, & quia causa mala. At si primum sensorium magis calidum sit quā conueniat, uigilias à naturali constitutione modum excedentes, & à naturali ordine eius qui uigilat, facit, propterea, & hoc malum signum est, & mala causa. Cum ergo uel somnus, uel uigilia modum excedunt, id est, naturalē usum, & naturalem ordinem, atq; temperaturam eius qui hæc habet, malum signum est. Vnde Galenus in huius partis commentatione dicit, somnum esse excedentem naturæ modum, quando solum tempore exceſſerit modum naturæ, & nondum difficile habuerit expergefactionem. quia cum difficilem habet expergefactionem, sine dubio malum est. Hippocrates prope finem secundi libri De ratione uictus, de somno & uigilia agit, quando mala sint, & quando non sint, inquiens: somni ieiunū emaciant, & refrigerant, nisi longi sint, nam humidum, quod inest, euacuant. hi uero magis calefacientes, carnem liquefaciunt, corpusq; dispargendo dissoluunt, languidumq; reddunt, saturum uero calefacientes, madefaciunt, nutrimentumq; per corpus spargunt. Somnus uero post matutinas deambulationes ualde siccit. Vigilia autem saturos reddit. cibum enim liqueſcere non sinit: ieiunus emaciat quidem, sed minus lædit. His uerbis Hippocrates potius docet quando prosint, id est, quo tempore, & obsint somnus & uigilia, quā aphorismi causam reddere possint. Galenus uero libro tertio De locis affectus capite quarto, ubi de memoria deperdita agit, deq; alijs affectibus, qui circa principem animæ facultatem euenire possint, prope capitis finem, hunc aphorismum refert, docetq; ardorem uigilias facere, refrigerationē uero soporem. Est uero de somno & uigilia non mediocre dubiū, à quibus qualitatibus potissimum fiāt, an ab actiuis, an à passiuis, alicui enim uidebitur, ex passiuis qualitatibus solū induci, ut ex humiditate somnus fiat, ex siccitate uigilia, nam somnus fit cum impletur humiditate & uaporibus uentriculi cerebri, cum uero desunt, aut exiccati sint, uigilię consequuntur. propterea uidebitur ex passiuis qualitatibus potius fieri, quā ex actiuis, tamen Galenus in huius aphorismi commentatione ex actiuis qualitatibus inferri dicit, inquiens, ex caliditate uigilias, ex frigiditate somnum induci. Idem sentit tertio libro De locis affectus capite quarto prope finem, docens, ex frigiditate somnum, ex caliditate uigilias fieri. Et quia præscriptum dubium fortassis offendit, propterea inter loquendum docet, siccitates etiam uigilias, & humiditates somnum facere, tamen primas partes habent caliditas, & frigiditas: secundas uero humiditas, & siccitas. Galeni uerba hæc sunt, quippe quod ad uigilias soporesq; per morbos pertinet, calida, frigidaq; distemperantia primam sibi facultatem uendicant. altera uero ab hac ad humiditatem, ariditatemq; refertur. Item Balnea quoque, eo quod caput madefaciunt, soporiferā sunt, haud secus uini moderata potio, omnes cibi humectantes, atque ex ætatibus pueritia quidem ob humorem somnolenta est: senes uero ob ariditatem uigilijs uexantur. Igitur omnia hæc argumento esse possunt, ad animi ignauiam inducendam, humiditatem præter naturam secundas partes obtinere, frigiditatem uero priores. proinde ut humiditas abundans uel sola, longos, profundosq; somnos: ita ariditas quoq; sola uigilias efficit. Postea addit, de quibus dispositionibus ab Hippocrate dictum est, somnus, aut uigilia si alterutrum modum excessit, malum est. Sed non ab re dubitare poteris, quid futurum sit, quando simul actiue & passiue qualitates mixte fuerint, ut caliditas & humiditas, frigiditas & siccitas, nam una, quantum ex se sit, somnum: altera uigilias inducit. De illis uero qualitatibus non loquor, & earum coniugatione, quæ simul unam ex his affectionibus augēt, sed de his quarum una somnum facit, altera prohibet, nam ut præcitato loco docet Galenus, Si frigus cū humiditate uehementer intendatur, soporem, stuporemq; constituit. Nos igitur respondemus, si calor humida-

tem superauerit, hic erit magis promptus ad uigilias; at si calor ab humiditate superetur, in somnum potius inclinabit. Vnde, ut à Galeno præcitato loco scriptum est, hæc uaria cōplicatio facit, ut multifariæ inueniantur causæ, quæ animales actiones lædere possunt, & adde quæ magnam diuersitatem in somno & uigilia faciunt. Vnde cum frigida calidis, uel humida siccis commiscetur, affectus quidam fit, qui nominatur uigilans sopor, ut cum biliosa pituitosis miscetur, itaq; & de alijs complicationibus dicere oportet, ex quibus affectionum uarietates nascuntur. Galenus quoq; huius aphorismi, in Exhortatione ad bonas artes, mentionem facit, ubi omnia moderata esse iubet, & somnum & uigilias.

ὕπν⊙, ἀφύπνις, ἀμόπρα μᾶλλον τοῦ μετρίου γινόμενα, καὶ ὄν, idest, Somnus, uigilia, utraq; modum excedentia, malum.] Nam ut dicit Philotheus, ἀμφω κακὰ ὡς ἐμετρα, id est, Ambo mala, ut inmoderata. Suntq; mala, & tanquam signum malum, & tanquam causa mala. De somno quidem, tanquam signum, quoniam ut Philotheus dicit, ὅγλοι πλῆθ⊙ ὕλης, καὶ ἀδένειαν διωάμεως, idest, ostendit materiæ multitudinem, & uirium imbecillitatem: tanquã causa uerò, quoniam (ut idem author prosequitur) ὡτὲ τῆνε τὸ πλῆθ⊙, καὶ συγχαρῶν αὐτῷ διαφορηθῆναι, idest, Multitudinem intendit, non permittit ipsam discuti. Vigiliæ autem malæ sunt, ut signum, & ut causa, ut signum quidem (eodem author) quoniam, ἐνδύκνυται φρεσότητα, idest, Siccitatem demonstrat, tanquam causa uerò, quoniam ὡτὲ τῆνε αὐτῶν τῆ διαφορησει, idest, Intendit ipsam, scilicet siccitatē, discussione uel concoctione. Oribasius dubitat, si somnus malus est, & uigiliæ malæ, quid erit bonū? Dicimus nos, nec somnū nec uigilias esse mala cum moderata sunt, sed solū cum ἐμετρα, idest, Immoderata. Tamen Oribasius longo discursu docet ætates, in quibus cōueniat somnus, & quibus uigiliæ, & qui sunt somni, & quæ uigiliæ naturales, & quæ præter naturam. nam hic somnus, qui modum excedit, præter naturā est. Philotheus quoq; hic antiquorum dubium facit, inquiring, ἀπορεῖσι δὲ τινες λέγοντες, ὅτι διὰ τὴν ἐπιεὺ ὕπνου μακροῦ. ὁ γὰρ μακρὸς ὕπνος εἶ ὕπν⊙, ἀλλὰ κῶμα λέγεται, ὅτι ἄλλο κῶμα, καὶ ἄλλο μακρὸς ὕπν⊙. τὸ μὲν γὰρ κῶμα, εἰ μόνον τῷ μήκει χαρακτηρίζεται. ἀλλὰ καὶ τῷ δυσχερῆτι. ὁ δὲ μακρὸς ὕπν⊙, τῷ μήκει μὲν, εἰ μὴ καὶ καὶ τῷ δυσχερῆτι, idest, Dubitant uerò quidam, dicentes, propter quid somnum longum dixerit, nam longus somnus non somnus, sed coma, idest, sopor uocatur. Sed aliud est coma, aliud somnus longus. Coma etenim non solum longitudine exprimitur, sed & ex eo quod est difficile excitabilis: longus uerò somnus longo quidem, sed non eo quod est difficile excitabilis.

Vna denicq; est Galeni sententiã quarto De symptomatū causis libro prope finem, quæ ambigere facit, an somnus longus à cerebri frigiditate fiat: ubi dicit, dignum esse, medicinam, quæ tantum humectat, somniferam nuncupare. Quæ uerò sensum obtundit, & obtupescere facit, somnifera uocanda non est. Respondemus, omnino perfectum somnum ab humiditate fieri. Stupidum uero somnum à frigiditate.

## GALENVS

**N**ONNULLI ex medicinarū professoribus existimarunt, uigiliam modum excedentem malum esse, & signum, & causam, non tamen somnum. Hunc enim semper bonum esse, & signum, & causam, & nunquam fieri somnum modum excedentem: plurimos uerò decipi arbitantes somnolentas, & graues dispositiones incipiētes, somnum esse longum. Verum hi à nobis discentes, quod nondum somnus grauis nominatur, nisi difficilem habuerit expergefactionem, concedant recte somnum longū nominari, quando solum tempore excesserit modum naturæ conuenientem, & nondum habuerit difficilem expergefactionem. Fit autem huiuscemodi somnus refrigerato primo sensitio, hoc est cerebro ipso, quæ refrigeratio cum fortis fuerit mixta quidem humiditati facit lethargicas passionēs. Cum siccitate uerò eas quæ Græco uocabulo catalepeses, idest, deprehensiones nominantur. Sic & uigiliæ sunt quidem propter calorem primæ partis sensitiuæ, sed uel ex sola intemperatura, uel ex humoris biliosi abundantia. Horum uerò talium omnium demonstrationes in nostris sunt scriptæ tractatibus. Nunc autem sufficiat sola eorum capita tetigisse. Sicuti autem quidam fuere qui solum somnum semper fieri cum

cum modo existimantur, & nunquam extra modum, sic nonnulli rursus aiunt uigiliam nunquam esse moderatam. Sed hoc nomen solum immoderantiam significare, obliuiscimus quæ in usu uitæ seruetur consuetudinis, quoniam & mala nonnunquam mediocria dicimus magnorum comparatione. Sic igitur audire oportet uigiliam mediocrem, ac si significet paruam.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus duas sententias antiquorum de somnio refert. nam quidam medici putarunt uigilias modum excedentes esse signum malum, & causam malam; somnum uero quantumcumque longum, semper esse bonum & signum & causam, propterea nullus somnus excedit. Horum ratio esse poterat, quia somnus fit (ut putabant) ex plenitudine uaporosa, quæ per somnum resoluitur. eam uero resoluam semper bonum est, ideo & somnus semper bonus erit. Et re uera si per somnum, quietum somnum intelligerent, non essent frustra locuti. At quia de omni genere somni loquuntur, propterea arguendi sunt, atque explodendi. Quoniam longus somnus ex frigidityte fit, quæ est mala causa. Alij uero per excedentem somnum, somnolentam dispositionem & grauem, uel stuporem intelligunt. Quos Galenus ex consuetudine reprehendit, non enim apud graecos auctores consuetum est, somnum longum, stuporem, & somnum grauem nuncupare, nam non est grauis somnus nisi difficilem excitationem habuerit. Hæc uero differunt, difficilem habere excitationem, & modum naturæ conuenientem excedere. Longus etenim somnus est, quando modum naturæ conuenientem excedit, & non habet difficilem expurgationem. cum uero difficilem expurgationem habuerit, tunc est grauis somnus, qui coma dicitur, uel stupor.

Quod legitur, Arbitrantes somnolentas & graues dispositiones incipientes somnum esse longum, graece habetur, τὰς κοιμητικὰς διαθέσεις, ἀρχομένης νομίζοντας ὑπνοῦ ἐν μακρῷ. Dispositiones in coma uel soporē plabentes quæ incipiunt, longum somnum esse arbitrantes.

SECUNDO Galenus docet, cum somnus fiat refrigerato primo sensorio, id est, cerebro, si refrigeratio imbecillis fuerit, somnus debilis erit. Si uero fortis fuerit, & humiditati commixta, lethargiam facit. Si siccitati, catalepsis, id est deprehensiones, quas recentes congelationes uocant. Idem sunt apud graecos auctores κατάληξις, & κατάληψις, quæ ἀπὸ τῆς κατὰ χεῖρα, quod est occupari atque detinere, dicitur. Galenus in libro Definitionum sibi adscripto, dicit hæc esse sensuum priuationes in anima, cum totius corporis concretione, eo modo quo res aliqua gelantur.

TERTIO Galenus docet uigilias fieri ob calorem primi sensorij, id est, cerebri, qui calor uel ex sola temperatura prouenit, & a recentibus sine materia uocatur, uel ex abundantia bilis.

Denique notat, aliquos fuisse, qui putarint uigilias semper esse immoderatas, quos Galenus ex consuetudine reprehendit. nam & si uerum sit, quod uigilia immoderantia quamdam semper significet, tamen mala quandoque mediocria uocamus e comparatione maiorum. Itaque dicimus uigiliam mediocrem, ad maiorem comparantes.

Quod legitur, cum modo, Graece est σύμμετρον, & quod extra modum, graece est ἄμετρον.

Quod etiam legitur, ac si significet paruam, graece est ὡς ἰσὼς τῆς μικρᾶν.

## APHORISMVS IIII.

NON satiety, non fames, neque aliud quidquam, quod modum naturæ excesserit.

## BRASAVOLVS.

ANATURA ipsa omnium parente, & a philosophis per traducendam quandam, atque poetis, id quod nimis, exprobratum est, & ab his qui naturaliter uitæ munij utuntur, experientia comprobatur. Vnde antiquissimum illud oraculum adagio receptum est, Ne quid nimis, quod Aristoteles tertio Rhetoricorum libro Biati attribuit, alij uero alijs philosophis, aut poetis, imò & distichon graecum extat,

Ἐμὲ τὸ πᾶσι τῶν ἀκαίρων ἐπέε λόγῳ ἐστὶ παλαιός,



ὅτι καὶ τὸ μέλι τὸ πλεον ἔχει χολή.

Intempestiuum est, quodcumq; superfluit; Aiunt.

In bilem transit mel quocq; si nimium est.

In hoc autem Aphorismo ab Hippocrate huius adagij sententia quodammodo exprimitur, cum dicit, facietas illa quæ modum nature excedit, id est, nimis est, bona non est, fames, quæ eundem nature modum excedit & quæ nimis est, bona non est, & alia eodem modo, ut caliditas, quæ modum nature excedit, frigiditas, humiditas, siccitas, sitis, & eiusdem generis reliqua, quæ cum nimis sunt, bona non sunt. Nam sanitas est quædam æqualitas atq; commoderantia, à qua si quispiam digrediatur, in immoderantiam pertranlit, quæ uel ægritudo est, uel ægritudinem inducere potest, sed ut Hesiodus inquit in libro

μέτρα φυλάσσει, καὶ ὁ δὲ ὕψι πάντων ἄριστος. id est, Mensuram serua, modus in re est optimus omni.

Hippocrates in tertio De ratione uictus libro huius aphorismi causam reddere uidetur. In hoc enim libro plenitudinem reprehendit, primo plenitudinis signum edocens, cum corpus plenum quiescit, meatus spiritus claudatur, quod cum labore calefit, extenuatur, & excernit. Paulopost alia quædam adiecit signa, inquit, corpus totum nonnullis dolet, quibusdam quæuis pars, dolor est ubi lassitudo, nam desidia, plenitateq; delassari uidentur, nec prius se curant, q̄ febris ueniat, quod nec adhuc agnoscunt, sed balneis & cibis utuntur, corpusq; ad pulmonis uitium, postremumq; periculum deducunt, perueniuntq;. Tuq; eodem loco multa alia plenitudinis signa uidere potes in Hippocrate & diuersitates. Galenus præterea huius aphorismi, & præcedentis mentionem facit in Exhortatione ad bonas artes, ubi in athletas inuehitur, Hippocratem adducit, qui de tuenda ualitudine loquens inquit, labores, cibi, potus, somni, uenus, omnia moderata: & in fronte libelli, cui titulus est, Quod optimus medicus idem sit & philosophus, docet ex Hippocrate moderandam esse uictus rationem, & passim à medicis receptum est, omne nimis esse nature inimicum.

Ex præcedenti aphorismo, & eo quem nuper interpretati sumus, unus in hunc modum continuus fieri posset, somnus & uigilia, quæ modum excedunt, mala sunt. Adde facietatem, famem, sitim, calorem, frigus, & reliqua eiusdem generis, cum modum nature excedunt bona non esse. At non dicit esse simpliciter mala, quoniam aliqua sunt magis, aliqua minus mala.

Celsus libro primo capite secundo de his agens, quæ seruanda sint stomacho imbecillis, inquit, ubi ad cibum uentum est, sæpe inutilis nimia facietas, sæpe inutilis nimia abstinentia.

ὄν πλοσμονή, id est, Non fatietas, per fatietatem plenitudinem illam intellige, qua membra omnia satura sint, uel solam ciborum facietatem, quoniam apud Galenum talis uidetur huius uocabuli usus, qui in septimo decimo aphorismo huius libri dicit, plus enim cibi, quam modo nature conueniat πλοσμονή, id est, facietas uocatur. Humor uero plenitudinem πλοσμονή nominare consueuit. Tamen Aristophanes in Pluto utitur uocabulo πλοσμονή ad cuiuscumq; rei fatietatem intelligendam. Chremilus Plutum alloquitur, dicitq; neminem inueniri Pluto, id est, diuitijs plenum. At aliarum rerum est fatietas, & utitur uocabulo πλοσμονή in uarijs reb. & non in solis cibis. Chremili uerba hæc sunt, τὸ μὲν γὰρ ἄλλω ἐσι πάντων πλοσμονή, id est, Aliorum enim omnium est fatietas.

Et quæ sint ista, enumerat Chremilus, quorum sit fatietas. His uero quæ referuntur ad animum spectantia, Carion seruus aliqua semper interponit ad ganeam pertinentia.

Hæc igitur sunt, quæ de fatietate dicuntur. ἔρωτῶ Car. ἄρτων.

Chr. μισθῶν Car. πραγμάτων Chr. λυγῶν Car. πλοσμονῶν.

Chr. ἀνδραγαθίας Car. ἐχθρῶν Chr. φιλοψυχίας Car. μάχης.

Chr. στρατηγίας. Car. φανῶν. id est, Amoris Car. Panum.

Chr. Μουσικῆ Car. Βελλαρίων Chr. Ἐτιμῶν Car. Πλασμάτων.

Chr. Virilitatis Car. Caricarum Chr. Ἀμφοδονίας Car. Μασσῶν, id est,

Scitamea

Scitamenti uel cupedia, Chr. Artis militaris. Car. Lentis.

Vides igitur πλησμονήν, id est, plenitudinem de alijs rebus, præter cibos dici, tamen in proposito Hippocratem de satietate quo ad cibos intelligamus sola, & non de plenitudine, quæ πληθὺς & πληθώρα uocatur.

ὄν λιμός, id est, Non fames, quæ modum excedat. Quidam per famē euacuationem intelligunt, quæ plenitudini correspondet. Qui & si uerum dicant, tamen in fame intelligendus est, quæ ciborum satietati opponitur.

ὄν δ' ἄδεν ἄλλο ἀγαθόν, ὅτι αὐτῶν φύσεως ἢ, id est, Neq; aliud quicquam bonum, quod magis naturæ fuerit. Id est, quod naturæ modum exceſſerit. Nam ut Orisibafius dicit, natura neq; maius neq; minus uult, sed semper gaudet modo, hic autem naturæ exceſſus considerari debet penes eius uiri naturam qui patitur. hoc uero ex consuetudine illud patiendi deprehenditur. Tuq; intellige hæc perseuerare, & non tantum semel esse facta. Philotheus in hoc aphorismo ita dubitat διατὶ πλησμονῆς καὶ λιμῶ ἐμνήδην φησὶν ὅτι, ὅ μὴ γὰρ ἄλλης ἑνὸς ἑκαστοῦ σέως, οἷον θερμασίας, καὶ ψύξεως, ὡς ἄπια τῶν αὐτῶ ἀρρηθλίων, ὅ μὴ γὰρ πολὺς ὑπνός, πῆ πλησμονῆ γίνεται τῶν βρωμάτων, ἢ δὲ ἀργυρινία, ἢ ἰσθμικὸν λιμῶ. ἀπὸ δὲ τούτων ἰδίῳ κερβολικῶ πέρου ἀναγόμενον φησὶν, ὅδ' ἄλλο ἄδεν ἀγαθόν, ὅτι αὐτῶν φύσεως ἢ. καὶ ἡ ἀετία, ὅτι ἄδεν ἀμετρον ἀγαθόν. id est, propter quod satietatis, & famis hic mentionem fecit, & non alterius cuiuspiam cōtrarietatis, ut caliditatis & frigiditatis, tanquam eorum quæ prius dicta sunt causa: multis enim somnus ciborum satietate fit. Vigilia uero immodica fame, ab his autē in uniuersalius progressis, inquit, neq; aliud quicquid quod modum naturæ exceſſerit, bonum, & causa est, quoniā nihil immoderatū bonum.

## GALENVS

**R** VRSVS hic aphorismus, sicut & alter qui antecedit, quod in una materia, idem uult intelligi in omnibus. Nam cum sanitas moderantia quædam sit, necesse est omnes immoderantias quæ plurimum à modo recesserunt iam ægritudines esse: quæ uero nondum id quod plurimum obtinent, ægritudinum generationem ostendere.

## BRASAVOLVS

**P** RIMO Galenus hunc Aphorismum præscripto ferè continuat, & utriusq; uniuersalem quandam conditionē edocet, scilicet. Idem in omnibus materiis intelligendum esse, quod in una materia dicitur, præsertim in similibus.

Quod legitur, Rursus hic aphorismus, sicuti & alter qui antecedit, Græce est πάλιν ὁ σὺ ο λόγος, ὡς πρὸς τὸ περὶ γερμασίων ἀφορισμός. id est, Rursus hic sermo, sicut præscriptus aphorismus.

Quod etiam legitur, Idem uult intelligi in omnibus, Græce est, αὐτὸς ἰδίῳ παρὰ τὸ ἀρραεῖς ἢ τῶν. id est, idem uult uideri in omnibus.

**S** ECVNDO docet sanitatem συμμετρίαν, id est, moderantiam quandam esse, propterea omnes ἀμετρίαις, id est, immoderantias, quæ plurimum à συμμετρία, id est à moderantia & modo recesserūt, necesse est esse ægritudines. At immoderantiæ illæ, quæ nondum obtinent id quod plurimum est, ægritudinum generationem ostendunt. Ex hoc loco aliàs, neutrum colligi posse apud Galenum putauimus, quoniam hæc parua à mediocritate recessio, sanitas dici non potest, nec etiam ægritudo: tamen rem speculantes, nouimus ex his neutrum colligi nō posse, quoniam semper sanitas est quousq; sensu operationum læsio percipitur. Veruntamē hic recessus futuram ægritudinem significat, nempe sanitas atq; ægritudo latitudinem habent, sed eorum apices in indiuisibili consistunt.

## APHORISMVS V.

**S** Pontanæ lassitudines morbos prænuunciant.

## BRASAVOLVS.

**A** N T I Q V V S noster cōtextus in huius aphorismi principio hæc inscriptionē prefixā habet πρὸς γνώσεως νοσημάτων, id est, de cognitiōe morborū, ut autē huius sermōis perfecta ratio

ratio habeatur, scire oportet. Id nomen lassitudo, quod Græci κόπῳ dicunt, apud Gale-  
nū tripliciter usurpatum reperiri, idē est in principio quarti libri de sanitate tuenda, & in  
præsenti cōmento reperitur. Vna est spontanea lassitudo, quæ à Græcis ἐλκώδης, id est, ul-  
cerosa, Altera ρωώδης, id est, tensiva, Tertia φλεγμονώδης, id est, inflātionis uocatur,  
prima propterea ulcerosa dicta est, quia ulceris sensum facit, fit autē ex acris humoribus,  
tenuibus, & calidis, qui corpus erodunt, stimulat, ac pungūt. unde sequitur sympto-  
mata, aut grauis sensus, aut corpus ulceratur, uel in cute, uel in carne, si ualentior, uel in  
cute, & carne, si atrocior; hocq; à Galeno lassitudinis symptoma uocatur, quæ lassitudo  
est quādo propter acres humores lassum corpus sentimus, præsertim dū mouemur. hæc  
igitur lassitudo, dū quiescimus, nō sentitur. Si agitemur, protinus sentitur, & hanc lassitu-  
dinē præcipue sentiri monet. Tensiva autē lassitudo est, quādo quis plethoriam inciderit,  
id est, humorum, sed non corruptorū, nec mala qualitate affectorum abundantia. ex his  
solidæ animalis partes tendūtur, itaq; sentitur grauitas, præsertim in illis partibus, in qui-  
bus sunt humores. Lassitudo autē phlegmones, id est, inflātionis, est ex utriq; compo-  
sita, & ex humoribus acris, & uitiosis, & ex humoribus multis, & boni succi. cū Hip-  
pocrates uocabulo κόπῳ, id est, lassitudo utitur, omne genus lassitudinis intelligit, & ul-  
cerosum, & tensiuū, & inflātionis, modo sit spontanea lassitudo. Illę uerō spontinæ di-  
cuntur quæ fiunt ab intrinseca causa, & non ab aliqua extrinseca, ita enim spontinū intel-  
ligere oportet. Cum igitur spontinæ lassitudines contingerint, statim iudica præsentē esse  
causam, quæ est morborum generatiua, immo intensiua, & phlegmonis lassitudine mor-  
bus in numero iam adest. Galenus uerō in quarto De sanitate tuenda libro, hunc Apho-  
rismum in ulcerosa lassitudine intelligit, non tamen ita intelligit, quin etiam ad alias lassitu-  
dinis species applicari possit. Hippocrates etiam in tertio De ratione uictus libro, ubi  
de plenitudine agit, docet dolorem esse ubi lassitudo, & lassitudinem ubi plenitudo. un-  
de lassitudo est symptoma plenitudinem sequens, quo denotatur, præsentem esse mor-  
bum, aut morbi causam. Id uero lassitudinis genus, quod Galenus φλεγμονώδης, id  
est, Inflātionis uocat, Philotheus ὀσοκωπώδης, id est, ossium lassitudinem dicit. hæc  
sunt eius uerba, ἐκ τῶν οἰ κόποι τριῖτοι, οἱ μὲν γὰρ εἰσι ρωώδης, οἱ ἐκ πνευμάτων φουσιώδης  
τὸ θνητὸν ὅλον σώμα μετ' αἰδήσεως γινόμενοι, οἱ δὲ ἐλκώδης, ὡσπερ ἐφ' ἑλκὸς δοκεῖ, τῶν  
συναίδησις γίνεται, οἱ πνέον γινώσκονται δὲ ὕλης δριμύτας τε καὶ δακνῶδης. οἱ δὲ ὀσοκωπώδης  
ἐπειδὴ δοκούσιν συντεθλάσθαι τὰ ὀσά, γινώσκονται ἐκ παχέως καὶ ρωώδους χυμοῦ, id est,  
Sed hæc sunt tres lassitudines, istæ enim sunt tensivæ, quæ ex flatuosis spiritibus totū cor-  
pus occupantes, cum sensu fiunt. hæc uerō ulcerosæ, in his similis sensus fieri uidetur sicuti  
in ulcere, quæ fiunt ex materia acris & mordaci. hæc uero ossium lassitudines dicuntur,  
quoniam ossa confringi uidentur, quæ ex crasso & terreo humore factę sunt.

κόποι αὐτόματοι, id est, Spontaneæ lassitudines, sunt uero spontaneæ illæ quæ ab intrin-  
seca causa factę sunt. Philotheus dicit αὐτόματὸς κόπος ὀνομάζει, τὰς αὐτὸν φορὰς αἰτίας γι-  
νομένης ἀναρὰς συναίδησις, id est, spontinas lassitudines nominat, sensationes molestas  
absq; exteriorē causā factas. Oribasius hic Galenū refert, ac si dixerit. spontaneū esse, cū  
absq; motu præcedente talis dispositio oritur, tamen à Galeno hoc non dicitur.

φράζειν νόσος, id est, morbos prædicunt, atq; prænuntiant, quia ex ipsis morbi causam  
adesse significatur. Philotheus exponit φράζειν, τὸ τίσι δηλοῦσι καὶ μνηῖσι μέλλουσι γίνε-  
σθαι νόσον. τίως γὰρ ἴδμεν ὁ χυμὸς, ὁ αἷτι τῶν κόπων, λοιπὸν δὲ ὕπερομ ἐμφράττειται, σπένεται,  
καὶ τε ὕβρι χαλεπὰ γίνεται νοσήματα, id est, prædicunt, hoc est ostendunt, & indicāt mor-  
bum futurum. Interea tātisper enim humor quiescit, qui est lassitudinum causa, reliquum  
uerō posterius obstruitur, corrumpitur, & hinc molesti fiunt morbi.

Aëtius uerō libro quarto capite trigesimo sexto duplex genus lassitudinis innuit, V-  
num ob exercitium uel peregrinationem factum. Aliud spontinum. Quod exercitia se-  
quitur, in tres species diuidit, In lassitudinem ulceris sensum inferentem, quæ ob ten-  
nua, acris, mordaciæque excrementa contingit, neque hic est plenitudo quæ lædat,  
sed humorum acrimonia. Multaq; ab Aetio de hac lassitudine per pulchre differuntur,  
In lassitudinem tensionis sensum inferentem, quam dicit non habere excremen-  
tum ratione dignum membris annexum, sed musculi, neruūq; ob uehementes exten-  
siones afficiuntur, quas exercitia inuexere; in his enim contingit rectas musculorum  
fibras

fibras defatigari, extendiq; , ut prope ad conuulsionem deueniant. Id lassitudinis genus  
 præcipue inuadit homines qui boni succi sunt, non quidem ualidis exercitijs defessos, im-  
 mò magis remissis, redditiq; lassos insigniter tardos, & ad flectendos artus difficiles, hor-  
 rorem tamen non inducit, ueluti lassitudo ulceris sensum afferens, quamuis in hac non mi-  
 nus, quam in ulcerante & arida lassitudine corpus contrahatur, calidiusq; quam postulet  
 natura, tangentibus offeratur: & in lassitudinem inflammantem, & ad ossa attingentem,  
 quæ ὀστέοπυϑ, id est, ossium lassitudo uocatur, in qua mēbra ueluti infringi, inflammariq;  
 uidentur. Solet hæc euenire, ubi in motionibus uehementissimis muscoli ex calsacti ad se  
 attrahunt soluta excrementa, solumq; id lassitudinis genus musculos eleuat. supra id  
 quod naturæ conuenit, ut inflammationi assimiletur affectus, propterea si tangantur, do-  
 lent, calidioresq; apparent, magis tamen dolent, si ad motum cogantur, Quod si in pro-  
 fundo, ad chordas usq; & nervos affectio insederit, ὀστέοπυϑ, id est, ossium lassitudo uo-  
 catur, quæ plerumq; accidit his qui exercitijs non assueuerint. Hæc Aetius de tribus lassitudo-  
 nis generibus, non spontinis. capite uero quadragesimo quatum genus lassitu-  
 dinis ponit, quod ob siccitatem maciemq; contingit, tamen & si lassitudinē assimiletur,  
 non est uera lassitudo, sed est maciēs tantum. hæc igitur animosos, plurimiq; exercitatio-  
 nibus deditos præcipue uexare solet, quando plus æquo exercitati perperam deinceps re-  
 curantur, ita enim discutiuntur excrementa, & relaxantur intensæ partes & nihil aliud  
 in corpore, præter ariditatem, relinquitur, quæ nimia motione comparata est. Adest &  
 quinta lassitudo ob cōcubitum, de qua agit capite quadragesimo primo, quæ fit ob usum  
 ueneris immoderatum, ad quem uirium imbecillitas consequi solet, ac præcipue in debi-  
 lioribus natura corporibus, nimia em̄ motione rarefcit cutis, plurimiq; per halitū inanitio  
 fit, propterea siccitas, immò & frigiditas quandoq; succedit. nam parta raritate calidum  
 euaporat, & innata humiditas à plurimo sudore exhauritur. hæc omnes sunt non spontingē  
 lassitudines. De spontanea uero lassitudine capite quadragesimo secundo agit, quam di-  
 cit secundum Hippocratē morbos prædicere, & capite quadragesimo tertio de illa spon-  
 tanea, quæ ulceris sensum affert, disserit, inquit, ob acrium, subtilium, calidorumq; hu-  
 morum maliciam sensum inuectam generari, ita ut erodantur, stimulentur, punganturq;  
 partes, quæ sentiunt. ac donec quidem succus is malus in uenis sanguini mixtus fuerit,  
 rātiſper uirtute sanguinis uictus latet; ubi uero ad carnes cutimq; defertur, & mora impiu-  
 gitur, ulceris affectum & sensum inducit; tuncq; potissimum membra imbecillitas obsi-  
 det, ubi ad motum se conferant, considerando ergo in his, utrum in cuti, an sub proxi-  
 ma carne, an uero in sanguine intra uenarum concauitates malus succus recludatur, ha-  
 bebis singulorum indicia ex urinis, ex cutis mordicatione, ex sudoribus. Capite uero  
 quadragesimo quarto de spontanea tensionis lassitudine tractat, quæ significat humo-  
 rum multitudinem, qui nimia copia solida animalis membra, sed præcipue musculorum  
 fibras intendunt, ulceris sensus in hac lassitudine non percipitur, neq; partis cuiuspiā tu-  
 mor tactu, aut uisu deprehenditur, sed grauitas tantum cum extensione infestat, quoni-  
 am in corpore solus sanguis abundat. At capite quadragesimo quinto de spontanea in-  
 flammationis sensum inferente lassitudine disserit, ob doloris (inquit) uehementiam, &  
 ob insignem inflammatorum partium ardorem, musculos in tumorem attollens, non-  
 dum duorum triumue dierum spatio, sed ne horis quidem tribus tolerat, tollens repente ar-  
 detissima febris superueniat, nisi sanguinis missione præueniatur. Hęc sunt, quæ de his las-  
 situdinibus ab Aetio referuntur. Celsus libro secundo capite secundo de signis agens ad-  
 uerſe ualitudinis futuræ, dicit hoc esse signum futuræ ægritudinis, si genua quasi fatiga-  
 ta sunt, totum ue corpus lassitudinem sentit.

## GALENVS

**N**ON eius quæ fit ex motionib; immoderatiq; nomen est lassitudo, sed eius quæ adue-  
 nit in corporib; animalū dispositiōis; neq; enim, lassitudinū meminit, quæ ex talib;  
 accidunt motionibus, sed quæ sponte contingunt. Cū igitur absq; motu huiusmodi eue-  
 nit dispositio, non simpliciter lassitudo, sed lassitudo spontanea nominatur. Sed cū tres sint  
 lassitudines, quæ admodū in salubrib; declarauimus, prima quæ ulcerū, secūda quæ tentio-  
 nis, tertia quæ inflammatiōis sensum habet, quæ ex istis cōponit; Prima quidē ex uitiatis  
 humori

humoribus ortum habet, secunda ex plenitudine, tertia ex utrisque simul coniunctis. Sic enim à nobis est demonstratum in ea quæ de salubribus inscribitur tractatione. Quare non temere dictum est spontaneas lassitudines morbos nunciare.

## BRASAVOLVS

PRIMO docet, hoc in loco non accipi *ῥόπη*, id est, lassitudinem, pro ea quæ sequitur ex immodico motu, sed pro spontanea, id est, intrinseca.

Quod legitur, Sed quæ sponte contingunt, Græce est *ἀλλὰ ἢν αὐτὰ πύπτου*.

SECUNDO docet, quando absque motu, hæc dispositio aduenit, non simpliciter lassitudinem, sed spontaneam lassitudinem nominari.

TERTIO, Tres lassitudinis species superius enumeratas, expositas refert, Helcodæ, Tonodes, & Phlegmonodes.

Quod legitur, ex vitiatæ humoribus ortum habet, Græce est, *ῥῶδὸν καὶ χυμίας*, id est, ex vitiatorum humorum plenitudine.

Vbi etiam legitur, Tertia ex utrisque simul coniunctis, addi debet, apta est fieri, nam Græce habetur *ὁ δὲ τρίτος, ῥῶδὸν ἀφοσφόρου ἀμαστωιελθῶσι γινεσθὶ πύπτου*.

## APHORISMVS VI.

**Q**uicunque dolentes parte aliqua corporis, omnino dolorem non sentiunt, his mens ægrotat.

## BRASAVOLVS

GALENVS varijs in locis de dolore agit, sed potissimum libro tertio De symptomatum differentia, ubi docet potissimos dolores fieri sensu tactus, unde & aurium, & oculorum dolores intensissimi sunt propter tactum. De eisdem rebus libro quinto De symptomatum causis differit, ubi ea symptomata profequitur, quæ ex dolore sequuntur, quæ non esse minima dicit, quæ illa, quæ ex timore proficiunt. Ex his locis colligere potes quid sit dolor & quid læticia, & quod circa omnes sensus uersentur: & hoc præsertim libro quarto colligitur, ubi docet, qui sensus magis, & qui minus afficiantur. Visus enim dolore, & delectatione minus afficitur, quam alij sensus. tactus autem, & gustus maxime afficiuntur, mox ab his olfactus, atque hunc sequitur auditus: tamen omnes sensus ab excellentibus sensibilibus corrumpuntur, sed in alijs ita dolore non afficiuntur, quamuis corrumpantur, sicuti in gustu & tactu. Verum tamen nec gustus excellentissimos dolores habet, nisi ratione qua tactus, nam ratione qua gustus ita non dolet, immò multi sunt qui illum sensum amiserunt, unde passim receptum est, dolorem esse tristem sensationem, quia est mala affectio, & tristis alicuius sensus. è contra delectatio, propterea in omni sensu dolor, & delectatio inueniuntur, sed potissimum in sensu tactus. Hippocrates igitur hoc theoremata proposuit: quicunque in aliqua corporis parte dolorem habent, quem penitus non sentiunt, his mentem ægrotare certum est. A Galeno autem notatur, dolorem dupliciter accipi. uno modo pro dispositione in qua dolemus, sicuti in epidemiorum libro in Cranone fieri dixit Hippocrates, quod dolores antiqui frigidi, noui calidi. Certum uero est, quod hic per dolorem, tristem sensationem non intellexit, sed affectionem & intemperiem ex qua fit dolor. unde in proposito Galenus Hippocratem ita intelligit. qui doloris causam in aliqua corporis parte habent, & dolorem, id est, eius causam non sentiunt, his mens ægrotat. & si quispiam dubitet, quo nam modo medicus intelligere possit, hunc habere dolorem cum non sentiat, Respondemus, id facile percipi, quoniam medicus doloris causam uidet, id est, uel erysipelam, uel inflammationem, uel uulnus, uel fractionem, uel rupturam, uel conuulsionem, uel motus conuulsiuos, quæ affectiones cum adsunt, dolorem semper inducere solent. At quia hic dolorem non sentit, propterea indicium est, huius mentem ægrotare. unde nos secundum Galenum, Hippocratem hoc modo intelligimus. Quicunque dolentes aliqua parte corporis, id est, qui presentem doloris causam in aliqua corporis parte habent, & dolorem non sentiunt qui ab illa causa proficisci solet, & qui reuera tunc proficiscitur, hi mentem egram & occupatam habent. Unde illi Galenum inepte intelligunt, qui hunc sensum ex suis commentarijs eliciunt, Quicunque dolentes parte aliqua corporis, dolorem non sentiunt, id est, doloris causam, his mens ægrotat. Galenus etenim de dolore, id est, tristi sensatione uerba facit, ut sensus sit, quicunque

cunq; dolens, id est, laboris causam in aliqua corporis parte habens, quam uidet medicus, & fortassis etiam æger, tamen dolorem, id est, tristem sensationem non sentit, huic mens ægrotat, ut in prima aphorismi parte per dolentes, doloris causam intelligat, in secunda uero parte, per dolorem, uerum dolorem, qui est tristis sensatio, & licet Galenus de doloris causa loqui uideatur, de ea loquitur, ut affecta parti presente, & dolore in se rente, tamen causa necessario non sentitur, ut in his quibus caput uulneratum est, plerumque contingit, & in phrenesi, lethargia, cathoco, comate uigili, & medio quod morbus mazuchi uocatur, affectis. Oribasius docet, tribus modis dolorem non sentiri, aut paruitate, aut obliuione, ut in eremitis qui obliuiscuntur doloris & non illum continent, unde & aliquando dicunt, quum non dolent, oblitus est nostri deus noster. Aut nimietate, quando in non sentientis corpore mens ægrotat, cum antea senserit dolorem; hæc q; Galeno consentiunt, qui in septimo De decretis Hippocratis & Platonis libro prope finem, ubi probat affectionem, & affectionis sensum inter se differre, hæc uerba habet. Tantum meminisse te uolo, affectionem, quam corpora à naturali constitutione exturbata suscipiunt, & eius affectionis sensum, inter se differre, quando quidem à nonnullis, quemadmodum ab Hippocrate, sensus solus, interdū dolor appellatur, ubi inquit, quicumq; aliqua in parte corporis dolentes, plerūq; dolores nō sentiunt, ijs mēs ægrotat, hic em̄ dolentes nominat eos qui aliqua in parte offensi sunt, ita uehemēter, ut nisi delirio premerēt̄ dolerēt.

Celsus tamen de causa doloris intelligit, nam Aphorismum istum hoc modo refert capito septimo secundi libri; quibus causa doloris, neq; & c. sensus eius est, his mens labat.

Philotheus hunc aphorismum precedenti hoc modo continuat, *συνέχης καὶ ἐπὶ τῷ πῶ ἀπὸ ἀφορισμῶ. ὅτι ἐκείνο μὴ γὰρ πῶ τῷ ἀδύνηκῶς πῶν γενομένων διαγύρεσθαι. ὅτι αὐτῶ δὲ πῶ τῷ ἀναδιήκῶς.* id est, & hic precedenti aphorismo continuus est. In illo enim de dolore qui sentitur, differunt; hic uero de eo qui non sentitur.

*οἱ οὖτοι πονέοντες*, id est, Quicumq; laborantes, sed tali labore quo doleamus,

*τὴ τῶ σώματι*, id est, Aliqua parte corporis, sit quicumq; illa.

*τὰ πολλὰ τῶ πῶν μὴ αἰδάνονται*, id est, magna ex parte dolorem non sentiunt, uel omnino laborem non sentiunt. Philotheus exponit hanc particulā, *τὰ πολλὰ*, inquit, & *δὲ πολλὰς τὰ νῦν, ἀπὸ τῶ ὡς ἐπίπαι*, id est hoc uero quod dicitur magna ex parte, nunc pro eo quod est omnino accipitur, plerumq; quasi semper.

*τῶ τοιοῦτι ἢ γνῶμην νοσεῖ*, id est, his mēs ægrotat. Nā ut Philotheus dicit, *διὰ τοῦ γὰρ ὅτι ὁ ἐγκέφαλος τῶ πῶν*, id est, ostendit enim quod cerebrum offensum est. Dubitat hic Oribasius, cum Hippocrates testetur cerebrum non pati, quomodo nunc dicat, his mens ægrotat: cum in cerebro sit mens, in mente memoria, & per memoriam sentiamus. Respondet, hunc Hippocratis diuidendi modum esse figuratum, ut à parte diceret totum, eum mentem nominaret,

## GALENVS

**D**OLORES solet nominare nonnunquam dispositiones ipsas in quibus dolemus; in quem sensum dicebat in libro Epidemiarum, quod in Cranone antiqui dolores frigidi, noui autem calidi; haud quaquam dolores calidos, frigidos, ue, sed dispositiones ex quibus fiant, ita nominans. Et hoc in loco igitur eodem modo dolores ipsas dispositiones nominat, quicumq; cum dolore fieri sunt natura aptæ, quemadmodum erysipelas, inflammationem, & uulnus, & fractionem, atq; rupturam, & conuulsionem, & quodcūq; tale aliquid, quod si adsit, & ab ægroto non sentiatur, mentē indicat ægrotare, Siue autem mentem, siue animum dixerit, nihil ad presentia refert.

## BRASAVOLVS

**PRIMO** Galenus docet, apud Hippocratem, dolorem quandoq; accipi pro dispositione faciente dolorem, siue mala qualitas, siue solutio continui sit, sicuti in epidemijs antiquos dolores frigidos, nouos autem calidos, dicebant. Certū uero est, dolores frigidos & calidos, non esse tristes sensationes, sed esse dispositiones, ex quibus fiunt dolores.

Nota Hippocrate in epidemijs nō uti uocabulo *πῶν* pro dolorib; sed uocabulo *διδῶναι* **SECUNDO** docet, hoc in loco accipi dolorem pro ipsa dispositione dolorem faciente, unde hic dolores erunt, omnes dispositiones quæ cum dolore fieri sunt natura aptæ, ut erysipelas, inflammatio, uulnus, fractio, ruptura, conuulsio, & omne tale. Quod si in corpore

corpore adfit, & ab ægro non sentiatur, mentem ægrotare significat. At in presentiarum nihil refert, siue mentem, siue animum dixerit.

Quod legitur, fractionem atq; rupturam, græce est, *πρώμα καὶ θλάσμα*, est autem thlasina contusio uel collisio, quæ fit ex casu, uel uiolento ictu, uel uehementi alio motu, uel quia subito membra præter modum intenduntur. In osse θλάσις ab aliquibus inter fracturas numeratur, cum tamen non sit. est uero contusio, quia os in interiora deflectitur, & non frangitur. Recentes uero faciunt hoc nomen contusio, latius quàm sit id nomen θλάσις, uel θλάσμα apud græcos autores, nã recentes sub contusione *σώματα, & ἀπόσπασμα, & ῥήγμα* cõplectuntur, græci uero θλάσμα, id est, cõtusionẽ à prædictis fecernunt. est uero *σώματα* in neruo cõtinuitatis solutio, absq; uulnere cõtufis neruorum fibris. *ἀπόσπασμα* uero est euulsio, & fit in coniunctionibus, id est, ligamentis, ῥήγμα uero est ruptio absq; uulneratione in carne ipsa.

Quod etiam legitur, Mentem siue animum, Græce est *γνώμην ἢ δianoian*, sed hic locus non est, de uirtute illa quæ *δianoia* à græcis nuncupatur, differere, quam Auerrois cogitatuam uocat, & in quinta sectione tertij De anima libri definiti dicit, Intellectumq; materialem ipsam uocat. huius *δianoias* officium est uniuersalia, & singularia intelligere, & componere, diuidere, atq; syllogizare. multiq; philosophi præter hanc uirtutem à recentibus uocatam cogitatuam, nihil aliud in homine posuerunt, ut Alexander Aphrodisense fecit, qui putauit intellectum agentem esse deum. At Simplicius atq; Philoponus præter dianoiã agentem intellectum ponunt, qui in suscipiendis uniuersalibus & singularibus dianoiã actuat. hic uero intellectus agens à Platone *γνώμη*, id est, mens uocatur. plerunq; uero Galenus Platonem imitatur. Sed hæc à nobis longius in nostris libri De anima commẽtarijs pertractata sunt. Nunc satis sit nouisse, animam apud Platonem in animum & mentem distingui.

## APHORISMVS VII.

**Q**uæ longo tempore extenuantur corpora, lente reficere oportet: Quæ uero breui, breuiter.

## BRASAVOLVS

TRES sunt in humano corpore generales partium differentia. Spiritus scilicet, humores, & solida membra. Spiritus tenues sunt, atq; exiles; humores crassiores, solida membra crassissima. In corporibus, quæ ex longo tempore attenuantur, omnes hæc tres partes resoluuntur. nam spiritus, & humores exinaniantur, & consumuntur. solida uero membra contabescunt, & imbecilla fiunt. propterea si hi refici debeant quibus & solida membra attenuata sint, multo tempore indigent, non solum quia ex longo tempore attenuata sint, sed etiam cum hæc membra imbecillia effecta sint, parum cibi exhibere oportet, aliter imbecilla membrorum uis concoquere non posset. At parum cibi parum reficit, propterea longiori tempore indigemus, quo parum exhibere oportebit. Hoc igitur est quod ab Hippocrate dicitur, Quæ longo tempore extenuantur corpora, lente, id est, paulatim, & per longum tempus, ea reficere oportet. At si corpora breui tempore extenuata fuerint, fieri non potest ut solidæ corporis partes consumptæ sint, sed spiritus solum, & humores resoluti sunt, propterea hæc corpora citius reficiuntur, cum quia breui tempore consumpta, tum quia solida membra robusta sunt, & sufficientem cibi copiam conquire possunt. Vnde breuiter ratione temporis, & multitudinis cibi reficienda sunt. Philotheus eodem serè modo dicit, & exponit, quo à nobis factum est, cuius uerba ne desideres, hæc sunt, *ἐν ταῦτα φησὶ πρὸς τὸν ἰατρὸν, ὅτι σφόδρα ὕβρι τῆν ἀνακομιζομένων τὸ πρὸς ἡγασμένου νόσημα, εἴτε χρόνιον ἢ, εἴτε ὀξύ. ὅσα γὰρ τὰ εἴματα, ἐν πολλῷ χρόνῳ καὶ ὀλίγῳ, ταῦτα ἐδ' ἡλώσθη, καὶ εἰ μὲν ἐν πλείονι χρόνῳ ἐλεπθῆναι τὸ σῶμα νωθεῶς βραχύν, ταῦτα ἐν πλείονι χρόνῳ, καὶ ἤτ' ἡμέρα, ὅσα πρὸς, ὅτι τοῖς ἐν πλείονι χρόνῳ λεπθῶσιν, ἐκτακόντων μὲν αἰσθητικῶν, ἰχνη δὲ γίγνεται τὰ ἄλλα, δὲ ὡν αἰσθητικῶν τοῖς ζωοῖς ὑπὸ τῶν ταῦ, καὶ ἢ ἀνὰ*

δοσις, ἢ ἡ ἀματώσις. ὅσπ' ἔδωκεν ἡ τροφή κατὰ γὰρ ζεῶν τροφῆς ὅσους δίδει τὸ σῶμα. εἰ ἢ ἔν ὀλίγω, ὀλίγως, τὸ τίσι στωπύτως, πλείονα τροφῆν ἢ χρὴ χροῖν. ἡ δὲ τὸ τῶ γὰρ τὰ ὑγρά μόνον ἐκφύω θη, τὰ μὲν τῆς σερῆς, ἀρρώστα εἰσὶν. ὅπως δὲ χρὴ ἡδὲ τῶ τῶν παρέρειν τῆ τῶ σερῆδων ἀρρώστια. id est. Hic ad medicū uerba facit. In cōualescentibus cōsidera præteritū morbū, an diuturnus fuerit, an acutus: ex eo enim quod dixit, in multo aut pauco tempore, hæc demonstrauit. Et siquidem in longiore tempore extenuatum est corpus, tarde nutri, hoc est, longiore tempore & particulatim. propterea quod in longiore tēpore extenuatis carnes eliquantur, & graciles fiunt aliæ partes, per quas concoctiones efficiuntur, & alimenti distributio, & in sanguinem conuersio. Ob id non poterit tantum cibi conficere corpus, quanto indiget. Si uero breui tēpore, hoc est collectim seu concise, plus nutrimenti præbemus. In hoc enim humidæ tantum partes euacuatae sunt: solidæ autem sunt imbecilles. Sic igitur oportet in his confidere solidarum partium imbecillitati. Oribasius eandem sententiā secutus est, inquit, in tria principia corpus nostrū diuiditur, in spiritū, humida, & solida partes. humida sunt humores, per quos nutrimur, spiritus, per quē uiuimus, solida, per quæ cōseruatur corpus, atq; substētat, id est, arteriæ, nerui, ueng, ossa, & alia id genus.

τὰ ἐν ποτὶ χρόνῳ λεπυρόμνηνα σώματα. id est, Quæ longo tempore extenuantur corpora. In his omnes partes, & solida ipsa membra extenuantur.

Νωθρῶς ἐπανατρέφειν δεῖ. id est, lente reficere oportet. Nam opus est refici spiritus, humores, & solida membra, propterea non mirum si tarde supernutrire oporteat, nos potius id uocabulū νωθρῶς tarde, q̄p̄ lente interpretari iubemus, quam uis & lente dici possit.

τὰ δὲ ἐν ὀλίγω, ὀλίγως. id est, Quæ uero breui, breuiter. Quia soli spiritus, & humores resoluti sunt, & nō solida membra. Oribasius dicit, uideamus quæ sit repentina extenuatio, quæ cito reparari potest: Subductione uentris multa crebraq; extenuantur, tanquam si triginta dies ægrotassent: hi quoq; cito reparantur, quia humida uirtus deposita est, solida constant, & spiritus simili modo. Ingredientes balneum, & nimium immorantes, cum inutilibus simul & utilia emanant, hoc est cum sudore & spiritus, itidem descendentes in frigidans folium, citius recreantur: frigiditas enim aquæ cōdensat superficiem pororum, & coadunat spiritum, & subito erit refectio. Hæc Oribasius. Galenus in septimo Methodi libro circa medium, ubi de siccitatibus agit, in quarta siccitate, quæ ut frigiditas potius curatur, quam ut siccitas, huius aphorismi mentionem facit inquit: atq; hoc sane erat quod Hippocrates præcepit: quæ longo spatio extenuata corpora sunt ea segniter reficere oportet: quæ breui, breuius. Scire autem licet solidorum corporum siccitatibus si perdurent, succedere necessario frigiditatem. quippe permanere siccitas per se non mutata oppositione, quæ ex calido & frigido consistit, non potest, celeriter enim ex nutriendi defectu refrigerantur partes, propterea scilicet quod ex calido succo sanguinis nutriuntur.

## GALENVS

QVÆ enim pauco tempore extenuata sunt corpora ob humorum, & spirituum euacuationem, non ex solidorum colliquatione id perpessa sunt: quæ uero longo tēpore extenuantur, his carnes cōtabescunt. Graciles etiā reddūtur aliæ partes per quas concoctio in animalibus, & distributio, & sanguificatio, atq; nutritio perficitur, qua tantum non poterit cōcoqui alimentum, quanto indiget corpus. Quam ob causam talia corpora longiori tempore reficere oportet, atq; tenuiter, quod lente nominauit. In quibus autem soli humores, & spiritus sunt euacuati, in his celeriter, ac plenius contingit reficere, cum fiduciam nobis præstet solidarum partium robur. In fine autem aphorismi duplex scriptura inuenitur, & idem utraq; significat, siue breui causa ablatiuo, siue breuiter aduerbialiter scriptum sit.

## BRASAVOLVS

PRIMO notat Galenus corpora quæ breui tēpore euacuata sunt, id perpessa esse ob humorū & spirituum euacuationē, non uero ex solidarū partium colliquatione. At quæ longo tēpore contabescūt, id fieri nō potest, quin & carnes ipse contabescant, & illæ etiam partes graciles efficiuntur, per quas concoctio, distributio, sanguificatio, & nutritio perficiuntur, & ideo nō poterit tantū cōcoqui alimentū, quāto indiget corpus, & ideo hæc longiori tempore indiget, si refici debeant, quod νωθρῶς, id est, tarde, uel lēte nominauit.



Quod legitur, Ob humorum & spirituum euacuationē, in una nostri antiqui cōtextus lectione nō habetur particula, spirituum, & loco illius particulae, humorum, adest particula ὕγρον. In secunda lectione legitur τῶν χυμῶν καὶ τῶν πνευμάτων, contextus uero Aldinus loco illius particulae χυμῶν, illam habet ὕγρον.

Quod etiam legitur, Quæ uero longo tempore extenuantur, græce est ποῖς δὲ ἢ πλείονι χρόνῳ λεπθῶσι. id est, Quæ uero pluri tempore extenuantur.

Quod etiam legitur, Redduntur aliæ partes, in Aldino cōtextu, & in prima lectione nostri antiqui, eodē modo habetur τὰ ἄλλα, sed in secunda lectione scriptū est, τὰ ὄργανα.

Quod etiam legitur, contabescūt, græce est ἐκτίνονται, id est eliquantur. plus uero est contabescere, quàm liquefcere, tamen & pro eodem poni possunt.

Quod etiam legitur, Atq; tenuiter, in Aldino contextu, & in prima lectione nostri antiqui habetur hæc particula, καὶ λεπῶς, sed in lectione secunda abest.

SECUNDO docet, eos plenius, & celerius esse reficiendos, in quibus soli humores & spiritus sunt euacuati, nā solidæ partes, & illæ per quas coctiones fiunt, robustæ sunt.

Quod legitur, In quibus soli humores, & spiritus sunt euacuati, hæc particula spiritus in secunda lectione nostri antiqui contextus abest. Adde quod uocabulum Humores, in hoc Galeni loco habetur ὕγρον.

Quod etiam legitur, celeriter ac plenius, hæc particula plenius in aliquo contextu legitur, ὀλίγως, id est, breuiter. In Aldino ἄκρωσ, id est, summe, in nostro antiquo ἀδρῶς. nos uero putamus ἄκρωσ, potius, quàm ἀδρῶς legendum esse.

TERTIO docet Galenus, in fine aphorismi duplicē scripturam inueniri, & utranq; idem significare. una legit ὀλίγω in datiuo casu, nos in ablatiuo uertimus breui, alia habet ὀλίγως aduerbialiter, quod breuiter significat quando adiunctum est. σ

In fine huius commenti deest particula μετὰ τῷ σ, id est, cum sigma.

Elegantiam illam græcā ἢ ὀλίγω, ὀλίγως, profecto reddere non possumus. sententia autem sic forte exprimi posset, si breui, parce, aut moderate

## APHORISMVS VIII.

SI à morbo cibum assumens quis non corroboratur, pluri alimento corpus uti significatur. Quod si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet, quod in diget euacuatione.

## BRASAVOLVS.

SI QVIS post morbū appetat, comedatq; tamen nō corroboretur, nec uires augeantur, scito hūc plus comedere, q̄ suis uiribus opus sit. At si aliquis post morbū nō appetat, nec comedat, tamē nō corroboretur, nec reficiatur, tūc conijcere oportet hūc euacuatione indigere. Philotheus hoc modo introducit, καὶ ὅτι σωματικῶς ἀνωτόρω, καὶ ἀναληψίως ἀφορισμός. id est, Et hic præcedenti continuus & resumptius aphorismus. Oribasius uero dicit, Hippocratem causam exponentem curationem ostendere.

ἢ ἐκ νόσου, id est, Si à morbo, uel ex morbo. Recentes hīc dubitāt quid intelligere oportet per hanc particulā, à morbo, id est, post morbū? Respōdent intelligendū esse neutrū cōualefcenciæ, id est, illum hominē qui prius erat æger, & sanus efficitur, sed nunc in tali cōstitutioe reperitur, ut nec æger sit, nec sanus: eger quidē nō est, quia operatioes habet, sed imbecilliores solito; nec sanus dici potest, quia adhuc integre functionū munij uti nō potest. Nos uero illū intelligimus qui uere sanus est, & nō neuter, tamē ob p̄pinquū morbū imbecillior est, non tamē adeo ut sensu percipiatur. Quippe apud summos uiros Hippocratē & Galenū inter sanū & ægrum in primo significato neutrū, id est, mediū nō inuenitur, id est, forma quedā tertia nō inuenitur à sano & ægro positioe distincta, quæ nec sana sit nec egra. hoc his medijs suadere statuimus. Galenus in principio libri De sectis, medicinā definire uolens, inquit, & ipsam medicinā, salubriū, insalubriūq; scientiā esse, ueterū scripta declarā. Salubria quidem uocant tum ad præsentē sanitatē tuendam, tum ad amissam recuperandā accōmodā. Insalubria his cōtraria sunt, hīc nullā facit Galenus de neutro

de neutro mentionē, quod mirum uideretur, si neutrū esse putaret. Et si tergiuerferis, ut nōnulli in publicis coronis fecere, Galenū in eo libro aliorū opiniones sequi; absurdissimum est, quod id agat in principio libri fateri. imō in principio libri ex suaapte sententiā loquitur, & hoc modo definitionē colligere uidetur: medicæ artis scopus est sanitas, eius finis est sanitatis possessio, unde medicus scire debet, quib. aut absentē sanitatē restituat aut præsentē tueri possit. post hæc addit. Illa quæ absentē restituumt medicamenta præsidia nominantur. quæ præsentem conseruant, salubris uictus ratio. Ex his infert, medicum esse scientiā salubriū, & insalubriū, horū, ut restituantur, illorum ut cōseruentur. postea de salubribus & insalubribus profequitur, de neutro nullam mentionem faciens.

Præterea Galenus in primo, & secundo Methodi medendi libri, per uisā methodi cuiuslibet ægritudinis essentia & naturā inquiri, & etiā sanitatis, tamen nunq̄ uel minimā mentionē neutrius facit. Sed mirū procul dubio esset, quod in hoc loco, in quo de sanitate & egritudine uerba facit, & in quo suas definitiōes querit, si neutrū dari putasset, illud nō posuisset. In primo Methodi libro, Thesali opinionē describit, qui duo morborū genera facerat, fluxū, & clausum, uel rarū & densum, uel durum & molle, & ipsum primo reprehēdit, quia mēborū differentia nō sunt morbi. Secūdo quia nō omnis differentia adita generi ad speciei constitutionē facit. Tertio etsi una sit inuenta differentia, tamē generis species inuenta nō est, ut literarū alia cōsonantes, alia uocales, per hoc nō cognoscimus a b, postea ipse uti uult methodo, & ideo ab empiricis differt, qui sine ordine procedant, & forte fortuna inueniebāt. ab illis etiā differt qui ratione uti uolunt, & demonstratione nō utuntur. At ipse iudicat, in re medica ad primas & indemonstrabiles propositiones deueniendū esse, quæ ex se fidē faciūt, ut igitur methodū curandi omnes morbos edoceat, morbi definitionem ex communib. notionib. inuenit. Quisq̄ sanus est, qui omnes operationes integras habet, & nulla parte læsas. Qui uero omnes, uel aliquas læsas habet, is ea parte dicitur æger, propterea hæc est methodus, ægrota corpora in sanitatē restituere, id est, actiones læsas corrigere. unde si oculus sit, qui prius uidebat, nūc nō uidet, ex cōmuni axiomate (quod est absq̄ causa nihil fieri) causam inuenire oportet, quæ sit malus corporis affectus, id est, mala qualitas. hic ergo tria sunt, corpus, id est, oculus, mala qualitas, ut humiditas, quæ morbus, est, impeditus uisus uel diminutus, quod est symptoma morbi cōsequens; causasq̄ in intrinsecas atq̄ extrinsecas distinguit, inferēs tria esse quæ circa animalis corpus præter naturā sunt, morbus, causa, symptoma, ut hoc deniq̄ modo affectus omnes, ex quibus actio læditur, inueniēdi sint, ut ipsorū morborū numerū cognoscamus, quātus, & qualis sit. deinde in secūdo libro omnes morbos contemplatur, & unde proueniāt, tamē nunq̄ uel minimā neutrius mentionē facit. Tamē opus fuisset neutrū definire, sicuti sanitatē & ægritudinē definiuit, & docere nūquid eius actiones integræ sint, uel nō integre; propterea putandum est, Galenum inter sanū & ægrum mediū esse nunquam somniasse.

Præterea idem Galenus in primo de morborū differentijs libro, in quo statim in principio docet, ab illo principio incipiendū esse, quod nemo non probat. est autem illū esse sanū qui operationes integras habet, & cōtrario illum ægrum, qui easdē læsas habet; in totoq̄ illo libro de omnibus morbis differit, & de sanitate, tamen neutrius mentionem nunquam facit, quod equidem necessarium fuisset, si neutrum esse putasset.

Adde, quod oportuisset aliquo in loco, ipsum de neutro mentionē facere, & sicuti sanū, & ægrū definiuit, ita neutrū definire oportebat, & edocere an neutrū esset à corpore pellendū, uel recipiendū & cōseruandū. In omnib. em̄ locis sanitatē cōseruandā docet, egritudinē expellendā, neutrū uero tāq̄ id quod nō est præterijt. Huc etiā secūdus aphorismo rū liber adducēdus est, ubi aphorismo quarto dicit sanitatē esse moderantiā. unde omnis immoderatiā erit egritudo: inter moderatiā uero & immoderatiā mediū poni nō debet.

Præterea de neutro ipso interrogare oportet an operationes læsas habeat, uel nō læsas, quia inter læsum & nō læsum mediū nō est inuenire; si læsas, igitur ægrū; si nō læsas, igitur sanum. Si dicas læsas, & nō læsas habere, hoc absurdū est, quoniā hæc duo, habere læsas & nō habere læsas, contradictoria sunt, inter quæ nō cadit mediū. Præterea neutrū esset secūndū significati, quod in aliqua parte læsas haberet, in aliā nō læsas. hoc igitur modo argumentū effingamus. Illa, quorū definitiones contradictionis naturā sapiunt, cōtradiçtoriam naturā habent, sed sani, & ægri definitiones cōtradiçtionis naturā sapiūt, quia in

his consistunt, habere læsas, & non habere læsas. Igitur sanum & ægrum contradictionis naturam habent. At cum uero contradictoria non sint, illis saltem in eo assimilabuntur, in quo sibi propinqua assimilantur, scilicet in nō habere mediū secundum formā. Qualia sunt immediata contraria. exquisita uero cōtradiçtoria mediū aliquo modo nō habent.

Præterea idem Galenus in libro De sanitate tuenda, de sanitate, & ægritudine differit, & quomodo sanitas conseruari debeat, & ægritudo euitari, & uita prolongari. tamen de neutro nunquam egit, quod fieri necessarium erat, si neutrum esse putasset.

Galenus præterea ubiq; cū de ægritudine uerba facit, eam tunc esse dicit quando uel operatio est ablata, uel egregie læsa, uel diminue læsa. Tunc uero est sanitas, quādo integra est, & nullo modo læsa, hæc autem medium aliquod habere non possunt. nam si dixeris neutrum esse medium id dicere non potes, nisi ob id, quia operationes imbecillas haberet. At si hæc læsio sensibilis sit, ægritudo est. si insensibilis, sanitas.

Adde, sanitatem esse nature bonum, ægritudinem malum, sed inter nature bonum & malum non cadit medium. Igitur nec inter sanum & ægrum. nam bonum & malum priuatiua sunt, inter priuatiua uero non est medium.

Hæc quæ prædicta sunt, Coegerunt nos fateri, apud Galenū neutrū primi significati nō dari, nec in rerū natura poni posse, propterea Aristoteli in hoc assentimus, qui inter sanitatem & ægritudinē medium secundū formā non ponit. At tibi forte uidebitur, neutrū dari, quia cū homo sanus est, & ægrotare debeat, uel ægrotet, & sanus fiat, necessariū est per mediū trāsire, quod mediū cōualecentie uocatur, illud uero mediū decidētie, Respōdemus, ad sanitatē & ægritudinē non esse motū, sed solū mutationē, quia sanitas ipsa per se nō intenditur, aut remittitur, cum em̄ quispiā ad sanitatē mouetur, qualitates sunt, quæ corriguntur, ad quas correctas sanitas cōsequitur. Vnde Aristoteles sanitatē, & ægritudinem in prima qualitatis sp̄e, in qua non est motus, ponit. sanitas em̄, & ægritudo, solū ex alteratione sunt quæ in primis qualitatis. fit, & hæc alteratio est uerus motus, ad ægritudinē uero & sanitatē ueri motus nō fiunt, tanq; ad seipsas: sed ad qualitates mutatas cōsequunt, propterea mutationes dicuntur nō motus, quia omnino subiecta sanitatē recipiētia aut ægritudinē, trāsmutata sunt, propterea necessariū nō est quod habeāt mediū, quia nec ad ipsas uere motus est. Scito igitur, cū medicus sit sensualis artifex, semper hominē ægrotum nuncupabit, quando operationes suas læsas persentire poterit, uel id egregie sit, uel parū, uel modicissime. cum autem nihil sentiat quod operationes lædat, sanus est. Et si di cas remota ægritudinis causa adhuc imbecillitatem quandam relinquit, Respondemus, causa etiam ægritudinis remota, si talis imbecillitas perseueret, quæ aliquā operationem debilitet, ille æger est, sed minus æger. nam causis ablati, ægritudines iam accensæ, per aliquod temporis spatium adhuc perdurare possunt. Cum igitur fuerit læsio sensibilis, semper est ægritudo. cum uero non est sensibilis, sanitas est.

Fortè Galenum adduces, qui in libro Artis medicinalis in definitione medicinæ utitur neutro, Respōdemus Galenum in illo loco definitionē suam nō accepisse, sed Herophilī definitione uti uoluit, ne sua esset suspecta, & ut ostenderet quacumq; medicinæ definitione accepta, per resolutionem definitionis totam artem edoceri posse.

Nōnulli præterea mediū esse inter sanitatē, & ægritudinē pbare conātur, quia lassitudines, ut tēsiua, inflāmatiōis, & ulcerosa, nō sunt ægritudines, aliter futuras ægritudines nō predicerēt, nec etiā sunt sanitates, quia sunt præter naturā. Nos autē Respōdemus, si operationes sensibiliter læsæ sunt, ægritudines esse: Sin minus, adhuc sanitatē perseuerare. Ad rē igit, intellige à morbo. i. post morbū, ut sanitatē ingressus sit, quæ latitudinē quādā habet.

Oribasius uero neutrū posuit, nam hoc loco inquit: prius enim sanitas est, inde neutrū, post ægritudo. Nūq; enim quis ægrotus est, nisi prius à sanitate per neutralē partē in morbum decidat: nūq; ad sanitatē reuertitur, nisi prius ab ægritudine per neutrū ad sanitatē redeat tamē suam sententiam sequatur Oribasius, nobis neutrū esse non posse uidetur.

Τροφῶν λαμβάνων τις. id est, Cibū assumēs quis. ] Notat Galenus, quendā usum esse fermonis asiaticū. nempe græci dicūt assumere cibū, eum qui bene appetit, & simul comedit ad satietatem: non assumere cibum, eum qui neq; appetit, neq; ad satietatem comedit, id est, non se implet. nam si non appetit, quantumcumq; parum cibi sumat, semper ad satietatem sumit: sed intelligere oportet, ut nec appetat, nec multum comedat.

Μαίχυν, id est, non corroboratur. ] Corroborari enim est bene nutriri, tuēs augēt, & quod

quod deperditum est per aegritudinem, restaurari, & corpus ut prius erat, impinguari. Si non corroboretur, & bene comedat, id sequitur quod statim subiungit.

σημαίνει ὅτι τὸ σῶμα πλέονι τροφῇ χρεῖται, idest, pluri alimento corpus uti significatur. nam ut Philotheus dicit, magis aggrauatur, q̄ nutriatur, ἢ τὰ πλεονάζοντα φυσικὰ διακρίματα τῶν σῶματος ἀδενεῖς εἶναι, καὶ μὴτε χυλοποίησιμῳ ἢ λόγῳ, μὴτε ἐξαιμάτωσι, μὴτε πρέσει γίνεσθαι, idest, Quoniam naturales corporis vires imbecilles sunt, & neq; humorē secundū rationē, neq; sanguinē faciūt, neq; nutriūtur. Idē Philotheus hoc dubio utitur, εἰ ὀρεγονται, πῶς ὁ τρεφόνται; λέγουσιν ὅτι ὀρεγονται, μὴ ἐκ τῶν ἐρρωδῶν τῶν ὀρεκτικῶν δυνάμεων, ὁ τρεφόνται δὲ ὅτι τῶν ἀδενεῶν τῆς ἀλλοιωτικῆς, καὶ ὅτι τὸ ὁ τρεφόνται, idest, Si appetūt, quomodo nō nutriuntur? Dicimus, q̄ appetunt quidē, qm̄ uis appetitiua fortis est; non nutriuntur uerō ob alteratiuā imbecillitatē, & ob hoc nō nutriūtur. Oribasius uerō dicit, Virtus imbecilla ad concoctionē obeundā, excretionī magis indulget, & cum excretio maior fuerit, concoctio minima accedit, quumq; minima fuerit, nutrimentum naturæ non est.

Sed ut huius rei perfecta causa habeatur, illa in memoriā retiocare oportet, quæ à Galeno quarto De symptomatū causis dicitur. hæc uerō sunt, duplicem esse appetitū, naturalem unū, alterū præter naturā, ad appetitū naturalem hæc secundū Galenū exiguntur, quæ statim dicemus. Primo considerat Galenus, omne animal per cutē in ambientem aerē diffusi, & dissolui: hoc autē id facit, quod partes statim subditæ cuti inanes reddūtur. Docuit uerō Galenus in libro De potentijs naturalibus, quod hæc partes naturalē facultatē habēt, qua cibū à propinquis partibus trahāt, & illæ propinquæ ab alijs propinqujs, & ita deinceps, quousq; ad uenas deueniāt, quæ in uētriculo sunt. hæc autē uentriculi uenæ inanes redduntur, uimq; habēt sumendi sibi cibū, & uētriculo, sicuti in arboribus radices à terra, à radicibus truncus, à trūco rami, à ramis ramuli, alimentū sumunt. Vnde uētricolus est quoddā ciborum promptuariū, sicuti terra respectu arborū, est humiditatis, & alimentī promptuariū. Cum autē hæc uentriculi uenæ exinanitæ sunt, impleri desiderant, & hoc est naturale quoddā desideriu, quod appetitus, uel appetitia nuncupatur. unde cutis partes à propinquis exugūt, propinquæ ab alijs, quousq; ad uentriculū peruentū erit, quæ exinanitiūt: sed uentriculus hæc suctionem & inanitionē non fert, propterea impleri quærit: nā à succu propinquare partium infestatur, & huic molestiæ remediū quærit. Senties ergo se exugi uentriculus, famefcit, quare fames est suctionis sensus. Secundū Galenum igitur hic ordo seruat, Primo est partū inanitio, inanitæ partes naturaliter appetūt, ex quo uentriculū exugunt, uētricolus exuctionē sentiens appetit, & hic est naturalis appetitus. Cum ergo quāspīa post aegritudinē cibū assumit, idest, appetit, & simul bene comedit, appetitusq; naturalis sit, ob suctionē partū post partem, adeo ut uētricolus, suctionis sensum habeat, qui nihil aliud est, q̄ fames & appetitia: idq; merito fit, nā in aegritudine ut plurimū, est totius corporis obstructio, & præsertim cutanearū partū, quæ, cum sit sanitas, diffiantur, & aperiūtur, itaq; in aerē continentem euaporāt. & hoc adeo fit, ut non modo uentriculū exinaniant, sed ipse etiā satis nutrimenti non habeāt: hæc est naturalis appetentia, quā cum quis habet post morbū, & tamen comedat, & nō reficiatur, nec mēbra restaurētur, signū est, quod nimis comedit. & ratio in præoptu est, quia uis cōcoctrix, & uentriculī, & membrorū apta non est, totam illā massam quā recipit, in nutrimentum cōuertere. Ideo hic qui cōualescit corrigendus est, & cibis prohibendus, ne id quod ex superfluo insumit, & cōcoqui non potest, corrupatur, itaq; reciduationē faciat. Non est etiā alienū, quod hic uētricolus appetat, quia ob aegritudinē frigidus esse cūctus est, & imbecillius redditus. Adde quod mēbra omnia cū hoc quod euacuata sint, imbecilliora euasere, ut facile non possint nutrimentū in nutriti substantiā cōuertere, propterea hic nō resumitur, nec reficitur. Tu ergo cū in tuis agris hoc cōtingere noueris, cibū minue, cōuenientē corporis exercitationē præcipito, & cibaria sint ad cōctionē aptiora, quæ si obseruari iubeas, eū refici necessariū erit. Scito etiā appetitū illum naturalē esse oportere: quoniam si præter naturā esset, forte non ualde comederet. Vel si tibi mens sit, hoc idē in fame præter naturā intelligere, quod nimis comedat, dū sumit cibū, illi aphorismo inniti poteris. Nō pura corpora, quāto magis nutries, magis lædes, in eo em̄ qui famē præter naturā habet, quāto magis cibi insumit, tāto magis læditur. ideo pluri cibo uti etiā significat. Galenus etiā in eodē quarto De symptomatū causis libro, quomodo præter naturā appetitus fiat, edocuit, Id notans, sicuti naturalis appetitus à prædictis sit causis, ita appetitus

præter naturam fit à causis oppositis. unde in uentriculo tria circa appetitum uitia reperiuntur. unum est abolita uel amissa appetentia, ut cum quis ob malos succos, in ore uentriculi, aut toto nihil appetit, & difficilis, idest, imbecilla & diminuta appetentia, cum quis parum uel minus appetit, & deprauata appetentia. hæc autem est duplex, quia uel appetit nimis ratione quantitatatis cibi, uel appetit aliqua diuersarum qualitatum quæ non sunt consueta ab hominibus comedi. hoc ultimum fit uel ob malam qualitatem oris uentriculi, uel quia uentriculi tunicae prauo aliquo excremento plene sunt, & hæc affectio potest quidem hominibus contingere, tamen ut plurimum, accidit mulieribus, præsertim utero gerentibus in secundo, tertio, & quarto mensibus: à Græcis κίττα & κισσα uocatur, idest, pica, à Plinio malacia. At ratione quantitatatis fit uel canina appetentia ob acidum humorem in ore uentriculi, uel βόλιμος. idest, uaccina fames: nam βόλιμος magna fames, quia βόλιμος particula est apud Græcos intensiua: cum omnia membra indigent, & uentriculus penuria, imbecillitate, & refrigeratione afficitur. Hæc sunt illa, quibus appetitus infertur, & auferitur. ut hinc manifeste appareat in naturali appetentia, & non in canina, neque in βόλιμος, si quis à morbo non corroboretur, quod pluri cibo utitur quam opus sit. & necessarium est intelligere, quod hic cibaria comedat his qui conualescunt consueta. nam si prædura & edocōctū difficilia comederet, necessarium non esset, quod ex illis corpus reficeret.

ἢ ἢ ἀ πρόφῃ μὴ λαμβάνοντ' τὸ π γίγνηται. idest, Si uero non assumente cibum hoc accidat, hoc est, si neque appetente, neque comedente aliquo non corroboretur.

ἢ ἢ εἰδέναι ὅτι κινώσι δ' αἷτα, idest, Scire oportet quod euacuatione indiget. nam huius uiri corpus nondum est perfecte euacuatum, sed adhuc malignæ quædam materię relictae sunt, præsertim circa uentriculum, quæ euacuari debent, aut mala qualitas, quæ ad omne corrumpit, & in suam naturam transmutat quod comeditur, tuncque euacuatione indigebit. Non appetere uero potest intelligi, uel penitus non appetere, uel diminute appetere, hocque ut in pluribus intelligi debet. nempe non ob uentriculum hoc quandoque continget, imò uentriculus appetet, sed hic non reficietur, quia alia præter uentriculum membra male affecta erunt.

In hac igitur secunda aphorismi parte, per eos qui à morbo sunt, uere conualescentes intelligit, in quibus tamē materia aliqua relicta sit. At quæ in morbis post iudicationem relinquuntur, recidivas facere consueuerunt, unde nisi hæc materia euacuetur, recidiuam facere poterit. hicque, ut Philotheus dicit, nisi euacuentur, integram sanitatem acquirere non possunt. nam non pura corpora, quanto magis nutries, magis lædes.

## GALENVS

Propter breuisloquium, & usum quandam dictionis, qui etiam est apud nos in multis ciuitatibus Asiae, hic aphorismus habuit obscuritatem. Consuetum enim est nobis dicere non assumere cibum illos qui sine appetitu, assumere autem appetentes, ac paustos usque ad satietatem. Quicumque igitur appetentes, & abundans alimentum accipientes non possunt salubres uires recuperare, magis ex eo grauantur, & non nutriuntur. Qui uero nec quod satis sit possunt assumere, uitiosos humores habent, quos nisi euacuauerint, fieri non potest ut robur recuperent sanitatis. Hippocrates uero non hic tantum, sed & in alijs suis commentarijs, quando inuicem proportionem seruata humores omnes augentur, missione sanguinis auxiliatur. Vbi uero unus aliquis ex ipsis superabundat, illi purgatorium dat medicamen. Ut igitur ista cognoscens, & qui sæpius in suis commentarijs eadem tradiderit, recte duos sequentes aphorismos subiungit in quibus de eadem docet dispositione, de qua etiam in hoc antecedente docuit aphorismo, inquiens. Si uero non assumente ægro hoc fiat, scire oportet quod indiget euacuatione. Et ordinem quidem duorum sequentium aphorismorum puto esse deprauatum in multis alijs exemplaribus. Illa uero rectius se habent in quibus alter scribitur prior. Ille uidelicet. Non pura corpora quanto magis nutries tanto magis lædes, ut totus sermo talis existat. Si uero non assumente hoc accidat, scire oportet quod indiget euacuatione. Non pura enim corpora quanto magis nutries magis lædes. Nos uero illum sequentes ordinem, quem in pluribus exemplaribus scriptum inuenimus, sic eorum fecimus expositionem.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet quid sit assumere cibum, & non assumere apud Asiaticos. nam

ut breuis

ut brevis esset Hippocrates, & ut seruaret usum dictionis, qui est in pluribus Asia civitatibus, obscurus fuit. usus autem est hic, quod λαμβάνει τροφήν, idest, assumere cibum de his dicitur qui appetunt, non assumere uerò, de illis qui non appetunt, unde appetentes, & abundans nutrimentum recipientes, si non recuperent vires salubres, magis grauantur, quam nutriantur. Qui uerò quod satis sit, assumere non possunt, uitiosos humores habent, quos nisi euacuaueris, sanitatis robur recuperare non possunt.

Quod legitur, pastos usq; ad satietatem, Græce est καὶ προφομῶν ἀρχὴ νόσῳ.

Quod etiam legitur, & non nutriuntur, Græce est, ὁ προφονται; tamen in quodam antiquo contextu legitur, quàm nutriantur, Quod mihi commodius uidetur.

SECUNDO pulchrum quoddam annotatur, quod est Hippocratis regula, ubi Hippocrates uidet omnes humores in nostro corpore proportionabiliter creuisse, semper uenæ sectione. Cum igitur unum aliquem uidebimus, cuius omnes humores creuerint, sanguinem mittere conuenit, uel per uenam nigram, quam nunc communem uocant, antiqui basilicam, uel per iecorariam, hepaticam à Græcis dictam; ex hoc habemus non semper, ex qualibet minima occasione demendum esse sanguinem; nam secare non debemus, nisi omnium humorum æquale crementum uidebimus.

TERTIO notat, Si unus humor creuerit, quod per medicamentum potius, quàm per uenæ sectionem euacuandum sit. nempe uenæ sectio uniuersalis est euacuatio, & non unius solius humoris. Imò si dixeris per uenæ sectionem sanguinem mitti, igitur unus humor mittitur. Respondebimus, non modo sanguinem, sed & omnes humores per uenæ sectionem mitti, nam omnes cum sanguinea massa mixti sunt. At si quis humor exuperet, potius per medicamentum sibi proprium educi debet, nam omnes humores propria habent medicamenta, quibus educuntur sanguine dempto, & semper per medicamentum conuenientius est particularem humorem euacuare, quàm per uenæ sectionem.

Quod legitur, recte duos sequentes aphorismos subiungit, hoc uerbum Subiungit in prima nostri antiqui contextus lectione est ἐπάγει, in secunda uerò lectione ἐποιεῖ, quam multi contextus habent, quamuis Aldinus ἐπάγει legat.

Quod etiam legitur in hoc antecedente docuit aphorismo, Græce est καὶ τοῦ προκείμενου ἀφορισμοῦ ἐδιδάξαμεν, idest, In hoc proposito docuit aphorismo.

Quod etiam legitur, Si uerò non assumente egro hoc fiat, illa particula Ἄεγρο, uocat; nam in omnibus Græcis contextibus deest.

QUARTO docet ordinem sequentium aphorismorum esse deprauatum. nam hic Aphorismus, non pura corpora quanto magis nutries, magis lædes, huic quem interpretati sumus, quandoq; iunctus fuit. Sed in exemplari Galeni minime, propterea ipse interpretationem suam prosequatur, ut scriptos aphorismos inueniet.

Quod legitur, in quibus alter scribitur prior, ille uidelicet, Græce est ἐκείνοις γέγραπται, καὶ ὁ πρότερος ἀφορισμός ἐφ' αὐτῶν, γέγραπται ἕως, idest, in quibus scribitur prior aphorismus ex ipsis, sic scribitur. In contextu uerò Aldino ita habetur, καὶ ὁ πρότερος ἀφορισμός ἐφ' αὐτῶν γέγραπται ἕως, idest, In quibus prior aphorismus ex ipsis sic scribitur.

Quod in fine cōmentationis legitur, fecimus, Græce est ποιήσαμεθα, idest, faciemus.

## APHORISMVS IX.

**C**orpora cum quispiam purgare uoluerit, oportet fluida facere.

## BRASAVOLVS

PVLCHER est hic Aphorismus, & dignus ut memoriæ commendetur. nam de his quæ agenda sunt, pertractat, quando aliquem purgare uoluerimus. Inquit autem, quando aliquem purgare statuisti, idest, medicamento exolvente euacuare, huius uiri corpus fluidum facito, idest, ipsum præparato, ut facile & sine aliqua noxa purgetur. Philotheus hunc Aphorismum præcedenti ita continuat, κατὰ σωλήσαν καὶ ἕως ὁ ἀφορισμός. ὅτι μὲν γὰρ τῷ πρὸ αὐτῶ ἐλεγμὸς ὁ ἰπποκράτης, ἢν δὲ τροφήν μὴ λιμνίζοντα

ἄπο γίγνηται, κενώσας δάτα. ἀλλ' ἵνα μὴ τις ἀπρόσῳως, καὶ ὡς ἔτυχεν τὸ κενώπριον πα-  
 ράσχει βλάδιμα, καὶ ἀδικήσῃ τοῦ κίμωντος φησί, idest, Et hic aphorismus per continua-  
 tionem: in eo enim qui hunc præcedit, dicebat Hippocrates, si autem non accipiente ci-  
 bum hoc accidat, euacuatione indiget. Sed ne quis improvide, & ut contingit, purgato-  
 rium auxilium præbeat, & iniuria afficiat ægrotantem, dicit.

τὰ σώματα, idest, Corpora] Corpus uero non dixit in singulari, ut partes uarias, per  
 quas euacuatio fit, annotaret, propterea à Theodoro Gaza non immerito hic Aphoris-  
 mus ita uertitur. Corpora quæcunq; purgare libuerit, fluida eo facies: ac si dicat, Illas cor-  
 poris partes fluidas facito, per quas purgare libuerit: hancq; arbitrarem esse Hippe-  
 cratis sententiam, nisi eius Græcus contextus id præcise significaret, quod Leoniceus  
 retulit. hæc etenim sunt Hippocratis uerba, τὰ σώματα καὶ ὅσα ἂν τις βόλεται καθαίρει-  
 δια, ὕρρα ποίειν. addeq; Galenum hanc sententiam potius sequi, quamuis & præce-  
 dentem non despiciat, tamen ad rem ipsam hæc nihil faciunt: nos enim in actu operati-  
 uo Aphorismum interpretemur, Hippocratis & Galeni placita sequentes.

καὶ ὅσα ἂν τις βόλεται καθαίρειν, ὕρρα ποίειν, idest, Cum quispiam purgare uoluerit,  
 oportet fluida facere. ] purgare apud Hippocratem hoc loco significat medicamēto pur-  
 gante uti, quod manifestissime ostendit eius uerbum καθαίρειν uel καθαίρει δια, ac si di-  
 cat medicamento purgante uti. hoc autem (ut hic à Galeno admonemur, & in libello  
 quos oportet purgare, quibus medicamentis, & quo tempore) æque per uomitum fieri  
 potest, sicuti per secessum. nullæ enim aliæ sunt euacuationes, ad quas exercendas me-  
 dicamento, de quo hic loquitur Hippocrates, purgante indigemus. Si enim uel per su-  
 dorem, uel per urinam, uel per nares, uel per palatum euacuare tentemus, purgante me-  
 dicamento non utemur, tamen & in his reddemus fluidum corpus. In his enim arcuatis  
 in quibus non mediocris obstructio contigit, & sudorem prouocare optamus, & uias a-  
 perire, portionibus atq; syrupis utimur, & humores extenuamus, ut facile exire possint.  
 In naribus etiam, & palato suis utimur præparamentis, priusquam materiam quæ in ip-  
 sis contenta est, educamus. Sunt uero præparamenta ex succo bletæ, uel amaraci aqua  
 ui ignis eliquata, uel radice bletæ naribus imposita. pro palato masticem ore tractamus,  
 & inter aures multa apponimus, ut materia quæ ad aures decurrit, facile exeat. Cum ue-  
 ro Hippocrates de sola per uomitum aut secessum euacuatione uerba faciat, qualibet  
 harum euacuationum si fieri debeat, corpus fluidum facere opus est. hoc autem uocabu-  
 lum fluidum uel fluxum non solum loci fluentiam, sed etiam materiæ præparamentum  
 significat. nonnulli enim ante Galenum per fluidum intelligebant illa esse danda quæ  
 uel uomitum prouocarent, uel secessum, quibus non consentit Galenus. nam hoc est po-  
 tius euacuare, sed facere fluidum est uiam præparare, si obstructa sit aperire, emollire, &  
 crassum humorem attenuare. At si ad rem ipsam, & curandi actum descendamus, inter-  
 rogabisq; in uomitu quid sit uiam præparare, Respondemus ex Galeni sententia in eo  
 libro quos oporteat purgare inscripto. Si per helleborum, aut simile aliud medicamen-  
 tum per superiores partes purgare uoluerimus, hanc partem fluidam faciemus, per quã  
 humor abundans transire debet: ipse autem humor attenuandus est, si crassus sit, & dis-  
 secandus, si glutinosus: hocq; corpus humectare debes, ut facilius euomat, quod per  
 quietem facile fit: nam quies corpora humectat, nam è contrariis motus exiccat. Sunt  
 igitur cibi humectantes exhibendi, & quiescendum, humectant uero cibi illi, qui uehe-  
 mentem aliquam qualitatem non habent, idest, nec salfedinem, nec acrimoniam, nec a-  
 maritudinem, nec acerbiteriam. Intelligo autem hæc cibaria non ita affecta humectare,  
 si in magna copia sumantur. Hippocrates uero unam conditionem addit septimo Apho-  
 risinorum libro aphorismo sexagesimosexto, ubi hic aphorismus ad uerbum ferè scri-  
 bitur. Atibi dicit, si per superiora purgandum sit, sistendam alium, uentriculum præ-  
 terea ad uomitum leui quodam uomitorio disponere debes, ut id est de quo Galenus in  
 libro quos oporteat purgare docet: scilicet hellebori ramusculos in oxymel imponere,  
 ut ibi per diē & noctem cōmorentur. Postea in potu tribuamus, ut uomitui aduiescere in-  
 cipiat, itaq; sape faciat ut ad uomitū præparatur: quæ deinde aut helleboro, aut alio uehe-  
 mēti uomitorio euomere faciamus. Tamē nostro hoc tēpore non est hellebori usus, nec  
 etiā uomitus usus, præsertim huius generis. Nunc em̄ in solis accessionū initijs, & in ali-  
 quibus

quibus uentriculi aegritudinibus, & alui profluuijs uomitum prouocamus, quem ob alias etiam causas antiqui exercebant. Hoc igitur est in uomitu facere fluida corpora. In his uero, in quibus per secessum expurgare uolumus, precipitato loco Galenus docet facere fluidum corpus, cum ex parte materiae, tum ex parte loci. ex parte loci aperire uias, & intestina lenire, quod fit clysterijs, nosq; potionibus, quos syrupos uocamus, utimur; cibarij; eiusdem generis sumenda praecipimus, quae scilicet emolliant, ut iura, atq; iurulentia. ex parte uero humorum, si crassos & tenaces humores attenuemus, atq; incidamus, quod apud antiquos cum cibarijs, tum etiam potionibus, quas nunc syrupos uocamus, fiebat, & Galenus eodem libro potionis cuiusdam mentionem facit ex oxymelite, hysso, origano, tragorigano, pulegio, uel aliquo ex attenuantibus: ut manifestum sit, potionem istam, unum esse ex his syrupsis, quibus crassam materiam attenuamus, quod dictum & a Galeno penultimo aphorismo primi libri repetitur. Ideo non solum has potiones dabant ut alterarent (quod nonnulli recentes arbitrati sunt) sed etiam ut concoquerent, hocq; exploratum est, nam per ipsas attenuabant, quod est concoquere. propterea syrupsis uti nobis licet, quod nonnulli male feriat uiri inficias eunt, putant enim his syrupsorum usum apud Graecos non extitisse, de qua re nos in nostris syrupsorum dialogis ubertim egimus, unde habetur, uel per superiora, uel per inferiora purgare uoluerimus, corpora semper fluida facere oportere, quod tam ad uiarum praeparationem, quam ad materiam ipsam attenuandam intelligere oportet. At si dixeris, ubi materia turgida sit, haec praeparanda non esse. Respondemus, in hoc casu medicus coacte agit, unde & eadem die medicari oportet. Quae uero nocumenta sequantur, nisi corpora fluida fiant, Galenus & in huius partis commentatione, & in libello Quos oportet purgare, docet.

Si uero dixeris, a Galeno de his solum mentionem fieri syrupsis, qui in turgente materia dari debeant, cum melicrati meminit, origani, & tragorigani, Respondemus id quidem uerum esse, sed si hoc facit in materia turgida, quando occasio praestatur, quanto magis in materia illa faciendum erit, quae in aliquo loco firmata coctionem expectabit? Si uero dicas, cum materia concocta est, ad benignum redacta est, igitur euacuatione non indiget. Respondendum, reduci ad benignum nihil aliud esse, quam praeparari ad exitum, non enim ad id reducit, ut corpus nutrire possit, quando semel corrupta fuerit. Addeq; sua quantitate peccare, & apta est ut in corruptionem facile reuertatur, uel in maiorem dislabatur. Inferamus igitur illa quae & hic, & in septimo libro Hippocrates dixerat, Si aliquod corpus purgare uolueris, id fluidum facias. Addit uero septimo libro, Et si supra, sistere aluum, si uero infra, humectare, & aluum lenire, uomiturq; humectantia comedere debent.

Dubium hic facit Oribasius, iniquens, Manifestum est igitur ex uerbis Galeni, Hippocratem de cathartico, quod habet scamoniã intellexisse; sed cum scamonia calida sit & sicca, & biliosus humor calidus sit & siccus, & similia similibus gaudet, quomodo similibus simile sibi deponere potest? & non potius contrarium expellit humorem, Respondet, scamoniam ex precedente humido uictu uires accipere ut quae est calida & sicca, & ideo bili similis contraria qualitate uictus, inuitet & educat humorem. nam ideo offerimus cibos humidos, idest, lactucas, oua forbilia, & alia similia, ut dum datum fuerit praesidium, eius qualitas cibi temperantia ualeat. Titillat enim & deponit humorem. Sic ite ex contrario, pituita calescit, & educitur, melancholicus humectatur atq; calescit, sic namque eodem modo educuntur humores. Haec Oribasius de mente Galeni, cum constet apud Galenum nusquam inueniri, ipse uero putat ex quadam substantiali similitudine humores a medicamentis trahi atq; educi.

Philotheus quoq; docet, eodem serè modo quo nos superius facimus, quomodo sint corpora fluida reddenda: inquit, Id duobus modis fieri, η̄ τὴν λεπνωσιν τῆς ὕλης, καὶ τῶν χυμῶν μαλακώτητα. Δεῖ οὖν καὶ τὰ πλεονέχοντα χαλασαί καὶ ἀραιώσαι, καὶ τὸς πόρους ἀναπειτᾶσαι, καὶ τῶν ἀγγείων τὰ σπύμια ἀνευρῶσαι, καὶ τὸς πλεονέχοντες ἐν τῷ σώματι παχῆς καὶ γλίσχρος χυμὸς τμηθῆναι καὶ λεπνωθῆναι. ἔτα δὲ θέντος φαρμάκου κβαρτικῶ, μετὰ λαμβάνοντά τε παρὰ αὐτοῦ, καὶ ἀριστὸν γίνεται ἢ κέλευσιν αὐτῶν η̄ πάντα, οὗ τε γὰρ σφόδρα, ἐπὶ ἰλιγοῖ ἄσα τε πολλὰ καὶ κερκοσφοῖα, καὶ ἔκλυσεις ἀπαντῶσιν αὐτοῖς. idest, Ad extenuandam materiam & emolliendos meatus. oportet igitur partes ambientes continere



continentesq; laxare & rarefacere, & meatus aperire, & uasorū orificia ampliāre, & contentos in corpore crassos & tenaces humores incidere atq; attenuare. Deinde dato purgatorio pharmaco, ab ipso apprehēduntur arripiuntq; & optima fit omnino ipsis depurgatio. Neq; enim tormina, neq; uertigines, multaq; uexationes & deprauati pulsus resolutionesq; ipsis occurrunt.

## GALENVS

**M**ULTI quidem uolunt corpora fluida fieri, ubi per medicamenta uomitoria euacuatio est faciēda, cum his quæ ad uomendum irritant. Vbi uero per deſicientia, continuo aluum ſubducendo. Et ideo totam diſpoſitionē utriſq; his quidem ad alui ſubductionem, his uero ad uomitum, faciūt habiliorem. Ego uero Hippocratem puto, non minimū id, ſed aliquid maius hoc in loco nos docere uoluiffe, quod nos longa experientia didicimus ita ſe habere, Si quis enim extenuet, atque incidat crasſos, atq; tenaces humores qui in corpore ſunt, & meatus aperiat per quos iſti tranſmittuntur, atq; trahuntur à medicamentis quæ uim purgatoriam habent, tunc purgatio in omnibus recte procedit. Qui uero iſtud neglexerint, & uomitus, atq; alui ſubductionē procurauerint, his diſciles ueniunt purgationes, non ſine torminibus, & quadam uertigine, ſaſtidioq; multo & malo pulſu, ac diſſolutione, & difficultate. Nos uero extenuante utimur uictu, de quo integrum ſcripſimus librum, & nihil horum contingere conſueuit, ſed eorum quæ in corpore præter naturam continentur ſine ulla moleſtia, ac celerrime, ſiunt euacuationes. Idcirco Hippocratem dicimus ſuo adieſſe ſermoni: Vbi quis uoluerit purgare corpora, oportet fluida facere, ac ſi ita dixiſſet: Siue per uomitus, ſiue per alui ſubductionē purgare uelis, fluidum totum corpus efficiens, ſic purgabis optime. Erit autem fluidū, ut diximus, omnibus meatibus reſeratis, humoribus uero incis, abſterſis, atque extenuatis, ſi quis fuerit humor in corpore crasſus, ac glutinoſus.

## BRASAVOLVS

**PRIMO** Galenus ſecundum antiquos, quid ſit corpora fluida facere docet, nam inquit cum euomere debeant, cum his quæ uomitum faciunt, purgatio faciēda. At ſi per ſeceſſum purgare uelimus, illa demus quæ purgant, at Galeno uisum eſt (& non ab re) maius quoddam ab Hippocrate dici, quàm iſtud ſit, quod hi putarūt. Vbi legitur, ubi uero per deſicientia, Græce eſt τῶν δὲ ὑπελάτων, quod uocabulum apud Galenum Medicamentum ſignificat per aluum educens.

Quod autem legitur faciunt habiliorem, Græce eſt ὑπὸ τῆς αἰσῆς πῶς κεν ἀναρῶσι, id eſt, aptum præparant.

Quod legitur didicimus, Græce eſt ἐδάξαμεν.

**SECUNDO** docet fluidum fieri corpus, ſi tenaces, & crasſos humores attenuet, atq; incidat, & uias aperiat, per quas materiæ à medicamento tractæ pertranſire debeant.

**TERTIO** docet, ſi quis hoc non fecerit, ſcilicet humores & uias non præparabit, diſciles purgationes conſequūtur. & quæ nam ſunt illæ difficultates edocet, primo tormina incident, quos σφόδρα ſua lingua uocat, quæ proprie ſunt in inteſtiniſ a torquendo doctores. nā uia clauſæ ſunt, per quas materiæ expurgari debent, propterea in tranſitu partes extendentes dolorem pariunt, quibus & humorū crasſities adſcitur. Secundo uertigines incident, quos ἰλιγγίς uocat. nā debiles ſunt uertigines, & non ſcotodimia uapores, qui à materiā ad exeundū inepta aſcendunt, in cauſa ſunt cur hæ uertigines ſiant, tertio ſaſtidia incident, quoniam æque boni ſicuti mali humores exeunt, quod ſaſcit in homine ſaſtidium, & quandā in uentriculo perturbationem. propterea quartum ſequitur, ſcilicet malus pulſus, ſcilicet laſſus, quandoq; intermittens, imbecillus, unde & quintū ſequitur, quod eſt diſſolutio, & totius corporis laſſitudo, atque difficultas, quæ omnia in eo libro, Quos oportet purgare inſcripto, ad uerbum etiam enumerantur.

Quod legitur, non ſine torminibus, Græce eſt μετὰ σφόδρα ἐνίοτε, id eſt, cum torminibus aliquando.

Quod etiam legitur, ſaſtidioq; multo, in prima lectione noſtri antiqui contextus eodē modo legitur, αἰσῆς τε πολλῆς, ſed in ſecunda lectione, & in Aldino contextu ſcriptum habetur αἰσῆς τε πνός, id eſt, ſaſtidioq; quodā, quod mihi magis placet, ob particulā πολλῆς, quæ iterum ſequitur.

Quod

Quod etiam legitur, Et malo pulsu: Græce est, *καὶ σφοδρίας πλῆσις*. idest, Et multum deprauato pulsu.

QUARTO, Galenus docet quid in hoc casu agat, quando purgare expedit, inquiens se uti uictu extenuante, ut scilicet humores attenuentur & incidantur. Si uero dixeris, quum in humano corpore eque tenues humores inueniantur, sicuti crassi; cur Galenus de præparatione crassorum humorū solum mentionem fecit, & tenuium coctionem prætermisit? Respondemus, Neq; hic, neq; in libro Quos oporteat purgare, neq; usquam apud Galenum reperitur, quod aliud sit coctio (præsertim quo ad humores) quàm extenuare quod crassum est atq; incidere. Propterea apud Galenum tenues humores, quantum sit ratione humorū, præparatione non indigent; sed uiæ solum illæ sunt, quæ in tenuibus humoribus fluxæ fieri debent. Sæpe uero tenuis materia mobilis est, ideo non expectanda concoctio; unde & si Galenus tenuem materiã concedat, illam tamen in crassandam esse non uult, ut recentes inquirunt. Sed ipsamet uijs paratis exire apta est. Propterea in huius commentationis fine dicit, Erit autem fluidum corpus, omnibus meatibus referatis, humoribus uero incisus atq; extenuatis, si quis fuerit humor in corpore crassus aut glutinosus, ac si dixerit, Si humor non fuerit crassus aut glutinosus, quantum sit ratione sui, præparatione non indiget; sed bene quantum sit ratione uiarum, per quas transire debet. Sed tu forte in hanc sententiam Galenum adduces in cōmentatione aphorismi sexagesiminonni quarti libri, ubi dicit, quoniam magna ex parte in febris ex urinis ab initio tenuibus sit ad crassiores conuersio, tendente iam morbo ad solutionem: ex quibus uerbis quispiam putare posset, in tenui materia concoquere esse illam in crassare. Sed re uera aliud est de eo quod per urinam significatur, loqui, aliud de materia ipsa quæ concoquitur. nam urina tenuis uias obstructas esse significat, & materiam crassam nondum concoqui. Quum uero urina crassior efficitur, signum est materiam crassam concoqui, idest attenuari. Propterea ad urine meatus facilius peruenire potest, quæ alioqui crassa immobilis erat, & ab ipsa non decedebantur urinæ. Nisi Galenus & hic & alibi hunc aphorismū de præparatione materiæ, & uiarum intelligeret; nos hic de uiarum præparatione solum intelligeremus quæ fluida efficerentur, quum in illo aphorismo concocta medicari, & mouere non cruda, de materiæ præparatione uerba fecisset, tamen in hac re potius Galeno consentire uolumus, quàm nobiscum ita opinari.

Quod legitur, Sed eorum quæ in corpore præter naturam continentur. principium huius partis, Græce est, *ἢ τῆς λεγόμενης ἀπάντων*. idest, In euacuatione omnium. postea sequatur, Quæ in corpore præter naturam continentur. tamen Aldinus contextus non habet particulam *ἢ τῆς*, neq; antiquus noster in prima lectione, sed ita simpliciter habent, *αὶ τῆς λεγόμενης ἀπάντων*.

In fine commentationis particula Absterfis, in Aldino contextu abest: tamen in nostro antiquo habetur, *καὶ ἐνφθίντων*.

## APHORISMVS X

Non pura corpora, quanto plus nutries, tanto magis lædes.

## BRASAVOLVS

GALENVS hunc aphorismum illi coniungendum uolebat, qui in hunc modum legebatur, Si à morbo cibum assumens quis non corroboratur, pluri cibo uti significatur. Si uero non assumente hoc accidat, euacuatione indiget; nam impura corpora, quæ & prauis humoribus plena & mala affectione infecta sunt, quanto magis nutries, tanto magis lædes; nempe nutrimentum illud corrumpitur, & humorem corruptum potius auget, quàm nutriat corpus. Et ideo à Galeno non ab re dicitur, quantitatem augeri, & malam qualitatem seruari. Vnde & Philotheus dicit, *καθ' ἑαυτὴν γὰρ καθαρὸν ὕδωρ ἐν βορβόρῳ χρώμενον*. idest, Sicuti enim pura aqua in cæno admixta. Postea sequitur, *ἀλάτνειται μὲν πλὴν ποσότητα, φυλάττειται δὲ πλὴν ποιότητα, καὶ ἀντιθετὸν ἀνεστῆ οὐ σκοπὸς γίνεσθαι τῷ τῷ τριφει*. idest, Augeri quidem quantitatem, seruari uero qualitatem, & hinc im-

prudens sit nutriendi intentio. Galenus primo De simplicium medicamentorum facultatibus libro, capite ultimo, hunc aphorismū ad animam etiam ampliavit. nam hæc in parte seipsum excusat cur logicas quæstiones in primo & secundo libro non præmiserit, quæ tamen præmittendæ uidebantur: se excusat inquam, quòd hoc à principio fecisset, nisi plena paralogismis atq; erroribus omnium propè iuniorum essent uolumina, quos prius extergere, atq; ex animis discentium delere oportet, ne quid ueritati obsistat. Nam & Hippocrates inquit (Sic etiam ait Plato) Non solū impura corpora quanto plus nutries, tanto magis lædes: uerū etiā impuris animis, si nutriētes sermones offeras, non modo nihil prodis, uerum etiam magnopere obfueris. Quod pluribus nostro hoc tempore usu uenire uideamus, quos quanto blandioribus uerbis alloqueris, tanto magis ad iram incitātur: adeo intēperantes & inexorabiles sunt, quos officijs ad iram, contumelijs prouocas ad amorem. Oribasius exemplo quodam aphorismū uerum esse ostendit, inquit: finge aquam turbidam, huic si multam immiseris aquam, totam inficies, & in putridam conuerteris. Item, si aquæ lymphidæ modicā nigriciem sepiā iniicias, corrumpitur illa, & nigra efficitur. Ita corpora humana sunt: si parua fuerit putredo, quantumcunq; dederis cibum, totus in putredinem conuertitur: ideo inanitionem exposcit. Galenus in libello De renum affectibus, de exercitationibus agens probat ante cibum corpora exercēda esse, quia meatus expurgant, euacuantq; superfluitates. Corpora enim non pura, quanto magis nutries, tanto magis lædes.

*Τὰ μὴ καθάρῃ τῶν σωματικῶν.* Noster uero antiquus legit, *τὰ μὴ καθάρῃ σώματι.* idest: Non pura corpora. ] Per quæ illa corpora intelligas, quæ malam qualitatem simul cum humorum quantitate peccantem habent. Si uero petas, an hæc corpora sana sint, uel ægra: Respondemus, Si illa consideremus, ut operationes habent quæ non sunt læsæ, sana esse constat, non neutra, ut recentes putant: quoniam nos apud Galenū neutrum inuenire nescimus: imò tanto magis corpora iam sana intelligenda sunt, si hic aphorismus illum sequatur, Si à morbo cibum assumens quis, non corroboratur. nam eo loco de iam sano loquitur, quamuis euacuatione indigeat, quia illi humores tunc operationem non impediunt. Opus est etiam, corporis impuritatem intelligere, in illo præsertim membro, in quo fit coctio: propterea Galenus uentriculum intelligit, quamuis ad totius corporis, & cuiuscunq; partis impuritatem ampliari possit.

*ὁπόσον αὐθρέψῃ, μᾶλλον βλάψῃ.* idest, Quanto nutries, magis lædes. ] Hic est uerus Hippocratis sensus, Non pura corpora ratione qualitatis & quantitatis, quāto magis ea nutries, tanto magis lædes: ut hoc ferè dictum sit in mulierculas, & fatuos uiros, qui quum uident conualescētes cito non refici, cibos præstant & uarios & copiosos: & eo etiam abnegante comedere cogunt, qui quāto magis infumit, tanto magis læditur, ob assignatam causam. Quæ uero hic à recentioribus de cibo medicinali, resumptiuo & nutritiuo adduntur, nullius momenti sunt: nempe opus est simpliciter tale genus cibi intelligere, quale ab his sumi consueuit, quando uel febris dimiserit, si ab ægritudine sint, ut Galenus intelligit: uel etiam sint corpore non puro, tamen ægri, sed dispositionem in ægritudinem habeant. At nos potius cum Galeno post ægritudinem intelligimus. At si huc Galenum adduxeris, qui libro primo aphorismo decimosextimo uoluerit, cum humores corrupti sunt, refectione indigere. Inquit enim: si uires laborantis debiles sint, & ea quæ est in corpore dispositio sit ex corruptione humorū uel defectu, istis dabimus parum & sæpe. Postea huius rationem reddit, inquit, Parum quidem: quia uirium imbecillitas non potest totam simul multitudinē alimenti sustinere. Sæpius autem, quoniam nullis indiget dispositio, ut manifeste uelit dispositionem multis cibis indigere. Quare est non pura, & humores corrupti sunt. Igitur in corporibus non puris, multa præsidia exhibere oportet: imò ideo iubet exhibendos cibos, quia humores mali sunt. Additq; paulopost: Si cum humorum defectu uel corruptione uires ualidæ fuerint, tunc multos cibos, atq; multoties his qui ita laborauerint, dabimus: utpote multos exigente dispositione, & natura robusta potente illos concoquere. Vides igitur ratione dispositionis, idest corruptionis humorum multos exhibere.

Respondemus, Si Galenum simpliciter intelligeremus, ut præcitata uerba præ se ferre uidentur, omnino ille Galeni contextus huic aphorismo opponeret. Quum uero

nos arbitrari non possumus, Hippocrati Galenum opponi. Propterea dicamus Galenum de cibo qui alteret, intelligere: & de eo qui malam illam qualitatem ad temperamentum ducit. Vnde quum de his uerba fecisset, qui imbecillam uirtutem habent, & humorum corruptionem, dicebat: corruptio uero exigit contemperamentum. Vel dicamus, Galenum corruptos humores considerare, quos ut contemperet, cibum præbet, ne corruptio intendatur, sed ut cibus commixtus corruptionem remittat, non alterando ad oppositum, sed ex commixtione remittens: sicuti si quis austero uino aquam miscuerit, ut qualitatem illam contemperet & remittat; unde & si in hoc obesse possit, quod humores crescunt, & mala qualitas non immutatur quin talis sit, tamen in hoc mutatur quod remittitur, & non est adeo intensa ut prius erat. At si hoc diceret, sibi ipsi in hac commentatione opponeretur. Et præterea omnes inquirunt, & in confesso est, illos cibos eadem corruptione corrumpi, & eadem affectione affici, qua totum corpus affectum erat. Vel hoc intelligit solum ratione miscellæ, ut mixtum temperamentum quoddam faciat; hocque aliquid sit, quod in corruptionem, quam humores habent, corrumpi non possit.

Solent & recentes, Auicennæ dictum in hanc sententiam adducere, quod est tertia primi in capite De regimine eius quod comeditur & bibitur, ubi inquit: Sæpe conuenit ei in cuius corpore humores abundant corrupti, ut rem bonam largiter comedat. Tamen Auicenna hoc dictum à Galeno accepit, & per rem bonam, rem aptam intelligit, & illi corpori conuenientem.

Galenus uero in ultimo Artis medicinalis capite, quomodo hæc corpora eorum qui conualescunt, regenda sint, edocet, inquit, Habent exiguum sanguinem, & spiritum animale exiguum: ideo imbecilles uires habent, & corpus frigidum: propterea iubet ut cibi in principio sint humidi & cōcoctu faciles, neque frigidi; deinde illa dentur, quæ multum nutriant; tamen & non pura corpora esse possunt, etiam si non sit conualescens, sed simpliciter absque ægritudine præcedente. Superius uero docuerat, non pura corpora, non esse cibanda copiose.

## GALENVS

**C**ORRUMPITVR enim adueniens alimētum corpori malos humores habenti, ita quod ipsius quidem quantitas augetur, qualitas uero seruatur. Hoc uero præcipue fit quando uentriculus quibusdam humoribus uitiosis plenus extiterit, ex quibus paulo antea dictus reualescentibus accidit casus, non posse uidelicet cibum assumere.

## BRASAVOLVS

**PRIMO**, Galenus rationem reddit, cur alimentum his obsit, qui corpora non pura habent, quoniam materiæ quantitas augetur, & qualitas seruatur.

Quod legitur, Ita quod ipsius quidem quantitas augetur. lege, Ipsorum. nam refert, humores.

Quod legitur, Corruptur enim adueniens alimētum corpori malos humores habenti. Græce est, *συνεφθάρθησαν γὰρ ἢ ἐπισπύσαντες τὴν πλεοναρχίαν ἢ τὸ σῶμα κακοχυσία*. Simul enim corruptur alimentum superueniens malis humoribus præexistentibus in corpore.

**SECUNDO** notat, id præsertim fieri, quando *γαστήρ*, idest uentriculus quibusdam humoribus uitiosis plenus extiterit, ex quo dubium superius factum solui potest: id scilicet, quia Galenus aphorismo decimosextimo primi libri scriptum reliquerat, cibum his dandum esse, qui corruptos humores habent. Quod dictum intelligere oportet, modo non sint in uentriculo: quia si hi humores in uentriculo corrupti sint, augetur quantitas, & eadem qualitas remanet. Si uero corrupti humores in uentriculo non sint, tunc optime infumere possumus, quoniam & si quantitas augeatur, eadem qualitas non remanet, sed remittitur: ideo temperamentum fit; de quo Galenus in præcitato aphorismo loquebatur.

**TERTIO** notat, quando augetur quantitas, & qualitas eadem remanet: quia humores in uentriculo sint, eorum casus accidit, qui ab ægritudine non assumunt cibum, idest nec appetunt, nec comedunt.

Vbi legitur, Ex quibus paulo antea dictus reualescentibus accidit casus. deest par-

ticula, Ex morbis, nam Græce est, ὑφ' ὧν καὶ τὸ μακρὸν ἐμπέδον ἐργασίον σύμπτωμα τις ἀνακαμφθῆναι ἐκ τῶν νόσων συμβαίνει. idest, Ex quibus pauloantea dictus reualescentibus ex morbis accidit casus uel symptoma.

## APHORISMVS XI

**F**acilius est impleri potu, quàm cibus.

## BRASAVOLVS

**NULLVM** fuit æuum, in quo sui Momi non fuerint, nec Hippocratis tempore Hippocratomastiges defuere, qui in hoc aphorismo tam sapientissimum uirum deridebant, ueluti illum qui ea scribat, quæ etiam ignarum quemlibet dicere sciuisset; nempe is Tiresia quidem cæcior esset, qui non agnosceret, facilius esse bibere, quàm comedere; imò hoc usu uenit multis, qui etiam absq; cibo bibere consueuerunt. Sed hi Hippocratem non intelligunt, qui non de hoc bibendi, aut comedendi actu loquuntur, sed de nutritione ipsa, quæ ab his quæ insumuntur, fit. Itaq; sensus eius est, facilius esse non quidem impleri uentriculum, sed uenas, & uniuersum corpus potu, idest re liquida, quàm cibus, idest re crassiori, quæ masticatione indiget.

Galenus hunc aphorismum ita continuat, Sicuti superius de his qui ab ægritudine erant, loquebatur: idest de his qui resumebantur: ita hic aphorismus in resumptione intelligendus est, quando aliquis post ægritudinem iam sanus effectus est, sed & sanguis & corporis humiditates resolutæ sunt: docetq; quo nam modo citius reficiendæ sint, inquires id potu potius fieri, quàm cibus. Oribasius & ipse de refectioe quæ post ægritudinem fit, intelligit.

ἔαυ. idest, Facilius. ] Quod duo notat, & in coctione facilitatem, & quòd cito consequantur.

πληροῦσαι. idest, Impleri. ] Hic uero Hippocrates de plenitudine illa non intelligit, de qua librum fecit Galenus De plenitudine inscriptum: sed per Impleri, refici intelligit, & refumi corpus ob ægritudinem exangue, & quod refectioe indiget.

Ποτὸ ἢ σίτων. idest, Potu, quàm cibus. ] Per potum, rem omnem potabilem non intelligit Hippocrates, quoniam aqua potabilis est, quæ tamen nec facile nec difficulter nutrit. Sed id potabile esse intelligit, quod absq; masticatione deglutitur, & cito concoquitur, & secundum plures partes in nutrimentum pertransit, ut uinum præsertim quod nos creticum uocamus, & oua tenella non requieta, & iura, & quod ex attrita & pista carne confusum uocamus. hæc enim & facile concoquuntur, & secundum plures partes nutriunt, quod in maiori parte intelligimus: nempe in aliquibus oua potius in uentriculo corrumpuntur, quàm concoquantur, ut in his qui ignea caliditate calidum uentriculum habent; & in aliquibus præpotentia uina non nutriunt. Propterea istud in pluribus intelligere oportet. Per cibum uero, omne id intelligit quod nutrit corpus, sed masticatione indiget: ut hic sit aphorismi sensus, Inter ea quæ nutriunt, ita ut facile concoquantur, & pro maiori parte in substantiam nutriti conuertantur, illa quæ in potus speciem sunt, facilius hoc faciunt, quàm quæ in cibi speciem sumuntur.

Philotheus eodem ferè modo intelligit, inquires, πᾶσα γὰρ σίτη ἀ τροφῆ, ὡς πικρὸ τῆρα δυναλωτὸς ἔστι καὶ δυναλωτὸς. ἢ δὲ ὑγρὰ, ὡς δυναλωτὸς ἐπιμῶς ἀναδιδόται πλὴν ποτὸν ἀνοσίον οὐ παῦν ὑγρὸν εἶα σίματα λαμβανόμενον. ἀλλ' ὡς ἐν τῷ πῶδῃ τροφῆς εἴρηται ὑγρῆς, τροφῆς ὄχημα οἶν. οὐδ' ἐν γὰρ πίπτει ἐν τροφῆς μάλιστ' ἀναλωτὸν καὶ σωμα γαγγῆ καὶ ἐξέσαι διώχαιμυ εἰσοκεδ' ἀδέσαν δυναλωτὸν, οὐ μόνον δὲ δυναλωτὸς, ἀλλὰ καὶ ἀναλωτὸς ἔστι, καὶ εἶα ὅσοι προσιμώτατ' καὶ μελιτε εἰ φανθός, καὶ πυρρὸς ὁ οἶν. οὗτ' γὰρ ἔστι πᾶντα ἀεισ. idest, Omne enim nutrimentum esculentum, sicuti crassius ita difficilius alterari, & per membra dissipari ac distribui potest. humidum autem sicut facilius alteratur, ita promptius per membra distribuitur. Verum per potum intelligendum est, non omne humidum per os assumptum. Sed, sicuti dictum in libro De alimento humido, nutrimenti uehiculum est uinum. Nihil enim est hoc inter cibos aptius, quod distri-

distribuat & colligat & vires corroboret. Non solum autem facile trāsmitti & distribui potest, sed etiam inharere. & propter hoc nutriendo accommodatissimum; praesertim si sit flauum & rufum uel giluum. Hoc enim omnino est optimum. Nos igitur putamus in hoc loco non *μηρός*, idest amarum, sed *ωυρρός*, idest rufum, uel *λίγγος*, idest giluum, qui color (teste Gellio) medius est inter album & nigrum. Apud Pliniū lego quidem, uina uetustate transire in amaritudinem. Vnde illud Catulli,

Inger mi calices amariores. Sed de his non puto loqui Philotheum.

Orbasius dubitat, Quare potu, magis quā cibo. Respondet, Si uolueris cibum offerre ad saturitatem, uirtutem non esse quae illum concoquat. Subtilior autem potus cito ei, & cito implet. Deinde ait; Finge tres uelicas, in unam mitte aquam, in alteram oleum, in tertiam uinum: plus tenditur quae uinum habet, quā quae aquam; plus illa quae oleum, quā quae uinum. Tamen hoc exemplum, ad rem non multum facit.

Dubitant hic recentes, de liquidis cibis à uētriculo calido sumptis, cur corrumpantur; nam ut Galenus capite sexagesimosecūdo Artis medicinalis dicit, quae facile trāsmutantur à stomacho calido, facile corrumpuntur: nec desunt qui hoc dixerint, liquida non magis nutrire, quia à stomacho calido corrumpuntur, hocq; in stomacho ita affectio solum repetiri. At nos aliter dicimus; nam Galenus simpliciter nō uult omnia corrumpi quae facile alterantur, sed aliqua solum; nec istud est in simpliciter calido uentriculo, sed in habente igneam caliditatem. Adde, hoc non esse in potu intelligendū; nam uinum non corrumpetur, etiam si ab eo qui calidum uentriculum habeat, fumatur.

Nec dubium illud praetermittere oportet, quod per similitudinem fit; nempe cibus est corpori similior, quā sit potus. Facilius igitur corpus cibo impleri debet, quā potu; quia in habentibus symbolum facilius est transitus.

Nos huic dubio respondemus, quicquid à recentioribus dicatur, id quod durum est, & in cibi forma, à nutritione magis longinquū est, q̄ quod est in forma potus; nam qd est in forma potus, iam liquidum est; quod uero cibi formam habet, eliquari oportet, si nutrire debeat. Hic enim est ordo, ut quum cibus uētriculum ingreditur, statim cōcoquat, & in substantiam quādam eliquatā cōuertat; deinde per intestina trāsirens, tenuior pars à iecore per uenas melaëicas trahitur, crassior descendit, & in crassioribus intestinis stercoreis formam acquirit, ac per anum emittitur. Illa uero tenuior pars quae à iecore trahitur, iterum coquitur, & sanguis atq; humor efficitur, qui sunt tenuiores, quā illa tenuis pars quae primo ad iecur peruenit; postea à iecore per uenas transit, & alteram nutritionem in membris facit: praesertim quum est in uenis maioribus, acquiratq; ut ad minores, & usq; ad capillares transire possit, & fieri nutrimentum. Vnde in hoc processu uides id quod est potabile, esse magis propinquum huic ultimo fini, quā quod est comestibile.

Id etiam quod à recentibus dubitatur, Si potabilia facilius nutrent, omnia corpora his essent nutrienda: itaq; non indigeremus dentibus, nec cibi puerorum ab illis se num differrent. Vanum est; nempe cibi non solum sumuntur, ut nutriant; sed ut solidum etiam nutrimentum condonent, & quod diu perduret. Ideo cibos praeduros & densos sumimus, & non liquidos & potabiles, nisi quando in aegritudinibus opus est.

## GALENVS

**Q**UVM sermo ipsi de his qui indigent corporis refectione antea sit habitus, propterea nunc scripsit materierum diuersitates ex quibus nutriuntur. Scriptum autem est ab ipso & in libro De alimēto sic, Quicumq; indigent citissima adiectione, humidum remedium ad recuperandas vires optimum est. Vbi autem adhuc citius, per odoratum. Oportet autem non simpliciter intelligere in utroq; libro, uel in illo humidū, uel hic potum, sed humida, & potus, quae suapte natura apta sunt nutrire corpus. Nam si non ita nutriunt, sicuti solidiora, superant tamen nutriendo celeritate, sicuti uina crassiora, nam aquosa (sic autem nominant alba, & tenuia) sicuti aquae similem formam habent, ita etiam uim; quare urinam cient, & minime nutriunt, quae uero, & crassa sunt, & colore rubea, plus alimenti habent quam reliqua uina. Inest autem eis, & citissime implere corpora euacuata, & ob hoc indigentia adiectione, Quod uero humidum ali-

mentum, & præcipue natura calidum facilius nutriat, manifestum his qui norunt quo modo & coctio & distributio fiant.

## BRASAVOLVS

**PRIMO**, Galenus hunc Aphorismum præcedentibus continuat, hoc modo: Quum de refectione corporis superius loquutus sit, nunc materiarum diuersitates ex quibus nutriatur, edocet.

**SECUNDO** notat, hoc idem ab Hippocrate in libro De alimentis postum esse, ubi Hippocrates edocere statuit, in his qui indigent citissima refectione, quæ etiam exhibenda sint; sicuti nonnullis ægris contingit, quibus vires defunt. In his (inquit) humidum remediū ad recuperandas vires optimum esse. Humidum vero intelligit, quod potabilem formam habet; imò addit, Si hic citiori refectione adhuc indigeat, hoc fieri per odoratum: nam res odoratæ spiritus reficiūt & augent, membra autem solida minime. Sicuti enim fœtor inter illa connumeratur quæ vires prosternunt, ita odor è contrario easdem reficit.

Quod legitur, Scriptum autem est ab ipso & in libro De alimento. superflue habet hanc particulam, Ab ipso. nam Græce est, γράψαι δὲ οὐκ ἐν αὐτῷ ποδὶ προφῆς. scriptum est autem in ipso De alimento, scilicet libro.

Quod etiam legitur, Humidum remedium. Græce est, ὑγρὸν ἴμαρ.

**TERTIO** notat, per potum intelligere oportere, omne quod humidū est, & omnem potum qui corpus nutrire aptus sit. Hæc enim non ita penitus nutriunt robusto alimento, ut solidi cibi faciunt; tamen solida ipsa nutriendi celeritate uiuunt, ut sunt crassiora uina.

Quod legitur, Nam si non. Græce est, εἰ γὰρ. id est, Si enim.

Vbi etiam legitur, Superant tamen nutriendo celeritate. Hæc duo uerba Tamen, & Nutriendo, uacant. Nam Græce est, πλεονεκτήσει δὲ τάχιστα.

**QUARTO** notat, uina aquosa, qualia sunt alba tenuia, ut sunt aquæ similia, sic etiam uim aqueam habent; ideo urinam prouocant.

Sed tu fortè Hippocratem in Galenum adduces, qui libro tertio De ratione uictus in morbis acutis, in principio, ubi de uino albo uinoso uerba facit, inquit; Facilius omnino alio ad uescicam transit, urinam ciet, magnumq; semper auxilium in his morbis afferre solet. Quamuis enim, quod ad reliquos usus attinet, ab alio uino superetur; quia tamen per uescicam purgat, magnifice liberat, si exhibeatur, ut oportet. Igitur aquoso uino, uinosum præmittit in prouocando urinam; quãuis & Galenus in duodecimo Methodi curandi libro, de hoc albo aquoso idem prænuuntiauerit; & in quinto De sanitate tuenda, quod urinam prorit.

Respondemus, id uerum esse quod ab Hippocrate dicitur, Vina alba uinosa urinam prouocare: nempe, calida sunt, & ad mouendas uescicæ partes apta. Tamen non errat Galenus: nam & aquosa uina urinam promouēt, quia corpus modice nutriunt, & pro maiori parte ad urinæ uias tendunt; itaq; urinam proritant. Hoc autem non est per se, quia tale; sed per accidens, quia urina multiplicatur, quæ in illis partibus, aliquibus mixta, illa secum ducit. Propterea à Galeno hic non ab re dicitur, hæc uina aquosa uim aquæ habere; quia sicut aqua non nutrit, sed ad uescicam transit, ita hæc uina pro maiori parte in uescicam descendunt.

At recentiorum dubium nullius momenti est, quo dicunt: Si hæc uera sint, aliqua frigida urinam prouocare. Nos istud concedimus, sed per accidens fit. Adde, hæc uina non esse penitus frigida: certum uero est, calidiora magis urinam prouocare. Propterea & in libro qui apud Hippocratem simpliciter De ratione uictus, uel De alimentis inscribitur, dictum est, Album uinum & asperum calefacit, & magis lotium ciet, quam uentrem. Tamen ex eo argumentū sumere potes, quod & illa quæ frigida sunt, urinam prouocent. Nam Hippocrates in libro De morbis qui extra, inquit: Vetus uina, uentrem lotiumq; ciumt; uina autem uetustate frigidiora fiunt. Et in eodem libro inquit: Vinum asperum lotium ciet. Sed addit, Præsertim uetustum, album & tenue: ut

ex uetustate

ex uetustate frigiditatem iudicare possis.

In summa igitur, apud Hippocratem & Galenum per se uina alba, uel ( ut Galenus dicit in quinto De sanitate tuenda ) quæ ab Hippocrate dicuntur *λιγβα*, idest fulua; Latini gilua, si Gellio credimus : uel *φαιρα*, idest flaua, si tenuia sint, urinam ciunt, Aquosa autem hoc faciunt per accidens. Galenus uero præcitato loco, quæ uina senibus conueniant edocens, inquit, Ea esse quæ habent substantiam tenuem, ideo urinas mouent, & colorem flauum. Additq; hunc colorem esse proprium præalbidorum uinorum; nam in senibus hoc uinum optimū est, quia totum corpus calefacit, & per urinas serum sanguinis expurgat. In his ergo, in quibus urinam prouocare indigemus, tenuia uina & aquosa danda non sunt, sed tenuia & uinosa flaua, quæ calidissima sunt & multum aperientia.

QVINTO Galenus docet, Vina crassa, & colore rubra, plus alimenti præstare, quam reliqua uina; ideo cito implent euacuata corpora, quia *προσμιώτεται πινυτων ουρω ανω*, ut Galeni uerbis utar; idest, Magis nutriunt, quam cætera uina.

At forte dubitabis, Galenum decimo octauo huius libri aphorismo, uina nigra in nutriendo cæteris præferre.

Recentiores respondent, Vinum nigrum robustius nutrimentum præstare, rubrum uero celerius. Hæc uero non satisfaciunt. Nam alter est & uerus modus reddendi Galenum sibi ipsi constantem : quoniam in decimo octauo aphorismo non dicit, Nigrum præ cæteris nutrire, sicuti hic rubrū; sed inquit, Nigrum bene nutrire; & eadem nigra, fuscis crassioribus, non rubris præfert. Quæ dicit tantum excedere fusca in nutriendo, quantum fusca excedunt nigra in præstando uniuersum & uelox nutrimentum. Et si Hippocratem legeris in tertio De ratione uictus libro, certe colliges, uinū fuluum & nigrum non multum differre. Imò & Galenus ipse in tertio De alimentorum facultatibus, urinarum differentias secundum alendi rationem ponens, inquit; Inter omnia uina, rubra crassaq; sanguini generando accommodatissima sunt: ut quæ minimo negotio in eius naturam transeant. Mox, Nigra crassaq; cum quadam dulcedine, ut manifestissime uideas, inter rubra & nigra uina multam differētiam non fecisse, sed unum statim alterum sequi. De hac autem re alias agemus.

In hac præterea sententia dubitant recētes, An uina alba tenuia uim aquæ habeant; ut hic dicit Galenus. Nempe, si aquæ uim habuerint, extra uini speciem esse consequitur: etenim uinum calidum & humidum est, aqua frigida.

Nos huic dubio respondemus, Non solum corporis nostri ratione uina aliqua frigida esse; imò & uehementius infrigidare, quam aqua: nam aqua simpliciter solum infrigidat, quia frigida est; sed hæc uina aquosa, ratione frigiditatis infrigidant: ratione autem alterius qualitatis, scilicet saporis acerbī, interius penetrant: propter hoc magis infrigidant, quam aqua. Huius generis sunt uina multa Ferrariensia, quæ à nobis Albana uocantur, quæ non solum suapte natura infrigidarent: sed id adicitur, quod ad hæc uina exprimenda immaturæ uuæ colliguntur. Id uero quod à recentioribus dicitur, quod speciei conuenit, omni indiuiduo conuenire, ut esse calidum uino conuenit ut uinum, propterea & omni speciei conuenire oportebit. Respondemus, & uinum esse genus, & eius species proprietates suas habere, & omne uinum quodammodo esse calidum; tamen uinum aliquod humano corpori comparatum & eius calori, frigidum dici potest. Vnde Galenus duodecimo Methodi curandi libro infert, Neq; enim inuenias ex albo uinorum genere calidum ullum. Orisbasius, rubrum uinum in aphorismo intelligendum esse iubet.

## APHORISMVS XII

Quæ relinquuntur in morbis post iudicationem, reciduas facere consueuerunt.



HUNC etiam aphorismum Galenus in præcedentium seriem ordinat, inquit, Cum superius eos qui post morbum non appetunt, euacuatione indigere edocuerit, & quid agendum antequam purgentur, nunc causam docet quare illi sint purgandi, ut hic ferè sensus sit. si quis non assumens cibum, idest post morbum non appetens, & non corroboretur, signum est quod euacuatione indiget; nam prauis quidam humores derelicti sunt, qui nisi remoueantur, ægritudinē faciunt. quæ enim relinquuntur in morbis post iudicationem, recidiuas facere consueuerunt: quippe hæc materiæ quæ derelictæ sunt, à natura expelli non potuere, sed quia pauca, ægritudinem facere non possunt, nisi alijs additis, quæ uel per cibos fiunt, uel in corpore sunt, & ob miscellam cum his corruptis corrumpuntur: propterea recidiuam faciunt, idest in eandem morbi speciem, uel in morbum is coincidit, qui iam conualescere uidebatur.

Oribasius uero dubitat, quomodo cognoscere possimus morbum perfecte non esse iudicatum. Respondet, Si ante iudicatorium diem, signa iudicatoria præcesserint, hic recidiuam non incidet, quia perfecte iudicatus est. At si non præcesserint signa, iudicatio imperfecta est, & ita recidiuam incidet, tamen & ex habitu corporeis hoc colligitur, & ex imbecillitate, & uirtute ægritudinis.

Τὰ ἐγκαταλιπωσάμενα ἢ πῶσι νοσοισι μετὰ κρίσιμ. idest, Quæ relinquuntur in morbis post iudicationem. ] Vocat autem illa quæ relinquuntur, ut Philotheus inquit, τὰ λείψανα τῶν μοχθηρῶν χυμῶν. ἀπὸρ ἀνάκλησιν σιμπόμενα τῶν χρόνων παρὰ τοῦ ἰσθμίου. idest, Præuorum humorum reliquias, quæ quidem tempore corruptæ febres necessario accendunt.

Ἐπιστροφὰς ποίειν εἰωθῶν. idest, Recidiuas facere consueuerunt. ] Quoniam humores bonos corrumpunt, & in eorum naturam ducunt. Ut autem perfectius huius aphorismi sententiam intelligamus, scire oportet, iudicationes esse materierum peccantium statum quibusdam diebus motus, quibus medicus iudicare potest, an æger moriturus sit uel ad sanitatem profecturus. In hoc autem materierum motu, quandoq; tota materia non expellitur, sed portio quædam derelinquitur, quam uel natura expellere non potest, uel ipsamet tunc est ad exeundum inepta. Hæc autem materia si talis sit, ut paulatim non resoluat, & euanescat, alias materias corrumpit, & recidiuam facit. At si petas quomodo cognoscere expediat, si iudicatio perfecta sit: Galenus in principio libelli De diebus decretorijs, alio modo quàm Oribasius fecerit, edocet: inquit, Ut solutiones morborum qui non paulatim, uerum subito finierunt, certas esse cognoscamus, excretio quædam copiosa, uel abscessus insignis apparebit. nam qui morbi citra hæc recedunt, in ijs recidiua timendum est: non enim fit semper, sed fieri potest ut semper fiat: propterea dicit, ποίειν εἰωθῶν Ἐπιστροφὰς. idest, conuersiones, quas Latini recidiuas uocant, facere consueuerunt: uel ut alij contextus dicunt, Ἐπιστροφώδεια. unde & in Prognosticis Hippocrates, & in præcitato libro Galenus signa edocere conantur, quibus morbi cuiuspiam magni solutio haberi possit. Intelligo autem firmam solutionem, & hoc per signa quæ apud Hippocratem λυτικὰ, idest, solutoria dicuntur. Quum sudores bonos ex toto corpore manantes uideris, uel urinarum, uel alui extremetorum copiam, uel uomitum, uel profusionem sanguinis ex naribus, uel per hæmorrhoidas, uel per muliebres locos, uel abscessus in glandibus, uel in aliqua parte ignobili, uel in artibus: & hæc sint notatu digna, ægerq; alleuiatus sit, quamuis forte lassus, tunc iudicatio perfecta facta, & uere sanatum morbum. Si uero nihil horum appareat: uel si appareat, tenuiter & debiliter fiat: tamen æger sanetur, Hippocrates dicit, Quæ sine signis finita sunt, ferè reuertuntur: & hoc in Prognosticis. Intellige autem sine signis, uel cum debilissimis & paucissimis.

Hanc iudicationem, in qua aliquid relinquitur, Galenus iudicationem ἀπλήν, idest imperfectam uocat: tamen quia contingit has imperfectas iudicationes quandoq; tales esse, ut ad ipsas non consequantur recidiuas, quia illa materia paulatim resolui potest: propterea eodem in loco his nomen inuenit, quæ recidiuam facere debent: illasq; ἠπιστροφὰς, idest, incertas & infidas uocauit. Vnde si aliquid relinquatur, uel debeat se-  
qui recidiua

qui recidiua, uel non, sunt imperfectæ. At si cum hoc recidiua etiam sequi debeat, sunt infidæ & incertæ. Quando uero crisis euidentem excretionem non facit, uel euidentem abscessum, illam appellat ἀσφαῖν, idest obscuram & immanifestam, multisq; alijs iudicationum nominibus utimur, quæ alio loco commodius adducentur. nobis satis sit in proposito iudicationem illam quæ aliquid relinquit, imperfectam esse. quæ uero non excernit dignum notatur, obscuram, at quæ recidiuam facit, incertam, & infidam. Indicatio hæc, de qua loquebatur Hippocrates, quia aliquid relinquit, imperfecta est: sed quia recidiuam facere potest, si faciat, infida simul cum imperfectione nominanda erit: quæ si excellens aliquid non emiserit, & obscuram simul nominabis. Nec opus est, ut hæc materia, quæ relinquitur, corrupta sit, sed satis est, quod facile corrumpi possit, & corruptioni apta sit, ut secundum recentes sit morbi antecedens causa, non coniuncta. Sed hic dubitare poteris, an si aliqua praua qualitas post iudicationem relinquitur, nuncupari possit, aliquid post iudicationem derelictum, Respondemus, nullus est apud Galenum locus, in quo hoc dicatur. nam ipse solum uocat iudicium propter motum materiae, quomodocunq; fiat, uel perfecte, uel imperfecte, uel obscure, uel infide. Ideo apud ipsum, uel apud Hippocratem praua qualitas aliquid relictum post iudicationem dici non potest: tamen non eo inficias malam qualitatem morbi causam esse posse, si post perfectam iudicationem in corpore derelicta sit: sed quia hoc rarum est, & difficile, propterea Hippocrates & Galenus de eo mentionem non fecere.

Quid autem sit uera recidiua, ex Hippocrate & Galeno præcitatæ locis, facile colligi potest. uolunt enim recidiuam fieri, quando iudicatum fuit ἀσφαῖς, idest incertum & infidum, & ἀσφαλές, idest imperfectum. quando autem ita fuit, portio eiusdem materiae relinquebatur, quæ prius morbum faciebat, propterea si iterum morbum fecerit, eiusdem speciei cum præcedente necessario erit, quia ab eadem sit materia, sed quia forte extra uenas transmitti posset, cum prius in uenis corrupta primum morbum faceret, propter hoc primus morbus, & recidiua different. Hinc cuiusdam recentiorum dubij solutio patet, quo dubitat, an recidiua eadem numero sit cum sua prima ægritudine, Respondemus esse quidem eandem speciem, sed non eandem numero. At recentes eandem numero esse probant, Primo, in quatuor uniuersalibus unius morbi temporibus radix & recidiua simul clauduntur. Igitur idem numero sunt. Sequela conueniens est, antecedens ex Galeno probatur in duodecimo primi libri aphorismo, ubi Anaxionis casum refert, qui morbum lateralem patiebatur. Præterea recidiua cum sua radice minorem unitatem non habet, quam distinctæ tertianæ uel quartanæ simul accessiones, sed in his est una numero ægritudo, igitur & recidiua una numero est, cum sua radice. Tertio, radix ad recidiuam terminatur. Igitur recidiua quid intrinsecum saltem est uel pars intrinseca radicis, Igitur idem numero sunt.

Nos uero dicimus, recidiuam à suo principali morbo esse numero distinctam. Primoq; unum supponimus quod superius probatum est, & de quo commodius atq; amplius in libro Artis medicinalis agemus, apud Galenum non dari neutrum, addimusq; eum qui imperfecte iudicatur, sanum esse, ut ex Hippocrate & Galeno præcitatæ locis facile colligi potest, potestq; & breui, & longiori tempore in hoc statu permanere, antequam ægrotet. Igitur erit altera febris numero, quia & si ab eadem materia fiat, non est eadem nisi specie, & maiorem etiam corruptionem acquisiuit, quam prius haberet, uel quum accidens sit, & accidentia numero distinguantur uel per subiectum uel per tempus, hoc per temporis diuersitatem numero distinguitur. Non est autem par ratio de accessionibus tertianæ aut quartanæ, quod distinctæ numero febres nuncupari debeant; quia in illis est ordo & determinatio dierum, quæ in hac recidiua non sunt, licet ab eadem materia post iudicationem derelicta fiat. Propterea, recidiua non erit idem numero morbus, sed bene specie. Ex his ad argumenta facile respondebimus.

Ad primum dicimus, Recidiuam non concludi, nec comprehendi sub eisdem morbi temporibus, nisi tempora ampliantes: ut etiam id medium, in quo hic qui recidiuam incidit, sanus est, sub aliquo morbi tempore comprehendatur. Quod dictum uanum erit. Ad id uero quod de Anaxione in testimonium adducitur, dicimus, à principio usque ad trigésimum quartum diem morbum lateralem habuisse, quamuis

quamuis febris uigesimo die desierit, & uigesimo septimo iterum redierit: unde erant unius morbi tempora scilicet lateris in numero: at ratione febris erant distincta numero, nam & sine febre expurgari potuisset. nec fuit uerus aut exquisitus lateralis morbus, quia exquisitus acutus est, nec quartumdecimum diem excedit, nec Hippocrates, uel Galenus in hoc Anaxionis casu, dicunt ista sub eiusdem uniuersalibus morbi temporibus fuisse. Ad secundum dicimus maiorem esse unitatem accessionum tertiana, uel quartana, quam reciduae cum sua radice, quia recidua ordinem non habet, nec statuto tempore fit, sed harum februm accessiones, & statuto tempore fiunt, & ordinem habent. Ad tertium negamus radicem ad recidua terminari, nisi intellexeris terminari, id est inter radicem & recidua, nullam alteram aegritudinem interponi, tunc uero consequentiam inficiamur, scilicet, Igitur est aliqua pars intrinseca radice. Si uero inferrent: igitur aliquo modo conueniunt, hoc concedimus. nam specie saltem conueniunt. Ad rem igitur, una recidua ab eadem materia cum sua radice fit, quae post indicationem derelicta sit, tamen nos uulgo recidua nuncupare solemus, & hominem recidua, quando post aegritudinem effectus sanus, aegritudinem aliam incidat, uel haec fit in eadem specie, uel in diuersa specie.

Sed recentes quidam de recidua ambigunt, probantque, a materia relicta fieri non posse, imò suadent nullam derelinqui materiam, quoniam si natura potens fuit magnam materiae portionem expellere, minorem etiam portionem expellere apta erit. Etenim quod supra duo potens erit, supra unum posse nemo dubitabit.

Hi uero Galenum in libro De diebus iudicatorijs non considerant, qui uult post iudicationem, materiam remanere posse, & naturam partem aliquam expellere potuisse, non tamen totum, quia ad exeundum aptum non erat, & erat incoctum, quod (secundum recentes) causam antecedentem uocare possemus, nec illud uerum est, si quid ualeat supra duo, quod etiam supra unum ualere possit: nempe fieri potest ut aliquid supra duo possit, & cum haec duo expulerit, adeo defessum sit, ut unum expellere non possit, quamuis in principio duos expulisset, & per se etiam unum facile expellere potuisset. sed hoc ad rem nihil facit, quia natura, quae magnam quandam materiae portionem expellere apta est, paucam etiam expellere poterit, modo illa preparata sit, & ad exeundum apta. Si uero petas, ob quot causas natura in iudicio totam materiam expellere non possit, respondebimus unam causam iam esse assignatam, quia uirtus imbecillis effecta totum expellere non potuit, quamuis partem quandam, & plerumque maiorem expellere potuisset. Secunda causa esse poterit, quia materia in diuersa membra dispartita erit, ideo natura ab uno membro, & non ab alio trahere poterit. Tertia causa esse poterit materiarum diuersitas, ut natura materiam unam trahere possit, alteram uero minime. Assignant recentes & quartam causam ex his quae extrinsecus adueniunt, ut si in crisi contingat, quod hic aliqua animi passione perturbetur, uel alicuius membri dolorem uehementem inciderit, uel facta sit aliqua planetarum coniunctio, de qua re hic disputare non est opus, an planetae supra haec inferiora possint, & an inclinent.

## GALENVS

**H**IC etiam aphorismus anteceditibus iungitur. Nam cum Hippocrates dixerit. Si a morbo cibum assumens quis non corroboratur, pluri alimento corpus uis significatur, quod si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet quod indiget euacuatione. Et ob hanc causam cum deinceps de euacuationibus sermonem habuisset, nunc causam assignat ob quam oporteat euacuare eos qui post morbum non appetunt, ac si totus sermo ita ab ipso transigeretur. Quod si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet quod indiget euacuatione. Quae enim relinquuntur in morbis post iudicationem reciduas facere consueuerunt: per ea quae relinquuntur in morbis malorum reliquias intelligens, quas necessarium est tempore putrescentes febres accendere: si quidem omnis humor alienus a natura corporis in quo continetur, neque aptus natura est ad eius nutritionem, quare relinquitur, ut necessario ad putredinem conuertatur. Cum uero & locus calidus erit in quo fuerit collectus, tunc celerrime putridus fit.

Braf.

## BRASAVOLVS

**PRIMO**, Galenus hunc aphorismum præcedentibus continuat, & præsertim illi parti illius aphorismi, Si uero non assumente cibum hoc accidat, signum est, quòd euacuatione indiget: quam si non feceris, reciduiam ingreditur, nam quæ relinquuntur in morbis post iudicationem, reciduias facere consueuerunt.

**SECUNDO** docet, quòd ea quæ relinquuntur, non sunt uel mala qualitas, uel aliquod simile: sed sunt malorum humorum reliquie, quæ tamen non sunt putridæ, sed ad putredinem aptæ. Quas si tu antecedentem causam nuncupare uolueris, ut lubet nuncupa. Vnum est quod tempore putrescunt, & reciduiam faciunt: nam hic humor à natura corporis in quo est, alienus uidetur, quia ad putredinẽ aptus: nec etiam aptus est ad nutriendum id corpus, nec natura ipsum in nutrimentum trahere potest. Ideo reliquum est, ut putrescat. Propterea scito, omnem humorẽ qui in aliquo membro est, & ab eius membri natura alienus est, necessario putrescere: quod intelligere oportet, nisi sit tam paucus, ut facile resolui possit.

In duobus huius commentationis locis, Leoniceus interpretatus est, Scire oportet. Sed in primo loco Græcus contextus dicit, *σημίου*, idest signum. In secundo loco, *σημείων*, idest significat.

**TERTIO** addit, hunc derelictum humorẽ celerrime putrescere, si locus fuerit calidus, in quo continetur. Intellige uero, si locus sit calidus, & humor ipse sit humidus, & caliditas multa non sit: aliter exsiccare posset.

Quod legitur, Tunc celerrime putridus fit: Græce est, *τότε δὴ πέρχιστέ τε καὶ μέγιστέ σήψεται*, idest, Tunc celerrime & maxime putridus fit, uel computrescit.

## APHORISMVS XIII

**Q**uibusunque crisis, idest iudicatio fit, his nox grauis ante accessionem. Quæ uero subsequitur, magna ex parte leuior existit.

## BRASAVOLVS

**QVVM** de iudicatione in præcedenti aphorismo mentionem fecerit Hippocrates, nunc conditionem quandam quæ iudicium cõsequitur, edocet. Sensus uero est, In his agris in quibus iudicatio fit: hi ante quàm fiat iudicatoria accessio, noctem grauem habent: quia nox illa quæ iudicium præcedit, ob illam causam est grauior: quoniam natura iam cõpẽt materias bonas à malis segregare: in illo autem motu nox grauior efficitur: nox uero quæ subsequitur, ut plurimum est bona, si iudicatio ad bonum fiat. At si ad malum fieret, mala esset. Sed quia maior ægrorum pars sanatur ( nisi morbus pestilens sit ) propterea dixit, magna ex parte noctem illam esse leuiorem. In his enim solum mala est, qui mori debent.

*ὁσίοισι λελύσθαι γίνετου*. idest, Quibuscũq; iudicatio fit. Nisi in Græco codice legeret *γίνετου*, quod Leoniceus non ab re, fit, interpretat: nos Theodoro potius consentiremus, qui legit: Quibuscũq; iudicatio instat, nempe nox, quæ iudiciũ antecedit, non est dum ipsa fit iudicatio, sed est antequam fiat. Propterea si legerimus, fit: & non exponamus, fit, idest futura est, necessarium erit per iudicationem totum illud tempus intelligere, quo natura materiam ad iudicium mouere cõpẽt, & etiam motum ipsum usq; in finem, nec istud incõueniens est: imò Galenus in principio statim primi De iudicationibus libri, id disputare prætermittit, Nunquid iudicatio uniuersam mutationẽ in morbo significet, uel solum momentum in melius, siue perturbationem præueniẽtem, siue integram solutionem morbi, uel bonã tantũ mutationem: ibi uero disputare desepxit, tum quia non curat de nominibus, uel eo modo, uel altero uoces: tum etiam quia non pertinet ad illum locum, sed ita uocare nihil differt.

Hic uero à Galeno in hac commentatione, iudicatio definitur esse subita in morbo, quo ad salutem, uel ad mortem mutatione: quæ definitio ad iudicationem pertinet, ut in potissimo accipitur significato, nam ut Galenus in tertio De iudicationibus libro

libro statim in principio docet, sola hæc subita mutatio uel ad salutem uel ad mortem, ea est quæ merito iudicatio appellari debet: docetq; eodem loco, in morbis sex mutationes fieri posse: nam uel statim in sanitatem fiunt, uel statim in interitum, uel paulatim in sanitatem tendunt, uel paulatim in mortem; tamen istæ duæ iudicationes primo faciunt insigni momentum: deinde paulatim in mortem, uel in sanitatem tendant, uel nullo facto insigni momento in mortem paulatim, uel in sanitatem accedant, duo illa membra quâdo fit magna mutatio. Sed postea paulatim in sanitatem uel in interitum tendunt, iudicationes imperfectas uocauit Galenus. At duo illa membra, in quibus & à principio & semper incessus est modicus, nõ quidem iudicationes, sed simpliciter solutiones uocari præcepit. Duo autem prima membra, quâdo mutatio uel in sanitatem uel in necem subita est, exquisitam iudicationem esse dicit, quam & simpliciter iudicationis nomine insigniuit. Vnde in hac commentatione Galenus iudicationem exquisitam, & illam quæ uere iudicatio appellatur, definiuit esse subitam mutationem in morbo uel ad salutem uel ad mortem, quomodo cunq; fiat, & per quem cunq; locum.

Του πρώτου ἢ νύξ δύσφορος ἢ πῦρ τῷ παραφυσικοῦ. idest, His nox grauis ante accessio-  
nem, idest antequam iudicatio accedat, uel antequam accedat accessio illa in qua fit iu-  
dicium; nempe iudiciū in una particulari accessione fit. At uel nox sit, uel dies, id tem-  
pus quod iudicationem præcedit, semper egros perturbat. Hippocrates uero de nocte  
potius mentionem fecit, quàm de die, ob ea quæ à Galeno in cõmentatione dicuntur,  
& nos deinceps repetemus. Illa uero est potissima causa, quia noctū perturbatiões ma-  
gis sentimus, quàm interdiu. Oribasiusq; hanc rationem affert, inquit: Sicut homo  
cessat ab operibus suis, ita etiam quodammodo à corporeis sensibus, noctis torpore si-  
mul & horrore occupatus, corporeorum sensuum exercitium non habet; natura enim  
humana gaudet ijs excitari, quorū exercitatione moderata solet plurimū foueri. Quum  
igitur acuta ægritudine aliquis detineatur, quomodo grauem noctem nõ habet, quum  
hinc ægritudine premitur, hinc uero torpet adiutorio sensuū: Necessè igitur est, ut no-  
cte sentiat æger molestiam. In die uero quamuis non operetur homo, tamen sensus ui-  
gilant, & alia officia naturæ. Philotheus etiam ita causam affert, inquit, πλὴν γὰρ νύξ  
κτὶς, ἢ τὸ φαργῶδες τὸ πτωικαῦτα φρεῖδα τῶν δυσφοριῶν, διακοπῆ μὲν τῶν ὕπνου ἀπὸ τῆς  
ραχίς. idest, Sed in nocte, quoniam tunc manifeste uexatio uel iniquies perferuntur,  
sõmno à perturbatione interrupto. Dubitat etiam Oribasius quare ante iudicatorium  
diem perturbatio fiat. Respondet, quia natura pro tribunali sedet, uirtus & humores li-  
tigant: si natura iungatur cum humoribus, uincitur uirtus: si uero cum uirtute, uincit  
uirtus. At ratio quare id fiat ante hunc diem, est maxima materiæ cum natura pugna.  
Philotheus etiam exemplum de bellatore posuit, inquit esse rationabile præceden-  
tem noctem esse difficilem: ὡσαύτῃ γὰρ ἀδελυτὴς ἢ στρατηγὸς, ὅπου οὐ πῶ τῷ ἀγῶνι ὡς καὶ  
μῆλον παραστῆται, καὶ πρὸς βυρρεπίστου πῶς μὲν ἀφείλει τοῖς πολεμίοις ἐπιλεῖν, πῶς δὲ αὐτῷ  
ἐκκλίνει. οὕτω καὶ ἡ φύσις πρὸς τὰ ἀρῶντα, βυρρεπίστου πῶς ἐαυτῇ διωσθεὶς πρὸς τὸ ἀρῶν  
φαί, καὶ ἀλλοιδεῖσαι τῶν νοσοποιῶν ὕπνου, καὶ τὸ βυρρεπίστου δύσφορος γίνεται. idest, Sicut enim athle-  
ta uel imperator, nõdum proposita pugna, perturbatur & præmeditatur quomodo ho-  
stibus debet occurrere, & quomodo eos declinare: sic & natura perturbatur præmedi-  
tans & præordinans suas uires ad depellendam & alterandam siue immutandam mate-  
riam morbi effectricem: & hinc inquit illa siue perturbatio fit; imò si iudicationis de-  
finitionem apud ipsum Philotheum consideremus, in pugna consistit: inquit enim,  
λεῖσις δὲ δὴν ἀγῶν φύσις καὶ νοσῖματῶν, καὶ ἀδρόα γὰρ νόσῳ μεταβολί. idest, Iudicatio au-  
tem est naturæ pugna & morbi, & collecta seu uniuersa in morbo mutatio.

Si igitur perfecta iudicatio fieri debeat, quæ est subita mutatio, fieri non potest ( ut  
Galenus tertio De iudicationibus, capite primo, docet ) nisi magna quædam secretio  
& euidentis fiat, ut sanguinis narium fluxus, uel per secessum humorum motus, uel uo-  
mitus, uel magnus sudor, uel abscessus insignis: nisi hæc fiant, illa sequitur quæ in præ-  
cedenti aphorismo dicta sunt, recidiam incidit, quæ etiam deterior est sua radice. At  
hæc secretio fieri non potest, uel hic abscessus ( ut in articulis, uel emunctorijs, hoc est  
adenosis partibus ) nisi in ægri corpore magna perturbatio sequatur.

Si autem

Si autem quæras quænam perturbatio illa sit, Galenus præcitato loco respondet. Scias aut tu omnia hæc uni ægro nõ euenire: sed aliqua uni, alia alteri cõtینگunt: quæ si enumerare tentem, hæc sunt: per totum corpus difficultatem perferunt, & insomnia difficultia habent, deliriaq; habent quendam somnum stupidum, spirandi difficultatem, uertigines, & circa sensus difficultates, capitis dolorẽ, ceruicis, uentriculi, & multarum partium habent, uno loco stare non possunt, sed per lectum uolutatur, sonitus aurium perferunt, uidentq; ante oculos splendorem quendam, lachrymant etiam ipsis nolentibus, urina subsistit, labra concutiuntur & cõtremiscunt, imò & manus & alia partes intremiscunt, obliuiscuntur præsentium, incidunt magnos rigores. Accessio etiam quæ solita est hunc corripere, multo tempore ante præuenit, ut per multas horas anticipet: habent caliditatẽ magnam per totum corpus, & magnam sitim habent: clamant, & tanquam attoniti exiliunt, nec possunt seruare eundẽ iacendi habitum, sed hinc inde se uolunt: hæc sunt indicia, istaq; sunt motiones, quibus infestat æger cui instat crisis: post ea succedit crisis, quæ fit, aut quia sudor multus derepẽte fluit, aut uomitus multus fit, aut ueter uniuersim resoluuntur, aut large sanguinẽ fundunt, aut omnia simul incidunt, adeo ut assisctes hæc uidentes, ualde timeant, & omnes præsentis iam clament, & iudicant de uita illius: propterea etiam inuentum est hoc nomen iudicium, quod non est nomen medici proprium: sed propter hæc medicus perturbari non debet. Sed debet scire quid futurum sit, & quid debeat euenire, & persuadere ægro & assisctibus non esse timendum, si perfectus sit medicus. hæc est perturbatio, & hæc est difficultas, quæ his accidit, quibus instat iudicium: accidit autem noctu, si sequenti die futura sit iudicatio: uel die, si noctu futura sit: nam & si de futura die locutus sit Hippocrates, per id tamen non it inficias, quandoq; fieri iudicationem noctu.

Huc notiones omnes adducere tentassem, quibus cognosci possit, quãdo iudicationes fieri debent, & quomodo. Sed quia Galenus in primo & secundo De iudicationibus libro, & in primo De diebus iudicatorijs, de his diffusissime agit: propterea illas omittere decreuimus. Id tamẽ annotabimus, hos iudicatorios motus non semper fieri, sed maior eorum qui sanantur, uel obeunt pars, per mutationẽ paulatim ad sanitatem uel ad mortem factam sanatur, uel obeunt. Galenusq; hos motus iudicationes non uocauit, sed potius mutationes uel ad salutem uel ad mortem.

Scito etiam præcitata signa ut plurimum in bona iudicatione euenire: estq; maiori ex parte bona iudicatio: quum uero ægri in mortem inclinant, nec uomitus, nec sudores, nec quicquam aliud ex his quæ enarrata sunt, cõtینگit: imò si contingat, est imperfectus motus, & mors ipsa consequitur.

Aetius libro quinto, capite uigesimo secundo, omnia quæ superius dicta sunt, refert, ubi signa ponit, quæ iudicationem præcedunt. Et hunc aphorismum in testimoniũ adducit. Eadem à Paulo libro secundo, capite nono, repetuntur: qui cum Galeno signa distinguit, quæ materiam per superiora tendere, ab his quæ per superiora expellendam significant: idq; est decimo eiusdem libri capite, sicuti à Galeno tertio De crisi, decimo capite, scripta sunt: Dolor enim capitis, delipientia, & signa huius generis alia, quæ caput impetere uidentur, materiam per superiora euacuandam esse significant. Alia uero ut suminis lancinatio & rosio & circa umbilicum torsio, quæ σρόφθ à Græcis dicitur, & alia similia, materiam inferiora petere significant. At quomodo perfectam iudicationem cognoscere possis, atque imperfectam, præcitatos auctores in eisdem locis, sed in his quæ sequuntur capitibus, legas, ne cogamur huic nostro labori libros omnes commiscere.

ἢ δὲ ὑποστὸν δυσχερωτέρη ὡς ὑπὸ πλὴν. In alio contextu habetur, ὡς ὑπὸ πλὴν. Sed sensus esse debet, Quæ uero subsequitur, magna ex parte leuior existit. ] Quod in his uerum est, qui ad sanitatem proficiscuntur, ad quam maior ægrorum pars proficiscitur: nam rari ad mortem incedunt. Propterea nox quæ subsequitur, ut plurimum leuior existit. In his uero qui occumbere debent, grauior est: quoniam in peius semper ruunt.

GALENVS

**I**UDICATIO est subita in morbo, uel ad sanitatem, uel ad mortem mutatio: fit autem natura separante à bonis mala, & ad excernendum præparante. Non temere igitur in tali turbatione grauius se habent: & grauitas hæc noctu fit manifestior. Nam hoc tempore dormire consueuimus. Somnis ergo à turbatione interruptis, clarius grauitas illa percipitur: licet similis fiat interdium quandoque turbatio, quando nocte sequente est iudicatio futura. Quod autem in fine aphorismi scribitur, Quæ uero subsequitur magna ex parte leuior existit, in multis exemplaribus non habetur. Vult autem docere nos, quod subsequens magna ex parte post iudicationem facilius existat, quoniam plures iudicationes bene terminantur. Nouimus enim plures esse ex ægrotis sanatos, quam mortuos, nisi sit pestilens constitutio.

BRASAVOLVS

**VT** GALENVS perfecte huius aphorismi sententiam enodaret, exquisitam iudicationis definitionem præmisit: nam dixit iudicationem esse ἀφύπνου, idest subitam mutationem, uel ad salutem, uel ad mortem: sed recētes in hanc definitionem absurde dubitant probare uolentes: iudicationem non esse mutationem, sed alterationem præexistētem: eorum uero error est, quia ut Galenus in principio libri De iudicationibus docet, quandoque nomen crisis, idest iudicatio, uniuersam mutationem in morbo significat: quandoque momentum in melius tantummodo, imò quandoque id significat quod præcedit: sed nunc Galeno placet, iudicationem præsertim exquisitam, esse subitam illam mutationem alteratione præexistente non considerata. Ita enim iudicationem & Hippocrates in Aphorismo intelligit, quoniam nox quæ iudicationem præcedit, non ob aliud grauior existit, nisi quia illam præcedit alteratio, idest ad hunc subitum motum præparatio.

**SECUNDO**, Galenus docet, iudicationem fieri, natura à bonis mala separante, & ad excernendum præparante: non quod per ista, iudicationem intelligat, sed ad ipsa sequitur iudicatio. Hæc autem præparatio atque discretio, in tempore iudicationem antecedente grauitatem facit. Quod uero à recentibus dubitatur, non uideri in aliquibus hanc præcedentem commotionem fieri, præsertim si materia in uis fuerit: & si cocta sit, non indiget ut expulsionem præparetur, immerito dubitatur. Nos etenim dicimus, & si materia in uis sit, tamen hanc commotionem fieri, sed non tam magnam: si uero materia cocta sit, indiget etiam ut ad uias dirigatur: si uero sit cocta, & etiam in uis, hic non ægrotauit, uel fit alia commotio quamuis intēsa non sit. In his etiam qui mori debent, commotionem præcedere necessarium est, si materia sit adeo praua & adeo uenēosa, ut natura nullo modo eam mouere possit, sicuti quandoque contingere potest.

Quod legitur, Non temere igitur. Græce est, ἐκ τῆς οὐ.

Et quod legitur, Grauius se habent. Græce est, δυσφοροῦσι.

**TERTIO** docet, hanc commotionem esse magis noctu manifestam, quam die, quoniam noctu dormire consueti sumus: sed propter istam perturbationem non possumus, in die uero dormire assueti non sumus: propterea hac perturbatione facta, quia in somno nos non impedit, minus molesta esse uidetur. Tu uero rationem alteram adde, quoniam & materia & calor noctu intus clauduntur, unde ad maiorem faciunt agitationem. A recentibus præterea altera additur causa non contēnenda, quoniam in die manus animus & humana cogitatio circa plura uersatur: quod facit ut perturbatio ita non sentiat in die sicuti in nocte.

Quod legitur, Et grauitas hæc noctu fit manifestior. Græce est, καὶ μᾶλλον διηκταί φόρος ἢ δυσφορία γίνεται ἢ τὰς νύκτας.

Quod etiā legitur, Clarius grauitas illa percipitur, γρηγορῶς ἢ δυσφορία διαγινώσκου.

Hic uero dubitant recentēs, An iudicatio nocturna perfectior sit diurna, uel e contrario. Nos huic dubio respondemus, attendendum esse ægritudinis initium & principium atque finem diei iudicatorij. Si principium ægritudinis ea hora incipiat, ut nox sit principium diei iudicatorij, tunc nox perfectam iudicationem facit: si uero dies sit principium diei iudicatorij, tunc dies perfectam iudicationem faciet, unde nec diurna, nec diurna, nec nocturna diurna perfectior est: sed æque possunt esse perfectæ, ut ægritudi-

nis

nis motus contingit. Sed hæc dubitatio alteram secum ducit, An iudicatio magis noctu fiat, quàm die, & hoc præsertim in mala iudicatione: Et ad hunc ordinem disputatio refertur, An qui moriuntur, in nocte moriantur: De qua re Conciliator agit, differentia centesimatertia: & aliquid ab hoc uiro dicatur, experiētia ostendit, plures non mori noctu quàm die: sed aliquos noctu, aliquos interdū obire, ut ægritudinis motus exigere uidetur.

Ad hunc etiã ordinem disputatio illa duci posset, An plures hyeme, quàm æstate moriantur: & qua de causa: & non modo quàm in æstate, sed etiã in autumno: De quo potissimum dubitatio fieri posset. Aristoteles primo Problematum libro, problemate uigesimoquinto, huic dubio satisfacere uidetur: non tamen dicens, plures mori hyeme, quàm æstate, sed de his solum qui ægrotant. Imò hyems cæteris anni temporibus est minus mortifera, quamuis uer cæteris ab Hippocrate præponatur. At Aristotelis dubitatio hæc est: Cur per æstatem magis aduersa ualetudine laboretur: per hyemem uero magis qui laborant, emoriantur: Respondet, An quia calor, qui per hyemem intus propter corporum densitatem coeretur, parum adiuuat: nec labor operum, qui amplius per id tempus suscipitur, excrementa humorum potest concoquere: ideo ualidam esse mali originem necesse est. Quod quum ita sit, perniciosum morbum urgere ratio est. Contrã in estate quoniam corpus uniuersum rarum, refrigeratum, resolutum, atq; laborum impatiens est, idcirco morbos plures quidem oriri necessarium uidetur, uidelicet ob lassitudinẽ, cruditatẽq; ciborum, Noui etenim fructus tunc adsunt: non tamen ita ualidos esse naturæ patitur. Quamobrem facultas hisce succurrendi datur facilius. Sed aliud problema statim consequitur, quod an uerum sit, tibi cõsiderandum omittimus, nunc solum eius uerba referentes, quæ dicunt, Cur post utrũlibet solstitium per centum dierum spatium mori maxime accidat. Respondet, An quod eatenus utraq; uehemẽtia caloris & frigoris se dilatat, quæ morbos pernicienq; affere in firmis potest. Possemus & ad hoc propositum uigesimooctauum referre problema: quod est, Cur per hyemem minus quidem quàm per æstatem, sed perniciosius ægrotetur. Sed quoniam de hac re in tertio libro agemus, propterea ad illam partem hæc discutienda referuabimus.

QVARTO, ne quis putet iudicationem in die semper fieri, & in nocte præcedente perturbationem. Galenus addit, quando consequẽte nocte hæc iudicatio futura est, hæc perturbatio interdū fit.

Quod legitur, Licet similis fiat interdū quandoq; turbatio: Græce est, *καὶ τὴν καὶ τὴν ἀμύβας ὁμοίαν ἐχέουσιν ταραχὴν.*

QVINTO notat, ultimam aphorismi partem, scilicet, Quæ uero subsequitur, magna ex parte leuior existit: in multis exemplaribus deesse: Vult autem per hanc partem edoceri, quod plures iudicationes bene terminantur, pauciores male: nam plures ægri sanantur, quàm desiderentur. Opus uerò est, hoc cum præcisione intelligere, quoniam in pestilenti constitutione oppositum inuenitur: in ea enim plures moriuntur, quàm sanantur: sed hoc est ob materierum uenenositatẽ, quæ spiritus ita afficiunt, ut mors euitari non possit.

Vbi legitur, Quod subsequens magna ex parte post iudicationem facilior existat. Deest particula Nox. Ita enim legi debet, Quod subsequens nox. Nam Græce habetur, *ὅς ἢ μετὲ τὴν λελητὴν ἢ μετὰ τὴν ἀποθνήσκουσαν τὴν πνευματικὴν ὄσιν.* quod post iudicationem nox subsequens est præcedente tolerabilior.

Quod etiã legitur, Quoniam plures iudicationes bene terminantur, legẽdum est, Ad bonum, non Bene: quoniam Græce habetur, *εἰς ἀγαθόν.*

Quod etiã legitur, Nouimus enim. Græce est, *ἴσμεν γάρ.* idest, Scimus enim.

**I**N profluuijs alui, mutationes excrementorum iuuant: nisi ad mala mutatio fiat.



POSSET & hic aphorismus præcedentibus coniungi, ut quum Hippocrates de temporis dispositione post iudicationem egerit, nunc signum proponat quo bonam iudicationē cognoscere possimus. Hic uero est Hippocratis sensus, Quum aliquis alui profluuiū correptus est, excrementa considerato: quæ si permutata appareant, bonum iudicatio, & sanitatem iam in foribus esse: sed intelligere opus est, ne eiusmodi mutatio ad malum sit. Oribasius talem quendam sensum sibi fingit, inquit: Si cui responderit uenter, iuuat. Nam plus est quod facit natura, quam quod ars, nisi in praua mutet: hoc est, subito ad dysenteriam, de dysenteria in lienteriam, & istud quoque pessimū est. Philotheo uero ita dicit, *ἐνταῦθα παραδίδοται διωγνωσιμῶν, ἵνα βελτιώτορον μάθῃς, εἰ τελεία ἐστὶς ὄδῳ, ἢ οὐ. καὶ φησὶν, ὅτι σκόπει τὴν ἰσθμὸν γαστρὸς ἐκκρίσεως τὰ διαχωρήματα, ὅπῃται μεταβολῶν ἴχουσι. ἄρα πάλαι φανθα, ἢ πελισθὰ φάρμακα, νῦν ἤρξαντο ἰδί το κάλλιου μεταβολῶν, ἢ οὐ. εἰ γὰρ ἤρξαντο ἰδί τὸ κάλλιου μεταβάλλειν, γίνωσκε, ὅτι ἔδεν χαυνὸν ὄδῳ ἢ τῶν σώματι, καὶ δυσφορία πάρα τὸ πτωχεύειν μὴ ἐπιπελοῦσθαι. εἰ μὴ τὴν ἰσθμὸν τῆ αὐτῆς, ἢ καὶ εἰς χείρονα μεταβάλλουσι, τότε κακόν, καὶ πάρα μὴ δυσφορία ὄδῳ.* idest, Hic tradit distinctionem, ut certius cognoscas, si perfecta sit iudicatio nec ne. Et dicit, ut animaduertas qualē mutationem habeant excrementa ex defluxu uentris: & an prius flaua uel pallida, nunc cœperint in melius commutari, uel non in melius. Et si in melius mutationem deprehenderit, intellige, nihil esse in corpore laxum uel redundans: tamen si non sequatur facilis tolerantia. Si uero eadem excrementa permaneant, uel in pensiu commutentur, tunc malum: tamen si fortasse neque difficultas adfit, neque intolerantia.

*Εν τῆσι τὴν κοιλίᾳ ῥύσειμῳ.* idest, In profluuijs alui. De his uero profluuijs intelligere oportet, in quibus solum humores profluunt, quæ diarrhia profluua nuncupantur: tamen & ad intestinorum difficultatem, & ad intestinorū leuitatem ampliari possumus: Philotheo etiam dicente, *ἰσθμὸν δὲ, ὅτι οὐτὸ ὁ λόγος καὶ καρδιολινὸς δυνάμει ἕναι. οὐ γὰρ μόνον ἰδί ῥύσειος ἀρμόζει γαστρὸς, ἀλλὰ καὶ ἰδί πάσης λεγώσεως.* idest, Sciendum uero quod hic sermo uniuersalis esse potest, etenim in uentris defluxu solum non congruit, sed & in omni euacuatione: nam in intestinorum difficultate, mutationes excrementorū bonæ. Eodem modo in intestinorum leuitate: id semper addentes. Modo ad malum transmutatio non fiat. Quum enim excrementa mutantur, indicium est, nihil amplius eius humoris qui euacuabatur & profluuium faciebat, superesse: unde totius corporis exquisita mundities fit, intrinsecis uiribus dominis effectis, & residuum prauarum materiarum quæ in corpore sunt, expellere potētibus: nam & si unus humor in alui profluuiū uideretur, in corpore tamen plures erant. At quum ille in maiori copia abūdaret, alios simul mixtos protegebat: eo autem euacuato, alij apparere incipiunt. Hoc igitur bonum indicium est, quoniā significatur unum humorem, & illum qui erat ualde copiosus, iam expulsum esse.

*Αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφελίαι.* idest, Mutationes excrementorum iuuant. Hoc est, bonum portendunt, & ad sanitatē proficisci significant. Quid uero intelligendum sit per excrementorū mutationes, apud recētes incertum uidetur. Nos uero cum Galeno excrementa illa intelligamus, quæ multis formis uariantur. Quod uerum est, etiam si uice singula uariam formam habuerint, ut nunc unam formam, deinde aliam, tertia uice diuersam habeant: uel quum una uice excernuntur, eadem uice diuersam formam habeant. Si uero petas, an hoc semper bonum sit indicium, Respondemus, in principio defluxus bonum non esse: quia materiarū putridarū magnam copiam significat. Sed in declinatione sola, & facta materiarū cōcoctam, bonū signum est: imò ex hoc nos cognoscimus materiam esse cōcoctam: ut si quis diarrhiam patiat, & ea quæ exeunt, semper biliosa uideantur, quum colores mutantur, hunc uirum sanari ostenditur. Color autem mutatur, quia pituita uideri incipit, & bilis non est adeo flaua, ut prius erat: imò adeo abūdabat, ut pituitam & alios humores occultaret: nunc uero quum in minori copia sit, & æger sanitati restituitur, alij humores mixti uideri incipiunt.

*ἢ μὴ ἰδί πονηρὰ μεταβάλλει.* idest, Nisi ad mala mutatio fiat. Duo autē apud Galenum intelligere possumus, per hoc quod ab Hippocrate dicit, Mutari in mala: unum est in mala, idest in corrupta: aliud in mala, idest in ea quæ quum exeūt, malū est quod excant

excant, & uterq; sensus conueniens est. Si uero petas, quæ sint hæc mala, idest corrupta: pro nobis respondebit Hippocrates, & primo in quarto De ratione uictus in morbis acutis, ubi de altero anginae genere uerba facit: inter signa mortis, nigra excrementa describit. Quum igitur ad nigrum permutabuntur, erit permutatio ad malum: præsertim quum Hippocrates in quarto libro, atram bilem uel supra uel infra exeuntem, letale signum esse edocuerit; nigra uero excrementa ad atræ bilis genera deducuntur. Mutantur præterea ad malum quæcunq; similitudinem habent cum excrementis, quæ ab Hippocrate primo Prognosticorum libro enumerantur, ubi dicit, Si quod exit perli quidum sit, albicans, pallidum, uehementer ruffum, aut spumans est. Item malum est quod exiguum, glutinosum, idemq; subpallidum est. Omnium maxime letiferum est nigrum, pingue, liuens, aut quod peioris est odoris, quam pro consuetudine: hoc enim magnam corruptionem significat. In primo etiam De prædictione libro, qui tamen Hippocratis non creditur, dicit: Quum quis non desipiens tenuia liquida uel non sentiens dimittit, malum est. & deinde in eodem libro, subalbida dissoluta, liquidaq; oletula, mala. Imò deinde annotare uidetur, quæ excrementa mala sint post id genus profluuij, quod dysenteria uocatur, inquitens, Post sanguinis eruptionem, si nigra demittantur, malum est: peffimum uero si & perrubra. Hæc sunt mutationes excrementorum quo ad malum, quia mala sunt excrementa; nunc modo eorum malitiam ostendamus: non quia mala sint quæ excant, sed quia ea exire malum sit, si post deiectiones appareant ueluti pinguedines, uel colores, quales in fride, quonia significatur corporis partes colliquari: propterea hæc permutatio ad malum est: etenim malum est, ea exire quæ exeunt; nam sunt corporis pinguedines, per quas colliquatur & tabescit.

GALENVS

**M**UTATIONES excrementorum quæ multis formis uariantur, exquisitius corpus expurgat, nisi adsint signa colliquationis, aut putredinis: de quibus in Prognosticis dixit, ubi & pinguius & foetidiorum ac male olentium meminit excrementorum.

BRASAVOLVS

GALENVS commentationem suam breuibus expedit, quod excrementorum mutationes quæ multas humorum formas euacuant, corpus exquisitius purgare solent, modo non adsint colliquationis & putredinis signa: de quibus in libro Prognosticorum dixit, ubi de pinguibus, foetidis & prauis humoribus mentionem facit.

Quod legitur, Quæ multis formis uariantur: Græce est, *πολλὰς ἰδέας ἐκκροῦσαι χυμῶν*, idest, Quæ multas humorum formas euacuant.

Quod legitur, Colliquationis aut putredinis, in nostro antiquo contextu eodem modo præcise habet, *συντήξιν ἢ σπυγδίνῳ*. Sed in Aldino contextu legitur *ἰσθ*, & non *ἴ*.

Quod legitur, Ac male olentium. hæc particula superflua est; nam quum dixerit Foetidiorum, superfluum est addere Male olentium; & Græcus contextus ibi dicit, *κακοχύμων*, idest Malorum humorum.

APHORISMVS XV

**V**bi fauces ægrotant, aut tubercula nascuntur in corpore, excretiones in spicere oportet. Nam si biliosa fuerint, corpus unum ægrotat: si uero similes sanis, tutum est corpus nutrire.

BRASAVOLVS

**Q**UUM aliquis adeo faucibus ægrotat, ut in ipsis pustulae fiant uel tumores uel rimæ, & præterea parua pustula, quæ *φύματα* à Græcis, à Latinis tubercula nuncupantur, per corpus sparsa appareant, tunc anceps esse debes, & ex hoc nihil iudicare; sed excrementa inspicere, quæ ex hoc corpore exeunt; urinam inquam, & alii feces. Si quidem excrementa biliosa sint, statim iudica; non modo hanc partem, idest fauces ipsas, uel cutem morbo affecta esse, sed & uniuersum corpus ægrotare, idest hoc humore plenum esse, qui aptus natus est morbos inferre. Itaq; ab huius corporis nutritione abstineto; non enim tutum est tale corpus nutrire. Econtrario autem si his quæ exeunt inspe-

P 3 Etis

ctis, sanis similia sint, reliquū corpus sanum esse dicito, & à corporis nutritione ne abstineas, nam tutum est nutrire. Hæc est brevis huius aphorismi sententia. Nunc singulatim particulas omnes in eo positas examinabimus, si prius illa in medium adducemus quæ à Philotheo pro aphorismi intellectione dicuntur: inquit enim, ἢ λεῖος διττῆν ἢ γῆρ ἢ ἐκκρίσως γίνεται, ἢ δὲ ἀρσάσως. καὶ πῶς μὲν ἐπὶ ἡπὶ ἐκκρίσιν γηρωδῆς λεῖσως, ἀνωτέρω διελέξατο, γῆρ ὡς ἐλεγχον, γῆρ τῆσι ἐπὶ κωλῆς ῥύσισιν αἰ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφελίου σιν. καὶ δὲ πῶς ἐπὶ ἡπὶ ἀπόσπασιν γηρωδῆς λεῖσως διαλέγεται φασκων, ὅπου φάρυγγ νόσος, ἢ φύματα γῆρ ὅσιν σώματι ἐκφύεται, σπέπιδου τὰς ἐκκρίσας. Διότι ἐκ πύτων δυνάσιν γνῶσαι, εἰ τε ἡπὶ μετέδουσι ἀνεχθῆν ἢ ὕλην, εἰ τε ἡπὶ μετέσπασιν. εἰ γὰρ ἀρσάσως γηρωδῆς φέρεται τὰ διαχωρήματα γηρωδῆν, πρόσθου ὅτι ἡπὶ μετέδουσι ἀνεχθῆν ἢ ὕλην, καὶ οὐ ἀπὸ πλάσθῃ το σώμα, ἢ πῶς τὰ λυμφια μόρια ἐπὶ κροχυμίας, ἀλλ' ἐπὶ ἀρσάσων σιν. Διὸ καὶ οὐκ ἀσφαλῶς πρίφειν τὸ τε δέει. εἰ μὲν πῶς διαχωρήματα ὅμοια ἀνεχθῆν τῶν ἡπὶ φύσιν, τὸ τε πρόσθου ὅτι πῶς ἢ ὕλην ἡπὶ μετέσπασιν ἀνεχθῆν ἀπὸ λυμφια, ὡς τὰ ἀνερόττερα μόρια, καὶ ἀσφαλῶς πρῶτα τὰ δὲ πρίφειν τὸ σώμα. idest, iudicatio duplex est: nam uel per euacuationem fit, uel per abscessum: & de iudicatione quidem per euacuationem facta, superius disputauit, in eo aphorismo in quo dicebat, In profluuijs alui mutationes excrementorum iuuant. Nunc uero de iudicatione per abscessum facta differit, inquit, Vbi fauces ægrotant, aut tubercula nascuntur in corpore, excretiones considerare oportet, quoniam ex his cognoscere poteris, siue per participationē materia inuectā fuerit, siue per transitum. Si enim factio abscessu excrementa biliosa deferantur: certum est per participationem materiam inuectam esse, & nō liberatū esse corpus, hoc est principales partes à prauis humoribus, sed adhuc ægrotare: unde & tunc tuto nutrire non oportet. Si uero excrementa his similia fuerint, quæ secundum naturam sunt, tunc sine dubio tota materia per transitum à principalibus ad ignobiliores partes conuertitur, & tunc tuto corpus nutrire oportet.

ὅπου φάρυγγ νόσος. idest, Vbi fauces ægrotant. ] Quid sint φάρυγγ & λαρυγγ, abunde libro tertio disputatum habes. Hic uero dicit ægrotare fauces, quia plerumque quum prauis humores caput oppleuerint, natura illos ad ignobiliora loca, & quæ facilius recipiunt, transmittit: qualia sunt fauces, ad quas uis capitis natiua, superflua transmittere solet. Hippocrates enim in libro De glandulis per omnia membra, caput tres meatus naturales habere dicit, qui semper naturæ lege manant: hi autem sunt oculi, nares, aures. Postea addit, Sunt & alij meatus per palatum in fauces, deinde in uentriculum, alij per uenas in sanguinē, & in spinæ medullam, qui omnes septem sunt, qui mala molesta crebrosque humores demunt: quos nisi demant, protinus in eo morbi creatur, sicut in reliquo corpore: unde unus locus ad quē transmittit natura sunt fauces. quum ergo fauces ægrotant, idest plenæ sint & distent, aut ulcus habeant, aut tubercula, tunc excrementa inspicito, & reliqua. Non desunt uero recentes, qui per fauces omnia glandulosa membra intelligant, & adenosa. Quod & si uerum sit, tamen Hippocrates præcitato loco ostendit, quod intrinsecas partes intelligat, quæ sunt capitis emunctoria. Oris bafius docet, uocabulū fauces indubie labia, palatum & uuam significat, quæ duobus patiuntur modis, qualitate, aut quātitate: qualitate, quia palatum nostrum sicut cœlum est positum: quantitate, quia immoderatus uapor humorum ab inferiori parte ascendit superius, & intemperie in faucibus facit: nutrirī tunc, atque temperari debent per cibos, ἢ φύματα γῆρ ὅσιν σώματι ἐκφύεται. idest, Vel tubercula nascuntur in corpore. ] Recentes per tubercula paruos quosdam tumores intelligunt, qui per cutem sparguntur tanquam milij grana. At nos maiora etiam tubercula intelligimus, abunde in tertio libro scriptum est, quid significet uocabulum φύμα, quod Leoniceus tuberculum interpretatur. Hic igitur per φύματα, idest tubercula: omne tuberculorum genus intelligimus, uel magnum sit, uel paruum, quod per uarias humani corporis partes quādoque apparet, quando natura prauas materias ad cutem, & partem hanc extimam transmittit: fiuntque maiora quandoque, & quādoque minora, ab eadem tamen materia: nam quum materia per uarias corporis partes dispergitur & dispartitur, minora tubercula facit: quū uero in unum colligitur, maius tuberculū facit. Eodem serē modo quo pluuie laboretæ æstiuo tempore fiunt, in quibus multi simul uapores coadunantur, ut latas aquæ guttas faciant. Si uero petas, an aliqua habeatur tuberculorum doctrina, sine excrementorum

mentorum

mentorum inspectione. Respondemus, Hippocratem post principium sexti Epidemiorum libri, de tuberculis nonnulla tractare, inquit, Tubercula quæ foras extuberant, obarida, acuta, plana, pariter tumentia, maturefcentia, non circunquaq; dura, simul coacta, non diuisa, meliora sunt. Contraria uero mala, quæq; his ualde contraria sunt, pessima, ut ex his solo intuitu quæ sint tubercula mala, & quæ bona dignoscere possimus.

Scito autem hæc tubercula quandoq; gigni alia ægritudine præfente, quæ tamen in inclinatione non sit, ut in tabidis contingit, in quibus & tubercula per corpus, & ad articulos fiunt, & in hydropo. De his Hippocrates in libro De locis in homine, agit. In quibus aphorismus intelligendus non est, nec opus est tunc excrementa considerare, quoniam hic proculdubio ægrotat, quia tabidus uel aquam intercutē patitur. Possunt & hæc tubercula apparere (quod etiam in faucium ægritudine intelligo) uel post alicuius morbi inclinationem uel corpore apparente sano, in his opus est excrementa inspicere, unde ab Hippocrate id dicitur.

*Σκέψασθαι ἅντὶ τὰς ἐκκρίσεις.* idest, Excretiones inspicere oportet. ] Præsertim in corpore apparente sano, in quo tubercula scaturiant, ut indies experientia duce uidemus; hæc autem tubercula fiunt, natura ad cutim id expellente, quod nec per urinam, nec per alui excrementa expellere potest, imò nec per cutim emitti potest hic humor, quia nimis crassus est; nempe si tenuis fuisset, natura illum per insensibiles meatus expulisset, ut sudorem expellit. At quia crassus, per cutaneas partes emitti non potest; sed usq; ad ultimam cutis partem expellitur, ibiq; eleuationem facit, ut tuberculum nuncupari mereatur; sicuti id nomen tubera significat, quæ in terra nascuntur, ad quorum similitudinem istæ in nostro corpore excrefcentiæ & eminentiæ, tubercula nuncupantur.

*ἢν γὰρ χολάδου ἐῶσι, τὸ σῶμα φωνοῦται.* idest, Nam si biliosæ fuerint, corpus una ægrotat. ] Hoc ita esse iudicatur, quoniam & intus & in cute prauos humores esse significat, unde totum corpus ægrotat, uel ægrotare aptum est. Intelligere autem oportet, quod hæc deiectiones perseuerent, quoniam si tantum semel apparerent, fortè natura una uice per urinam, per alui excrementa, & per cutem quæcumq; praua intus essent expulisset. At si perseuerent, necessarium est corpus ægrotare, idest ad ægritudinē esse paratum, quia prauis humoribus plenum est. Propterea corpus hoc multis cibis nutrire nõ oportet; sed id solū condonandū, ut superuiuere possit, ac paulatim humores consumere. Quod longe breuius fiet, si cōcoctis humoribus hunc ita affectum euacuemus. Oribasius dicit, Si biliosæ sunt excretiones, humorum abundantia est, & natura purgari desiderat.

*ἢν δὲ μοιαι τὰς ὑγίανουσι γίνωνται, ἴσφαλις τὸ σῶμα τρέφεται.* idest, Si uero similes sanis fiant, tutum est corpus nutrire. ] Modo in similitudine hæc diu perseuerent, quoniam significatur, naturam robustam omnem malam materiam ad cutem expulisse, & nihil intus relictum esse, quod ægritudinem facere possit; unde sanum est corpus, & tutum ipsum nutrire, quia purum est; purum uero corpus si nutrias, iuuabis. Impurum autem quanto magis nutries, tanto magis lædes. Oribasius dicit, Si uero similes sanis, exacerbatio est. Tuberculum corpori obortum cum ualida natura, superfluitatem in superficiem iactauit, ut liberaret uitalia loca. Atq; tunc non est necesse purgari, sed nutrirī corpus & temperari, quia fessā est tunc natura, quæ illud laborādo expulit; quum enim laborauerit natura superflua emittendo, si nutrimentum in tempore non acceperit, auxiliū amplius debilitat, & potius morti succumbit, quàm uitam retineat. quamuis ergo natura per tubercula ulcerationem faciat cutis, tamē sine periculo est mortis. Hæc Oribasius. Duo hoc loco à recentibus in dubium uertuntur, Vnum est quomodo alui excrementa supra uniuersum corpus significare possint, quum solum sint supra uentriculum, aut intestina significantia. Respondemus, eorum nugis omīssis, Galenum in principio quinti libri De usu partium, & primo De crisi, & in secundo Prognosticorum, sectione decimatertia, edocere, Alui excrementa solum de his partibus quæ sub septo transuerso sunt, iudicium præstare posse; unde & de iecore iudicium ex eisdem excrementis habebitur. At quum à iecore uenæ omnes oriuntur, quæ uniuersum corpus nutriunt; propterea & de uniuerso corpore iudicium haberi poterit; tamen prius supra stomachum, & intestina iudicabunt, deinde supra secur, denique supra uniuersum corpus.

Aliud dubium est, In qua corporis parte excrementa formam accipiant, id est in quo loco sterco id acquirat, ut sterco nuncupari possit. Recentius putant, id fieri in ventriculo: quod Galeno aduersatur; nam apud ipsum, fiunt in intestinis sterco, & in ipsis separatur chylus à crassiore parte, imò perfecta forma est in intestino crassiori colon uocato. Incidit & tertium dubium, An chymata nutrire possint; in qua re nos non dubitamus: nam scimus in talem locum posse ascendere chymata, ut per meferaicas uenas secur attrahere possit. Nosq; in praesentiarum mulierem quandam curamus, quae synanchen, id est anginam in fistula cibali patitur, & sanitatē prope nunc est, quam solis chymatibus octo dierum spatio uiam seruauimus, tamē diutius prorogari non potuisset.

GALENVS

**D**VOS inuicem sermones ex aduerso ponens, in utroq; id quod consequitur praetermisit. Quare si utriq; id quod deest adiungatur, erit uniuersa oratio huiusce modi; Vbi fauces aegrotant, aut tubercula nascuntur in corpore, inspicere excretiones oportet. Si enim biliosa fuerint, corpus unā aegrotat, neq; tutum est ipsum nutrire. Si uerò similes sanis, neq; corpus unā aegrotat, & tutū est ipsum nutrire. Ex quibus uerò mihi uidetur Hippocrates ipse sibi ipsi persuadens, in hunc modum scripsisse, tam dicam, Animalium natura nonnunquam ex principalibus membris humores malos euacuans, alios per urinas uel uomitus uel aluum inferiorem excernit: quosdam uero extra trahit, ut ad cutem, & quum non possit euacuare propter eorum crassitudinem, ibi reponit; atque hoc modo tubercula nascuntur in corpore: sapius & fauces, ex capite fluentes humores suscipientes infestantur. Tunc igitur considerandū est ac distinguendum, numquid natura totam reponat patientibus partibus superfluitatē, an adhuc etiam corpus uitiosis humoribus superabundet, quod excrementa indicabunt. Nam si omnino natura mota est ad expurgandum corpus, biliosa apparebunt: quoniam tubercula sanguine calefacto, à bilioso humore fieri, naturam habent. Et liquet, prius esse purganda, non nutrienda huiusce modi corpora. Non pura enim corpora quanto magis nutries, magis laedes. Si uerò excretiones sunt similes sanis, totum corpus bonos habere humores indicatur, & sine ullo periculo nutriripotest.

BRASAVOLVS

**PRIMO** Galenus docet, quum duae sint in hoc aphorismo conclusiones, uel duae propositiones, uel duo opposita theoremata, in unoquoq; ipsorum id quod sequitur, praetermisit. Primò ad illud, Corpus unā aegrotat: sequitur, quòd nutriripotest. Ad id uerò, Si uerò similes sanis: sequitur, ideo corpus unā non aegrotat, unde nutrire tutum est.

Quod legitur, Duos inuicem sermones ex aduerso ponens, in utroq; id quod consequitur, praetermisit. Graece est, δύο λόγους ἀλλήλοις ἀντιθέεις ἐν ἑκατέρῳ παραλείπειται τὸ συνεκφαίνοντων τῶν λόγων. id est, Duos sermones inuicem opponēs, in utroq; praetermisit quod sermoni consequens est. Noster antiquus contextus in secūda lectione habet, παραλείπειται, non παραλείπειται.

**SECUNDO** notat animalium naturam, id est uim naturae, cuius instrumentum est calor naturalis, quandoq; malos humores euacuare, praesertim quando potens est, uel per urinam uel per uomitum uel per secessum: tamen & hoc quādoq; facit per cutem, sed contingit humores aliquos crassos esse, qui per cutem exire non possunt: sed ibi firmantur, & tubercula faciunt: quandoq; eadem natura materias quae in capite sunt, ad fauces transmittit, & ibi firmantur, & fauces miro modo infestant.

Quod legitur, Atq; hoc modo tubercula nascuntur in corpore, sapius & fauces. In prima nostri antiqui contextus lectione, haec particula Sapius, cum praecedētibus iungitur, ut hoc modo legamus, Atq; hoc modo tubercula sapius nascuntur in corpore uel fauces. Ita enim dicit, φύματα μὲν οὖν οὕτω γίνονται πολλῶν, ἢ τε φάρυγγος. At in secūda lectione coniungit cum sequentibus, ut Leonicensus facit: & habet contextus Aldinus hoc inquam modo, φύματά τε ἐν τῷ στόματι οὕτω γίνονται, πολλῶν δὲ φάρυγγος. In Aldino uerò contextu habetur, πολλῶν δὲ ἢ τε φάρυγγος.

**TERTIO** notat, quum uidemus materias ad cutem uel ad fauces transmissas, considerandū esse, numquid natura totam prauam materiā ad cutem transfuserit, uel non.

Hoc

Hoc autem facile ex excrementis percipitur: siquidem excrementa biliosa sunt, indicium est, non modo materiam ad cutem transmissam esse, sed adeo etiam abundare, ut adhuc materiae copia superfit, quam non transmiserit: materia autem haec quae transmittitur, biliosa est, sed crassa: nam tubercula fiunt, sanguine à bilioso humore calefacto. Hic uero biliosus humor, necessarîo crassus est: quoniam si tenuis esset, per cutem exiret, & hic tubercula non inciderent. Hoc autem à Galeno dicitur, quia ut plurimum tubercula ab hoc humore bilioso fiunt. Tamen Galenus ex hoc non ita inficias, tubercula etiam ab atra bile, & à pituita fieri, sed rarius contingit: tunc uero necessarium non est excrementa biliosa esse, sed ratione peccantis humoris erunt affecta. Imò hic unum addere non dubitamus: Haec tubercula biliosa esse, nihil impedire, tamen feces altero humore affectae sint, in quo si perseverent, corpus unà aegrotabit: quoniam natura id quod tenuius erat, ad cutem transmittit: tamen non erat adeo tenue, ut exire posset: quod uero crassius erat, in uentriculo, in uenis, in secore, in intestinis, & breuiter in toto corpore relictum est, aliter haec excrementa ita diu perseverare non possent.

Vbi legitur, Tunc igitur considerandum est, haec particula Tunc, in Graeco contextu abest: nam ita legit, *σκεπήσθαι οὐδ' ἔστι*. tamen in nostro antiquo contextu, & in Aldino, adest particula *πλῆμαῦτα*, statim post particulam *ἔστι*.

Quod etiam legitur, An adhuc etiā corpus uitiosis humoribus superabundet, quod excrementa indicabunt. Graece est, *εἰ τε δὴν ἐστὶ καὶ καθόλου τῷ σώματι μοχθηρῶν χυμῶν πλεονασία*. Ἰδιῶς δὲ ἔστι *ἔτι τῶν ἐκκρίσεων*. idest, An adhuc etiam in totius animalis corpore malignorum humorum adfit redundantia: hoc autem manifestum est ab excrementis.

Quod etiam legitur, Naturam habent: Graece est, *πίφουκε*, idest Apta nata sunt.

QUARTO Galenus notat, haec corpora ita affecta, prius esse purganda, quam nutrienda: non quia cibus dari non debeat, sed nō multus: at solum in tanta copia, ut perdurare possit: nam si nutrireremus, magis legeremus, quia non pura corpora quanto magis nutries, tanto magis laedes.

QUINTO docet, nutriendum esse, si egestiones sint similes sanis: nam significatur & corpus sanum, & bonis humoribus plenum esse.

Quod legitur, Totum corpus bonos habere humores indicatur. in prima lectione nostri antiqui contextus, ita praecise habetur, *ὁ χυμὸς τε γινώσκονται τὸ ὅλον εἶναι σάμα*. Sed in secunda lectione, & in contextu Aldino, & in pluribus alijs Graecis codicibus scriptum est, *ὁ γινώσκονται τε γινώσκονται τὸ ὅλον εἶναι σάμα*. idest, Totum corpus sanum esse indicatur.

**V**bi fames, laborandum non est.

## BRASAVOLVS

BREVISSIMVS est hic aphorismus, in quo potius quid sano agendum sit, edocet, quam aegro: tamen nihil etiam impedit in aegro intelligere: unde & Philotheus in principio suae commentationis dicit, *ἀρμόδιον οὐτὸ ὁ ἀφορισμὸς ὑπὸ ὑγιαίνοντων*. idest, Hic aphorismus in sanis congruus est. At in fine suae commentationis ita dicit, *ἰστέον δὲ, ὅτι καὶ ὑπὸ νοσημάτων δίδασκται οὐτὸ ὁ ἀφορισμὸς ἐρηθῆναι*. idest, Sciendum uero quod & in aegris hic aphorismus dici potest. Nos potius in sano, quam in aegro, aphorismum intelligimus: quamuis & ad aegros amplius Galenus. Hi enim laborare non debent, quando famescunt, neq; corpora exercere.

*ὄρου λιμός*. idest, Vbi fames. ] Per famem, in hoc loco Hippocrates naturalē famem intelligit, quae (ut Galenus quarto De symptomatum causis libro dixit) est suctionis sensus, quando alia membra à uentriculo exugunt, & ipse inanitus appetit, cibumq; desiderat: de qua fame superius aphorismo octauo, secundum Galenum egimus. Vnde à Galeno in hac Commentatione dicitur, Eos famescere, qui ob ciborum inopiam, ad extremam esuritionem deueniunt: itaque defectus ciborum uel nutrimenti, est fames.

Quare

Quare membra, quæ nutrimentum non habent, etiam si suctionis sensum non habeant, famescere dicuntur: & ideo si quis adeo famescat, ut omnia membra nutrimento indigeant: hic uero ratione appetentiæ (quæ à Galeno quarto De symptomatum causis, suctionis sensus dicitur) ita comedat ut satur sit, sed non dum membra sint satura, hic etiam laborare non debet, quo ad membra suam famem non extinxerint: quod tunc cognoscetur, quum is percipiet se fortiorem & robustiorem, quàm prius: itaq; laborem incipere poterit. Fames uero dupliciter in nobis fit, aut quia non habemus quæ comedamus, ut in penuria & fame: aut quia nobis ipsis sponte ieiunia imponimus, ut religiosi faciunt, aut præfidentium iussu, uel medicorum, quando aliquos ieiunare iubent. Philotheus etiam de usu huius uocabuli fames hæc differit, *ἰσὺν δὲ, ὅτι ὁ λιμὸς ἀπὸ τοῦ σίτου ἢ ἄλλου τινος οὐ ἰσχυροῦς ἢ ἀπὸ τοῦ μὲν μόνου λέγεται, ὅτι ἡ ἀνάγκη τοῦ σώματος ἀναγκάζει τὸν σκύλον ἀκρατέως ἐγγίοντο. ἢ ἐξ ἄλλου οὐκ ἔστιν ἰσχυρὸν, λιμὸς λέγεται, πρὸς τὸν σκύλον δὲ λιμὸς, καὶ ἡ ἀνάγκη ἢ ἡ ἀνάγκη ἢ ἡ ἀνάγκη μόνου. idest, Sciendum uero quod fames duplex est, fames indigentia cibi: cuius Hippocrates in Epidemijs meminit, inquit, In Aeno, in fame his qui legumina comedere, crura debilia & inualida facta sunt, priuatio eius quod usui est, hoc est cibi fames dicitur; nuncupatur autem etiam fames & inedia, cuius & hic meminit.*

*οὐ δὲ πόνειν.* idest, Laborare non oportet. Labor est uehemens & continuus motus, quem exercitiū uocamus: de quo Hippocrates in secundo De uictus ratione, agit; quamuis Galenus non Hippocratis, sed Thephali, uel Herophili librum esse iudicet; hæc uero dicit Hippocrates, Contraria nanque inter se sunt cibaria & labores, tamen utraq; sanitati conferunt, labores enim suapte natura superflua demunt. Cibaria autem & pocula uacua complent. Quum ergo labores superflua demant, si quis uacuis laborabit, nihil quod superfluum sit demi poterit: sed quod erit necessariū animanti; ideo resoluentur spiritus & humores, & membra solida. Propterea in tertio libro De eiusdem uictus ratione habetur. Labor autem corpus siccatur, ualidumq; reddit: hoc intelligendū est, quādo non adsit fames; nam quando fames adest, siccatur & inualidum reddit. Labor enim corpora macra reddit; cuius causam Hippocrates in tertio De morbis, refert, inquit, Corpora laborantium calefieri, quibus calefactis fiat macilentia; sed re uera hoc est, quia calor ille exsiccat. Eorum uero qui laborant olea, qualia esse debeant, Hippocrates libro secundo De prædictione (quamuis hic liber non existimetur Hippocratis) docet, inquit, Laborantium uero seseq; exercitiū oletum, modicum & durum esse debet, dum parum comedunt; hoc uero ex nulla alia causa esse potest, nisi quia ab exercitiū & labore exsiccantur.

Quum igitur aliquis fame pressus sit, & hoc non modo in uentriculo, sed & in omnibus membris, hic laborare non debet, nec corpus defatigare aut exercere: quoniam & spiritus & humores, & solida membra nimis exsiccentur: qui aphorismus & in sanis & in ægris uerus est, ut in Commentatione uidebitur. Nos uero in sanis potissimū intelligimus. Philotheus etiam ita aphorismi rationem assignat: *οὐ δὲ γὰρ γυμνασίου καὶ λινῶν ὅτι λιμὸς ἔστιν, ὅτι τὸ μὴ ἀντέειναι τῶν λόγων τῶν γυμνασίου τῶν ἐγγύτων. ἢ ὅτι τὸ μὴ καταβληθῆναι μάλλον τὰς δυνάμεις ἀπὸ τῆς ποικίλης λινῆς. εἰ δὲ τις εἴποι, ὅτι καὶ τὸ χεῖρον ἔχει ὁ ἰσχυροῦς, πρὸς ὑγιαίνοντων μεμνησθῆναι; λέγεται ὅτι οὐ μόνον τῶν νόσων ἐκινεῖται πρᾶγμα τὸν νοῦν, ἀλλὰ καὶ τῶν οὐσαν ὑγίαν φυλάξαι πρᾶττειται. idest, Non enim oportet exercere & mouere famescentes, ne exercitationum ratione siccitas augeatur, uel ne in tali motu uires magis prosterantur. Si uero hoc quis dixerit, Et quam indigentiam habet Hippocrates de sanis mentionem faciendū? Dicimus, quod non solum morbum adimere cogitat, sed & præsentem sanitatem seruare intendit. Oribasilus putat, secundum Galenum aphorismum hoc modo interpretandum, Qui non sunt reficiendi cibo, neq; illis aliquem laborem iniungere oportet, neq; lauare, quia lauacrum attenuationem facit, neq; ungi, neq; tunc facere aliquid, neq; abstinere, sed paulatim reficere.*

Nota præterea, non solum laborem in famescente euitandum, sed etiam in sitiente, & in eo qui aliqua re indiget, ex his quæ reficiūt corpus, ut in eo qui dormire non debeat, sed uigilare cogatur.

## GALENVS

**F**AMESCERE illos dicimus qui ob ciborum inopiam ad extremam esuritionem perueniunt. Sic igitur Hippocrates ipse secundo libro Epidemiarum dixit. In oppido Æno qui ob famem leguminibus uescebantur, crura debilitata sunt. Et quidem omnem eximium ciborū defectum, si etiam citra penuriam ex electione, uel iulū fiat, famem consueuit appellare, ueluti cum ait, Carnes humidās habentibus famem adhibere conuenit; fames enim exsiccāt corpora. Et cum in Prognosticis inquit, Interrogare oportet nunquid uigilauerit homo, uel alius fortiter exinanita fuerit, uel si fames obfederit, pro defectu ciborū famem accipit. Et hoc etiam in loco sic dixit. Vbi fames, non oportet laborare, ac si ita dixisset, Qui non sunt reficiendi cibo, neq; illo die aliquem laborem iniungere oportet. Hic autē per laborem oportet intelligere uehementem motum quem exercitium nominant. In hanc igitur sententiam ipse dicebat, labores cibum antecedant. Est autem ipsi sermo communis ad ægros, & sanos. Sanis enim non sunt præcipienda exercitia simul cum inedia, neq; etiam ægris aliquis uehementior motus adhibendus unā cum cibi abstinentia, neq; sanguinem mittere oportet, neq; citare uomitum, neq; purgare, neq; multa uti frictione, neq; in uniuersum aliquo forti motu, uel corporis alteratione. In talibus si quidē motibus omnibus ubi cibus defuturus sit, uires dissoluunt, siue agrotent, siue etiam sani sint homines. Vbiq; uero Hippocrates magnum studium habet serutare fortem eam quæ regit animalia potētiam. Siue igitur numero singulari potentiam dixerimus, siue plurali potentias, nil refert. Et hoc ipsum in libro De alimento Hippocrates dixit, potentia una, & non una, genere quidem ostendens unam esse potentiam, species autem plures.

## BRASAVOLVS

**PRIMO** Galenus docet, eos famescere, qui ob ciborū inopiam, ad extremam esuritionem deueniunt, in quo significato Hippocrates in secundo Epidemiorum (licet nos hoc inuenimus in sexto) dicebat, in oppido Æno, qui leguminibus uescebantur propter famem, quia nihil aliud habebant quod comedere possent, illis crura debilitata sunt. In his uero hoc intellige, qui prius optima cibaria comedere assueti erant. Nam ut dicit Hieronymus in Iouinianum agens dicit, Palsi leguminibus uiuidiorem calorem habent, id intellige quando assueti sunt.

Quod legitur, Ob ciborum inopiam: Græce est, *ὅτι ἀρξίου στίου.*

Quod etiā legitur, Ad extremā esuritionē perueniunt: Græce est, *εἰς ἀκροῦ ἰνδουσι πάνθ'.*

**SECUNDO** docet, omnem eximium ciborū defectum, famem nuncupari, quam uis penuria non sit, sed aliquis aut sponte ieiunat, aut illi ieiunium impositum est, unde septimo Aphorismorum libro dicitur, Corporibus carnes habētibus humidās famem adhibere conuenit. fames enim corpora siccāt: nam & hæc est esuritio, quando aliquis absque cibo diu fuerit. & in hoc eodem significato in Prognosticis scriptum est, Interrogandum esse hominem, an uigilauerit, uel alius fortiter exinanita sit, uel si fames obfederit; unde infert, famem in his locis ab Hippocrate pro ciborum defectu sumi.

Vbi legitur, defectum, Græce est *ὄσταν*, & ubi penuriam, Græce est *ἀρξίου.*

**TERTIO** inquit, Hippocratem in hoc aphorismo per famem, ciborum defectum intelligere. nos uero id intelligimus quod ad ciborum defectum consequitur, quod & Galenum sensisse arbitramur, quamuis dicat, quod pro ciborum defectu famem accipit. sed & si Galenus aphorismum nimis arctare uideatur, necesse est ipsum recte intelligere. nam hoc modo arctat, quia uelle uidetur hunc esse aphorismi sensum: qui cibo reficiendi non sunt, neq; illo die aliquo labore sunt exercendi; ut ad illius diei cibationem arctare uideatur. tamen si quis præcedenti die bene comederit, sequenti die à labore prohibendus non est. sed necessario de his Galenum intelligere oportet, qui iam famescunt, quos exercere non debes, nisi reficiantur. At si contingat, quod aliqua die refici non debeant, eadem etiam die laborare non debent: uel per cibum, illum non intelligamus quem comedimus, sed illum qui membra nutrire debet.

**QUARTO** notat, laborē uehementē motū significare, qui exercitiū nūcupatur. In quo sensu alibi ab Hippocrate dictū est, labores cibum antecedant. hoc autē est in sexto Epidemiorū, ubi dicit, labores, exercitationesq; cibum præcedant, quādo ad sanitatem faciunt.



faciunt. At si dicas, Hippocratem sibi ipsi oppositum uideri: nam prius dictum est, ubi fames, laborandum non est: in Epidemijs uero dicit, labores cibum præcedunt: respondemus, hunc Epidemiorum locum intelligendum esse: quando quis exhaustus non est, & famem non habet, labores, id est exercitium ante cibum fieri debet, ut præsumpti cibi superfluitates consumantur, unde secundo libro De sanitate tuenda habetur, corpora quæ cibum sumperint, non esse exercitanda. quod intelligere oportet, statim post cibum, uel parum post. Sed ante alterum cibum sumendum, quia exercitium superfluitates resoluunt, & naturalem calorem intensiorem reddit. Hæc eadem ab Auicenna tertii primi dicuntur doctrina secunda, ubi de horis exercitij agit, & de regimine eius quod comeditur & bibitur: inquit, Quum cibus in uentriculo continetur, corpus exercitandum non esse, quia hoc exercitium concoctionem prohibet: imò eodem loco docet, Si post prandiū ambulare debeas, id leniter & sensim fiat, ut coenam sibi parat, cui quum prope est, gressus accelerare debet.

Quod legitur, Hic autem per laborem, legendum est, Nunc autē per laborem. nam Græce adest particula, *νῦν*.

QVINTO docet, hunc aphorismū in ægris esse uerum, atq; sanis: sed in sanorum labore atq; agrorum differentiam facit: nam in sanis exercitationes intelligit quæ sunt motiones: sed in ægris uehementēs motus intelligit, qui in ipsis fiunt, ut mittere sanguinem, citare uomitum, medicamēto purgante uti, & multa frictione: in ægris famefcentibus hæc fieri non debent, quoniam re uera isti his non indigent. Quod si tibi mirum uideatur hæc fieri in ægro cibato, Respondemus, non intelligere ipsum pastum cibo, quæ nuper acceperit: sed re, quæ propinque nutriat. nam in his motibus ubi cibus defuturus est, uires dissoluntur, uel in sanis, uel in ægris. Ideo Galenus non solum considerat, quando iam actū famefcit, sed etiam quādo famefcere debet. In macilentis igitur & extenuatis hæc fieri non debent, etiam si sani sint: præsertim quando reficiendi non sunt. Vnde & Hippocrates in libro De prisca medicina, dicit: pars enim fam'is & in diæ plurimum in hominis natura potest & ualentem facere, & infirmum, & perimere.

Quod legitur, Vbi cibus defuturus sit, uires dissoluntur. Græce est, *ὅταν αὐτοῦ τρεφῆς γινώσκου, κατὰ λυδίαν πείραξις ἢ δυνάμις*.

SEXTO docet, cur hi uehementēs motus in famefcentibus euitari debeant: quia, inquit, Hippocrates magnum studium habet eam potentiam fortem seruare, quæ animalia regit. est autem hæc uis, secundum aliquos anima, secundum alios naturalis calor, qui distribuit, concoquit, attrahit, & omnia expellit quæ sumuntur.

Qd' legit, Eam quæ regit animalia potētia. Græce est, *τὴν διοικοῦσαν τὰ ζῷα δυνάμις*.

SEPTIMO Galenus docet, uel Potentiam dixeris in singulari, uel Potentias, in plurali, nihil refert: quoniam Hippocrates in libro De alimentis, dicit, Potentiā unam, & non unam. Vna quidem genere est, sed species plures habet. In quo loco de Galeno miror, qui librum illum De alimētis, alibi Hippocratis esse negauerit, sed illum Thesalo aut Herophilo attribuit: nunc uero sub Hippocratis nomine adducit: fortē hic Galenus secundum cōmunem omnium opinionem hunc librum sub Hippocratis nomine in præsentiarum citauit. Si uero Hippocratis uerba audire percupias, hæc sunt quæ statim in principio libri in hunc modum scripta inuenies, in quibus modo de cibarijs, postea de uiribus loqui uidetur. Inquit autem, Species quidem alimēti una est, & multæ una quidē, quatenus unum genus est. Species uero humiditate & siccitate sunt: & in his formæ quædam, quantum etiam inest, & ad quædam & totidem: nam horū quædam augment, quædam uires subministrant, carnem quædam aggerant: similitudinē, aut contrā, quædam suapte natura faciunt, quædam uī per exordia. Similitudinem uero facit & robur, cum quod intrat, superat: cum quod inerat, euanescit, contrā: tēporis enim spatio dissoluitur, & reliqua: quæ si referre uoluerim, nimis longū esset: tamen Hippocrates uidetur non solum distinguere in unam & plures potentias uim intrinsecā, quæ alit, distribuit, & concoquit, sed etiam nutrimenta ipsa, id est cibos in unam genere potentiam, & plures specie partiri.

Vbi in fine legitur, Species autem plures, deest uerbum, Habere. nam Græce legitur, *ἰστέας δὲ πλείους ἔχει*.

Cum autem de labore, idest, corporis exercitatione sermo factus sit, si tibi menti sit, & exercitationis modos & species cognoscere, & quomodo uarie humani corporis partes exerceri possint, & quibus nominibus ab antiquis uocarentur, secundum Galeni librum De sanitate tuenda perlegas, in quo omnes exercitationis antiquas species, que inueniri possint, pertractat; nec secundum Hippocratis librum De uictus ratione, uel de alimētis omittas, in quo de eisdem speciebus optime agit.

## APHORISMVS XVII

**V**bi cibus præter naturam plus ingestus est, hic morbum facit, ostendit autem sanatio.

## BRASAVOLVS

**AB** Hippocrate in hoc aphorismo admonemur (nisi agrotare uelimus) ne cibi præter naturam nimium ingeramus, nempe hic præter naturam cibus si plus ingestus sit, morbum facit, ut huius morbi sanatio ostendit, nam euacuatione sanatur.

ὅκως ἀν τροφήν πλεονάζειν εἰσέλθῃ, idest, Vbi cibus præter naturam plus ingestus est. Quid cibus sit, unicuique notum esse arbitramur, Id enim cibus uocatur quod nostrum corpus ingrediens, ipsum nutrire potest. Philotheus uero de triplici cibo distinguit, & in omnibus aphorismum intelligit, Inquit enim ἡ τροφή τριπλή, τροφή τὸ μέλλον, οἶον τὰ σίτια, τροφή τὸ οἶον ὁ χυμὸς ὃν τῷ γαστρῷ, τροφή τὸ τρέφον, ὅπερ ἢ κρείως τροφή ὀνομάζεται, καὶ ἢ προσπλήν τῷ νέρω γίνεται νεύρον, καὶ ἢ μυσί μῦς, ἢ ἢ φλεψί φλεψί. ἔνταῦθα δὲ ὁ λόγος ὑπὸ πλείους τροφῆς, φησὶ γὰρ, ὅκως ἀν τροφήν, ἢ ποιότητα ἀσύμμετρον, καὶ ἢ ποσότητα πλεονάζει, ἢ εἶς τὸ σπανιῶν πλεονάζει, ἢ τὸ ἢ φύσιν, ἐπανάκλις, βεβαιώτερον καὶ ἀσφαλῆ τῷ τῶν βλαπτικῶν ἀτιμῶν ἀποφαίνει σημεῖωσιν, idest, Cibus triplex est, cibus qui futurus est ut pabulum; cibus ut humor in uentre, & cibus qui nutrit, qui & proprie cibus nuncupatur, per quem quod neruo oppositum est, fit neruus, & in musculo musculus, & in uena, uena. Hic igitur sermo in omni cibo, inquit enim; ubi cibus secundum qualitatem immoderatus, & secundum quantitatem peruersus, uel in contrariam deductionem, in id quod est secundum naturam reuocatio, firmior est, & securam causarum quæ nocent, ostendit significationem. Tamen si recte Philotheum consideremus, non uidetur integre aphorismi rationi assignare, nec perfectus sensus suis uerbis dari potest: ut hinc ancipites fuerimus an hæc pars mēdosa esset, & illa omnino suspecta esse iudicauimus; tamē nos incidimus in interpretationem, in fine uero differt, & ex eo integer sensus elicitur, qui apte ex Philothei adducta cōmentatione educi non potest. Est uero hæc que sequitur cōmentatio, ἡ τροφή τριπλή, τροφή τὸ μέλλον, οἶον τὰ σίτια, τροφή τὸ οἶον ὁ χυμὸς ὃν τῷ γαστρῷ, τροφή τὸ τρέφον, ὅπερ καὶ κρείως τροφή ὀνομάζεται, καὶ φησὶ, ὅκως τροφήν ἢ ποσότητα πλεονάζει, ποσῶν νόσον ποιῶ, πῶς δὲ γὰρ ἀμετρία φύσιν λυμάνεται, idest, Cibus triplex, cibus qui futurus est, ut pabulum, cibus qui ut chylus in uentriculo, cibus qui nutrit, qui & proprie cibus nuncupatur; & dicit ubi cibus secundum quantitatem plus ingestus est, hic morbum facit, huius etenim immoderantia naturam lædit.

Quid uero sit præter naturam cibus, antiqui, & recentes in assignatione dissentiunt, ab antiquis igitur exordiantes, nonnulli per hanc particulam Præter naturam, idem intellexere, quod exuperanter, & ualde, unde Oribasius secundum istos exponit præter naturam, idest, præter mensuram, ut sensus sit, Vbi cibus exuperanter corpus ingressus sit, hic morbum facit; nam si quis cibum parum excedentem sumat, hic morbum non facit, sed si immodice sumatur, morbum facit, nempe mediocritatem multum excedere debet cibus is qui morbum facturus est, quæ enim modica sunt obesse non solent, immo (ut Galenus dicit) neque in illis partibus, in quibus potissimum nocere deberent, ut si paucillum humiditatis per asperam arteriam ad pulmonem descenderit, quando potamus, aut paucillum aeris ad uentriculum peruenerit dum aerem attrahimus, per hæc tam modica, nec pulmo, nec uentriculus offenduntur. Hæc igitur est una expositio, ut præter naturam cibus is sit qui exuperanter sumptus est, & in maiori copia quam conueniat.

Galenus hanc expositionem ueram iudicauit, sed aphorismo incommodam, uera inquam est, quoniam cibus plus quam conueniat ingestus, morbum facere consueuit. At hæc Hippocratis sententia esse non potuit, primo, quia apud antiquos mos non est, hæc distinctione uti, hæc res multum excedens, & non parum excedens morbum facit, sed simpliciter, & absque ulla adiectione in genere dicunt, humorum corruptio, exustio, uel frigefactio, uel cruditas morbum facit. Eodem modo plenitudo morbum facit, & non multa plenitudo, nam non addunt hanc particulam, unde & si hæc expositio uera sit, tamen Hippocratis mentem effugit. Adde tu, non recte simul complicari, præter naturam, idest, exuperanter, & ualde cum plus, dicitur enim sua lingua πλεονάζειν, idest, (secundum hanc expositionem) plus exuperanter; ut hic sit sensus, ubi cibus plus exuperanter, idest, plus plus, ut fiat expressa negatio.

Præterea inquit Galenus, præter id, quod curiosius exponunt Hippocratem, quam ueterum consuetudinem deceat, etiam uolētius exponunt huius uocis, præter naturam, significat, nusquam enim reperitur, quod hæc uox præter naturam, significet exuperanter, nec apud aliquem authorem in hoc sensu accepta inuenitur.

Alij per cibum præter naturam illum intelligunt, qui habeat qualitatem, quæ sit præter naturam, uel corporis, uel membri, quod nutrirī debet, quam expositionem & uerā esse Galenus iudicat, quoniam quælibet nostri corporis pars ex proprio alimento nutritur, quod alimentum, illi membro præter naturam recte dici potest, Si autem ad hanc partem humor aliquis perueniat, qui non sit illi proprius, nec secundum naturam, sed alteri membro proprius sit, & secundum naturam, hic humor, & hoc alimentum huic membro malum erit, quia non est illi proprium, tamen ægritudinem non faciet, nisi illuc copiose perueniat. Vnde ab Hippocrate dicitur, ubi cibus præter naturam, idest, secundam malam qualitatem plus ingestus est, hic morbum facit, nam si paucus ingestus esset, morbum non faceret: immò addit Galenus, cum neque medicamenta, quæ habent naturam exitialem, ut mandragora, papauer, cicuta, non possunt sine quantitate nocere, tanto minus illa quæ alimenta sunt & membra nutriunt, non poterunt sine quantitate nocere: ponitq; exemplum de pauxillo aeris ad uentriculum tendentis, & de pauxillo potus ad pulmonem, quæ ægritudinem non faciunt, quia pauxilla.

An uerò Galenus hos reprehendat, uel non reprehendat, aliquibus dubium uideatur, tamen si recte consideretur, eos reprehendit, quoniam aliquid artificiosum dicere non uideantur illi qui ita dicunt. Certum enim est uenena non nisi sua quantitate nocere, ideo nec cibi, qui sunt uere nutrimenta, ratione suæ qualitatis oberunt, sed solum ratione quantitatis, tamen qualitate connexa. Ideo Hippocratis mens non est, per cibum præter naturam illum intelligere qui qualitate peccet, sed plus sumendus sit, nam hoc notissimum est, immò & in uenenis ratione quantitatis fit læsio. ut argumentum à maiori sit: Si uenena non nisi ratione quantitatis nocent, igitur nec cibi, igitur non erit qualitas, tamen & qualitas ipsa nocet, sed diuerso modo: nempe qualitas illa est quæ agit. At actionem imprimere non potest, nisi sub aliqua quantitate sit, adeo sunt commixta quantitas & qualitas, unde re uera nec quantitas sine qualitate, nec qualitas sine quantitate agit, & ideo si calidum in quarto gradu accipies, aget etiam si eius substantiæ milij quantitate sumes. At si quantitatem minues, non aget, aut actio nullius momenti erit, unde ad hoc ut actio fiat, determinata quantitas exigitur. Si etiam calidum in primo gradu ad fabæ quantitatem accipies, non aget. Si quantitatem augebis, aget. Quare & quantitas plurimum facere uidetur, propterea dicemus quantitatem & qualitatem adeo uno apice iuncta esse, ut unum absque altero operari non possit, Itaq; deus res multas hoc modo constituit, ut altera alterius ope indigeret. Galenus uerò hanc particulam, præter naturam, alio modo interpretatur. Primo notans id quod dicitur plus ad aliquid esse, in nobis autem duo sunt, & uasa quæ cibum recipiunt, & natura ipsa, quæ concoquit, distribuit, & assimilat. Cum igitur ab Hippocrate dicitur præter naturam plus cibi sumi, posset intelligi quo ad uasorum capacitatem, ut aliquis præter suorum uentriculorum capacitatem cibum sumeret, & hunc sensum absurdum putat Galenus. Alter sensus est de natura, quæ nostrum corpus gubernat, hoc modo, Vbi cibus præter naturam, plus ingestus est, idest, ubi plus cibi sumptum fuerit præter naturam, idest, quam intrinseca natura

apta sit cōcoquere, distribuere, & assimilare, hic cibus morbum facit. Si enim quispiam in tanta copia cibum sumat, ut uentriculus & tota cutis extendatur, tamen naturam habeat quæ concoquere possit, hic plus cibi præter naturam non sumit, immo secundum naturam est. Si è contrario aliquis sit, qui uentres non impleat, immo restent cellulæ implendæ, & latebræ, ac profundæ cauernæ, ut eius uis, eius natura, satis non sit paucam illam cibi quantitatem concoquere, hic plus cibi accepit præter naturam suam concoctricem, alteratricem, & distributricem. Hoc autem experientia facillime deprehenditur. Si is qui ad cutis extensionem plenus est, cibos concocti faciles insumpserit, is uerò qui uentrem non impleuerit, cibos concocti difficiles ederit. Hic ergo est Hippocratis sensus apud Galenum, ubi cibus præter naturam, idest, supra potentiam, à qua uni uersalia reguntur, plus ingestus est, hic morbum facit. Illa autè pars, quæ sequitur, ostendit autem sanatio, à Galeno legitur, ostendit & sanatio, nam plura sunt, quæ morbum ex multa cibi copia, quàm naturæ conueniat, factū esse ostendunt, ut corporis rubor, plenitudo, ac uenarum tumor, sed præter hæc id quod euenit, hoc etiam ostendit: unde & ipsa sanitas hoc ostendit, morbum ex pluri ingestio cibo fuisse: nam sola euacuatione sanatur, quo significatur illam esse plenitudinem, quàmuis & Galenus illam partem, ostendit autem sanatio, etiam sine copula &, intelligat: quia hi proprie per euacuationem sanantur, non autem per purgationem. est equidem euacuatio simpliciter, quando humores omnes æqualiter euacuantur, purgatio uerò quando humores praua qualitate sunt affecti, de qua re in Galeni commentatione non nihil agemus. Forte Hippocrates per cibum præter naturam, cibum sano inconuenientem intelligit. Conuenientia uerò in sex rebus sita est, quæ à recentioribus numerantur. una est conueniens quantitas, altera conueniens qualitas, quæ in cibi præparatione etiam consistit, ut in medio cri cōctiōne, qua nec crudus sit cibus, nec exustus, hæc enim extrema præter naturam sunt. Tertio potest esse aliqua aut apprensus, aut occulta proprietas, quæ cibum præter naturam esse faciet. Quarto conuenientem substantiam habere debet, idest, neque crassam nimis, neque tenuem. Quinto statuto tempore & conuenienti dari debet, aliter est præter naturam. Sexto, ordine quodam est exhibendus, aliter est præter naturam: nempe secundum naturam conuenit, ut tenuis cibus, & qui facile coquitur, præmittatur, qui uerò difficilius, postponatur. Omnibus his modis cibus præter naturam uocatur, quando indebite sumptus est. Aphorismvs igitur ita simpliciter intelligi posset, quando cibus præter naturam, idest, præter conditiones enumeratas plus ingestus est, hic morbum facit. ostendit autem sanatio: nam illo remoto quod erat præter naturam, sanatur. At quod opus sit hominem cibos sibi proprios atque peculiare habere, ab Hippocrate docemur, statim post principium libri De præca medicina, ubi dicit, non fuisse inuentam & quæsitam medicinam, nisi ea indignissent languentes, & nisi uterentur alijs cibis, & alijs rebus nutrarentur, quàm sani. Imò paulo altius rem hanc exorditur, inquit, Sani homines non excogitant, nec inueniunt cibaria, quibus nunc uescuntur, si satis illis fuisset comedere & bibere quæ boues, & equi, & cetera bruta comedunt, ut herbam, frondes, fructus, semina, quæ terra sponte facit, sine aliquo labore. Imò putat Hippocrates, homines in principio usos esse brutorum cibis, postea uerò cibaria quæ in usu sunt, fuisse ab hominibus inuenta & excogitata, & longo tempore arte perpolita, nam in principio quia homines ferino uictu utebantur, propterea ingentia mala incidebant, sicut etiam nunc inciderent, si tali uictu uterentur: immo tunc minus infestabantur, quia erant assueti, quæ nunc facerent si illo ferino uictu uterentur: tamen à illo tempore imbecilles peribant, fortiores superabant, propter hoc quæsiuere uictum cōmodum naturæ humanæ, ut triticum terentes, molentes, cribrantes, subigentes, coquentes panem fecerunt, placentasque siue mazam hordeaceam, plurimamque ex hac re efficiebant, quædam elixabant, assabant, miscebant, diluebant, ualida rebus infirmis permixta cōformabant, ad naturamque humanam omnia accommodabant, & reliqua eodem loco de ciborum inuentione, ut naturæ humanæ accommodantur, ab Hippocrate descripta. Addit deinde de egrorum cibo, qui inuentus est, quoniam non possunt illa superare aut cōcoquere quæ ad sanos pertinent, immo inter ægros aliqui adeo imbecilles sunt, ut cibo non indigeant, quo alij ægri utuntur, sed potius forbitionibus indigent, utpote his quæ facilius concoquuntur, & à naturali uictu cōmodius superantur, quàm ea quæ masticatione

indigent. Post hæc de his sanis mentionē facit, qui non nisi semel in die comedere possunt, de his qui bis, & qui pluries, hi enim præter robur naturæ à consuetudine etiam plurimum adiuantur. Imò & horas seruandas esse suadet; nam si quis consuetus prandere, non prandeat, cum primū hora transit, cōfestim uehemens debilitas, tremor, animi defectus, os amarefcit, lutei insuper oculi fiunt, lotiū crassum calidum demittit, lancinatur intestina, caligant oculi, concitatur ira, difficulter spirat, lāguidus efficitur, omniaq; hæc propterea patitur. Cum autē cœnæ accingitur, comedere non potest, eaq; cum descendat torquent, strepunt, uentriculūq; claudunt, hiq; difficilius dormiūt, somniacq; tumultuosa & perturbata uidentur, quod plerisq; morbi principiū extitit. Ab re igitur non est, si Hippocrate de cibo præter naturā intellexerimus, id est, de eo quē susceperit quis, aut præter modum homini consuetū, aut præter tempus, aut aliquid simile ex his cōditionibus, quę superius enumeratę sunt; quāuis Hippocratis mentē illam esse putemus, quā ex Galeno dedimus, & quā Oribasius refert, et si aliqua ipse addat, quę Galenus nūq; excogitauit.

Si uerò petas, quomodo is cognoscendus sit, qui plus ingesti cibi habet, Respondeamus ad Hippocrate cōfugiendū esse, qui in tertio libro De uicūs ratione, uel de alimētis, multa plenitudinis signa describit, ubi uideris muccū, et sputū, hæc sunt de cretoria, et plenitudinis signa, & corpus, uel pars dolet, dolore tāquā lassitudo; aliquibus caput dolet, grauuatur, post cœnā supercilia decidunt, somnus perturbatur. Calor inesse uidetur, quandoq; ueter listitur: cū autē coiuuit, statim leuatur, sed postea magis grauuatur, & multa alia plenitudinis signa hinc inde in illo libro ab Hippocrate describuntur, quæ tu ipse in unū colligere potes: ut si noctu expergiscatur, maiore crebrioreq; spiritu cōcuti, cū quo calidum quid, & acidū exibat, ex quo morbi creatur, & plura alia de plenitudine eodem libro tractat. Imò & Galenus particularē librū de plenitudine fecit, in quo potissimū duas plenitudinis notiones ponit, unā ex uasis sumptā, aliam ex ipsa facultate & uiribus ipsis, quę librum (si lubet) pro hoc Aphorismo exquisite intelligendo totum perlegere potes, ubi pulcherrima de illa plenitudine habentur, quæ ex pluri ingesto cibo fieri consueuit. Imò & Hippocrates in libro De morbis qui extra, quem Galenus Polybi, & nō Hippocratis putat, quid agendū sit docet, quando plus cibi ingesti fuerit, & hoc una breui sententia, quæ unius aphorismi loco citari posset, est uerò hæc. Cum quis cibum, potusue consueto plus sumplit, statim uomito. deinde in sumendis cibis quem ordinē obseruare oporteat, docet, inquit, Poma uerò, cæteraq; talia post cibum propere magis si sumantur, sanum & languentē uexant, quoniam corpus ijs deuoratis humorem agit. ut aphorismus simpliciter intelligi possit: præter naturam cibum, id est, qui non sit, ut conuenit. & licet ab Hippocrate dicatur morbum facere, tamen semper facere non est opus, sed satis est facere posse, & non multo labore.

## GALENVS

Quod in altero aphorismo uniuersaliter dixit, hoc nūc in una specie docet. Vniuersalis enim est hic sermo. Non satietas, nō fames, neq; aliud aliquid bonū quod modum naturæ excesserit, uerū propositus aphorismus de una re, scilicet satietate, pronunciat. Plus enim cibi quāmodo naturæ cōueniat, repletio nominatur. Semper igitur id quod plus, ad aliquid dicitur. Verū in nostris corporibus duplex est, unū quantū ad uerū amplā capacitātē, alterum quantū ad illam quæ nos gubernat naturā, de quo nunc Hippocrates docēs dixit, Cibū excedentē esse præter naturā: ne eos qui ita cibo sunt repleti, ut ueter extendatur, omnino ex hoc arbitremur sensuros læsionē, neq; eos quibus aliquid deest ad cōceptaculi mēsurā, pauca assumplisse, et omnino illa bene cōcocturos. Nā priores cōtingit quæ pleno uētriculo continētur cōcoquere, si natura fortis extiterit. Secūdos uerò non posse concoquere propter imbecillitatē, tunc præsertim cū priores assumpserint cibos cōcoctu faciles, secūdos uerò cōcoctu difficiles. Sic & in distributione alimēti, potētia sanguifica illi proportionalis quæ in uentre cibū cōcoquit, nō nunq; ex imbecillitate non alterabit humorē ad uenas distributū, etiā si modicus esse uideatur. Aliquando uerò istius multiplicē prompte in sanguinē trāsmutabit, & ex sui robore, & ex cibi natura ad cōctionē idonea. Eodē modo & tertium alimētum, quod maxime propriū alimētum nominamus, quod scilicet partibus animalis adijcitur pro natura potētia, uel excedere, uel non excedere dicitur, & uel bene cōcoquetur, & iuxta

& iuxta hoc, uel ab ipsa obtinebitur, uel non obtentū corrūpetur, & morbū generabit. Vna igitur expositio hæc est, illud quod plus est, quantū ad potentiā à qua animalia reguntur nobis intelligentibus. Altera quantū ad qualitatem præter naturā, uera & ipsa. Nutritur siquidē pars una quæq; ex proprio alimēto, quod recte diceremus esse illi secundum naturam. Cum igitur aliquando ad ipsam peruenerit aliquis humor qui alteri quidē sit secundum naturā, ipsi uerō alienus & præter naturā, malum quidē hoc existit, non tamen ex necessitate sequitur morbus, ubi exigua portio fuerit. Nam cum neq; illa medicamēta quæ naturā habent exitiālē, sicuti mādragora, papauer, atq; cicuta, possunt sine quātitate nocere, multo minus huiuscemodi humor qui præter id q̄ non est exitiālis, etiā alias partes enutrire potest, alioquin neq; alimentū uocaretur nisi tali esset natura præditus. Sicuti igitur, si parū aliquid aeris per gulā ad uētriculum deferretur, aut potē humiditatis paucillū ad pulmonē per asperā arteriā dilaberetur, neq; uētriculus quo ad hoc ægrotaret, neq; pulmo: Eodē modo se res habet & in aliarū partiū alimento. Et quidē alia est tertia expositio dicta à quibusdā qui nos audire iubēt p̄ter naturā pro ualde, & exuperāter, ac si ita diceretur. Vbi cibus exuperāter intrauerit, hūc facere morbū. Nam cibū paululum mediocritatē excedētem nondū posse facere morbū, sed adhuc seruare corpus in tā latitudinē sanitatis. Vera quidē & hæc sentētia. Oportet siquidē cibū qui morbū facturus sit, nō paruo aliquo excedere exquisitā mediocritatē, uerum nō est mos ob hoc sermone distinguere. Solēt enim ipsum tantūmodo genus enūtiare, uel humorū corruptionē, uel exultionē, uel frigefactionē, uel cruditatē, & quæcūq; alia huiuscemodi morbū facere dicētes, quasi nos in singulis horū effatu dignā quantitatē subintelligamus. Eodē igitur modo, & cibū excedentē dicunt facere morbū, non adijcientes multo, cū nos non lateat, q̄ si quintadecima unius drachmæ parte mediocritatē excesserit, nondū potest morbū efficere, uerū si hic excessus multiplicetur, faciet & ipse aliquando morbū: ex genere enim causarū est maxime quæ morbos cōmittendi uim habēt. Secundū hæc igitur tertia expositio, etsi q̄ maxime uera sit, mihi tamen uidetur esse curiosior, quā deceat ueterū consuetudinē, præter id quod uolētius exponit uocis illius, præter naturā, significatū. Verba autem quæ in fine aphorismi scribuntur, ubi ait. Ostendit autē sanatio, melius scriberetur cū cōiunctione, & hoc modo. Ostendit autē sanatio. Neq; enim sola sanatio ostendit cibū ubi plus modico ingeritur facere morbū, sed ut rei natura indicat, attestāte simul etiam sanatione: in omnibus siquidē artibus his quæ sunt recte excogitata, accedit etiam ex euentu testimoniu. Quodnā igitur illud est in presenti sermone: ea quæ sequitur ad noxiorū humorum euacuationes sanatio, quā etiam Herophilus in tritēporea significatione uocata cōprehendit. Si quis enim plus consueto asumpserit cibi, æquali autē prioribus, aut etiā minori utatur exercitio, mox aggregato corpore cū rubore, atq; tumore uenarū incipiat febricitare, non absq; ratione quispiā illū ex multitudine febricitare existimauerit. Si igitur euacuatus inde iuuatur, statim estimatio de multitudine confirmabitur, & crescet audacia in eisdē simili modo euacuandi, non expectantibus empiricorū obseruationē, quam ipsi aiunt eorū esse quæ sæpius in eisdē modo contigerunt. Forte igitur & in aphorismo adiecta erat cōiunctio, & deinde aliquis tanquā superflua abstulit. Forte autē & ipse Hippocrates ab initio simpliciter scripsit absq; cōiunctione: Ostendit autē sanatio. ac si ita dixisset: His enim quæ prius dicta sunt, ita se habentibus, ut dictū est, hoc est plurimo cibo præter naturam cōprehēso in corpore, ubi adhibita euacuatione ægrotus leuabitur, argumēto erit morbum aduenisse ex multitudine cibi. Quod autē euacuationē simpliciter Hippocrates dicere consueuerit, quādo humores omnes æqualiter euacuātur, purgationem autē quando praua affecti qualitate: meminisse oportet, & q̄ præsens sanatio, nō à purgatione facta, sed euacuatione, attestatur illi quæ fuit de multitudine existimationi. Euacuatio autem omnium humorū æqualiter, quæ quidē exquisitissima est, fit per uenæ sectionē. Proxima autē huic est quæ per tibiāru scarificationē, ut nos facere consueuimus, et quæ per exercitia, & frictions, & balnea, & præterea ex accidenti per inediā. Dixi autē ex accidenti, quoniā non per seipsam inediā euacuat, ut singula antea dicta, uerū euacuatio fit modo naturali transpirationis, nullo uero accedente alimēto in locū eius quod fuit euacuatū, tunc sensu manifeste deprehēditur quæ tamē antea latuerat. Hæc igitur sufficiāt

ad aphorismi expositionē. Qui uero uult sermonē de multitudine diligētius perlegere, unū habet uolumen integrū a nobis conscriptū, cui titulus est De multitudine. Nūc uero hoc tantum sufficere adiungere, his quę prius a nobis sunt enarrata: quę incipere quidē potest ea quę ad uires refertur multitudo absque corruptione; uerum non potest optima permanere, nā omnino necesse est, ut secundū qualitatem trāsmutetur, & processu temporis corrūpatur: uerum et si istud fiat, interim multitudinē ipsam nominabimus donec ex superflui euacuatione residuum optimū fieri possit. Quod enim in uinis accidit acies, tibus, tale quoddā & in sanguinis alteratione contingit. Quod autē in uinis accidit tale est. Vbi ex toto acida facta sunt, non redeunt rursum ad uini naturā; paruo autē in ipsis facto momento, ita quę acidum quidē habent saporem, nondum tamen acetum sunt, multa sapius ex his pristinam naturam recuperarunt. Hoc idem in sanguine euenit; nam & ipse ubi magna in eo sit facta corruptio, non redit amplius ad habitum naturalem. Si uero paulatim fiat, ubi id quod superfluum fuerit euacuatum, quod residuum existit ad suam naturam restituitur. Et quidem consuetum est huiuscemodi dispositionem nō corruptionem, sed multitudinem nominare, illa ut dixi sola uocata corruptione quę tam effectū dignam habet eam quę ad naturę contrarium euerisionem, ut non possit iterum ex naturę coctione ad primam humoris redire bonitatem.

## BRASA VOLVS

PRIMO Galenus notat illū Aphorismū, Non satietas, non fames, isto uniuersaliorē esse, qui de satietate, id est, plenitudine solum intelligit, nec quicquā refert, quod in illo dicat non satietas, nō fames, postea concludat bonū. nēpe idem est eodē loco dicere nō bonū, ac si dixerimus morbū facere, quoniam propter hoc nō est bonū, quia morbū facit.

SECUNDO notat *πλησμονή*, quā Leonicensus repletionem interpretatur, nos potius dicere debemus satietatē, tunc esse, quoties plus cibi assumitur, quā & naturā, & ualē conueniat, unde & id uerbū Plus, ad aliquid dicitur: omnino *πλησμονή* aliquid plus significat, quā satietatē. Nam Græci etiā ingurgitationē *πλησμονή* uocāt. Hic tu nota Leonicensū semper interpretatū esse superius uocabulum *πλησμονή*, id est, satietas: hic uero interpretatur repletio. ubi enim Galenus dicit *ή γάρ πλείων τροφή της τω σώματι φύσεως, όνομάζεται πλησμονή*, Leonicensus uertit, plus enim cibi, quā modo naturā conueniat, repletio nominatur. Nos potius interpretādū ducimus satietas nominatur, nam quatuor apud Galenū uocabula inueniuntur, quę raro in alio significato usurpat, quā in eo, quod nunc referemus, *πλεονεξία*, *πληθ* uel *πληθώρα*, *καρχυμία*, *πλησμονή*, ut ad primū incipiamus, uocabulū *πλεονεξία* redūdantia, uel plenitudo interpretatur, & plerumque ad plethorā, ad cacochymia, & ad satietatē tanque genus est: quandoque idē est quod *πληθος* & *πληθώρα*, id est, plenitudo, uel multitudo. Et hæc intelligantur de plenitudine, quę est omnium humorum ex æquo, uel crescant omnes humores, et si unus plurimum excedat, modo omnes crescant. *καρχυμία* uero est unius humoris abundantia. *πλησμονή* est ciborum plenitudo. hic proprius est apud Galenum horum uocabulorum usus, quamuis aliter apud alios inueniantur usurpata.

TERTIO suā expositionē describit, quā nos superius in interpretatiōe secuti sumus.

QUARTO tu in hac parte nota, in nostro corpore apud Galenū tres coctiones fieri. prima fit in uentriculo: secunda in iecore, quę potentia sanguifica dicitur, quę simul & semel sanguinē ad omnia membra distribuit, sed eum sanguinem si imbecillis sit, non concoquit: si fortis, concoquit. Est tertia coctio, cum mēbro assimilatur, & hoc propriū & maximū alimentū uocat Galenus, nō quia alia alimēta nō sint, immo hoc est alimentū propter alia, quia ex alijs factum est. nam ex cibis fit sanguis, ex sanguine, hoc fit. At maxime alimentum dicitur, quia absque mediō in nutriti substantiam trāsmutatur.

Quod legitur, unum quantum ad uasorum amplam capacitatem, Græce est *ή μέλιός προς τών αγγείων διευχολείαν*, ad uasorum amplitudinem.

Quod etiam legitur, Si natura fortis extiterit, legi debet, si natura eorum fortis extiterit. nam Græce habetur *εί ερώμεν ή φύσις αυτών έχει*.

Quod etiā legitur, sic & in distributione alimēti potētia sanguifica illi pportionalis quæ in uentre cibū concoquit, Græce est *ότω δε και πη της αναδυσθεις τροφής, ή αίμα τόσα διώαμεις, αν αλόγως*, alij cōtextus habēt *ανάλογον ηη πηθόση ηη τών γαστέρα. i.* Sic & in distribu-

to alimēto potētia sanguifica proportionaliter aget, ut illa quæ in uētre cibū cōcoquit.  
 Quod etiam legitur, uel excedere, uel non excedere dicitur, Græce est, ἢ τοι πλείων, ἢ  
 ἢ πλείων εἶναι λεχθόσεται, idest, uel plus uel non plus esse dicitur.

Q V A R T O aliam expositionem ponit, quam nos superius adduximus.

Quod legitur, Ex proprio alimento, Græce est ἐξ οἰκείας ἐπιτοῆς.

Vbi legitur, Qui alteri quidem sit secundum naturam, addenda est hæc dictio particule. nam Græce habetur, ἐπὶ ὧ μὴ μοεῖα ἢ φύσιν ὧν, idest, qui alteri quidem particule sit secundum naturam.

Vbi etiam legitur, Alioqui neq; alimentum uocaretur, addi debet hæc particula, ab initio minimum. nam Græce est πῶ ἀρχῆν γὰρ ἐκ αὐτοῦ ἀνομάσει προφῶν αὐτὸν, idest, Alioqui neq; alimentum ab initio minimum uocaretur.

Hoc in loco recentiores disputationem faciunt, An medicamentum uenensum, uel uenenū ipsum (ut de mandragora, papauere, atq; cicuta in hac parte Galenus dicere uidentur, quamuis id non dicat) nutrire possit. Nos hanc dubitationē Galenum imitati hoc modo dissoluemus. Galenus libro tertio De simplicium medicamentorum facultatibus capite septimodecimo de anu quadam Atheniense historiā refert, quæ paulatim cicutæ adeo in cibis assueuerit, ut ea nutrireretur. est autem notior hæc historiā, quā ut à nobis referri nunc digna sit. Ad rem igitur redeunt, Apud Galenum, & omnes antiquiores medicos, uenena, φάρμακα, idest, medicamenta uocabantur, unde & apud Græcos hoc nomen φάρμακον, & apud latinos hoc nomen medicamentum, tam uenenis, quā alijs medicamentis quæ non interficiunt, cōmune est. unde apud Galenum præcitato loco à capite septimodecimo usq; in finem libri duo pharmacorū uel medicamentorū genera inueniuntur. unū quod medicamenta διληγθηῖα, idest, deleteria. Aliud κεδάρθηα, idest, purgantia uocāt. Deleteria medicamenta, quæ uenena sunt, in duas partes diuidit, in frigida quæ sua frigiditate, interimunt, calorem extinguentia, & in calida, quæ uel erodendo interimunt, uel putrefaciendo. Idem Galenus decimo octauo eiusdem tertij libri capite docet, nullum medicamentum frigidum quod sua frigiditate interficit, secundum suū genus esse letale uel deleteriū, sed tantū ratione suæ quantitatis. ad hoc enim ut frigidum uenenū in nos aget, duo solū exiguntur. unū quod à nostro natiuo calore cōminuatur. aliud, quod ab eodem calore motū accipiat; propterea ab antiquis medicamēta potestate frigida nuncupantur, ut nonodecimo eiusdē libri capite habetur. Tamē in quacūq; quantitate nō interficiūt. si enim paucissima sit aut cicute, aut meconij quantitas, nō modo à nostro naturali calore dissoluuntur, & motū acquirūt, sed etiā uiuuntur, ut in nutrimentū transeant, unde si quis cicutā uino miscuerit, ut in necandis fontibus Athenienses faciebant, citius interficit, nam uini calore actuatur. At si cicuta modica esset, & uinum copiose haurireretur, nihil obesset, præsertim si uinum sit generosum, idest, tenuē, perlucidamq; substantiā habuerit, colore flauo, odore grato, quodq; multā aquæ mixturā exposcat. hæc uero frigida si interficere debeāt, cor petere opus est, unde frigidiores homines ab his tardius necantur, quia eorū calor paulatim hæc medicamenta actuatur, & ideo interrim cōcoquantur. Et hinc est, quod in Phedone, cū Socrates cicutā hibisset, iubet carnifex ut deambulet, quousq; persentiat crura defecta. Id autē fit, ut is motus calorē exaugeat, qui mox ueneni frigiditate actuet. propterea Galenus capite septimodecimo eiusdem libri dicit lactucæ succum, si cor cito peteret, interficere, nō secus atq; cicuta, sed quia cunctatur, propterea coquitur. si ita cunctaretur cicuta, concoqui necessariū esset. Cicuta uero homines necat tum ob meatuū amplitudinē, calorifq; multitudinē, tum ob attractionis arteriarum robur ualidum, etiāmnū ad cor pertingens. Sturnos uero nō interficit ob causas cōtrarías, quia retinetur, & cunctatur & tēporis tractu concoqui, & preparari à corde tanq; à foco incalcscēs sinat nō secus ac ligna extrinsecus. Ex his igitur quæ prædicta sunt duo colligi nihil impedit. Vnū est frigida uenena cum diutius in corpore manēt priusq; actuentur, minus nocere, & minus interficere. Aliud est, frigida uenena suo genere non esse uenena nec deleteria, sed sua quātitate esse uenena; unde hæc frigida secundum Galenū nutrire possunt, quod in pauca quantitate sumuntur. imò lactucæ succum uenenū esse putat & deleteriū sua quantitate, tamen nutrit corpus, quando à calore naturali superatur. Idem est in cicuta, & in alijs frigidis apud Galenum iudicium.



De calidis autem & deleterijs uenenis apud eundem Galenum secus dicendum est, Nam capite uigesimo eiusdem tertij libri De simplicium medicamentorū facultatibus, de his sermone inchoans, duo ipsorum genera facit; unum, quod erodendo interficit, aliud putrefaciendo. Quodcunq; genus sit, per moram in nostro corpore, uires acquirit, & efficacius interficit. Cuius oppositū uenena frigida faciebant Secūdo docet, quod suo genere interficiunt, & non solum multitudine, ut refrigerantia faciūt, quæ tantum multitudine necant. unde minima erodentium, & putrefacientium uenenorum quantitas interficit. In putrefacientibus enim cū putrefactio à calido & humido fiat, sanguis uero calidus & humidus sit, propterea nunquam possunt cessare putrefcere. nonnulla uero sunt, quæ longo tempore interimūt, quia crassa, terrenaq; essentia sunt, nam hæc nostris corporibus inhærentia, deinde temporis spatio putrescentia, erodunt, corrumpuntq; uicinas partes: hæc uero & ad festinam perfectionem calore indigent, tamen & sine eo agunt, ideo frigidis opponūtur: tum in eo quod in suo genere necant non ratione quantitatis, tū quia quanto diutius in corpore morantur, tanto sunt ad agendū aptiora. Ideo & tertij sequitur quod hæc nutrire non possunt, propterea quæ in historijs leguntur de his mulierib; quæ ueneno nutritæ erāt, aut de similibus, omnia in frigido aliquo ueneno intelligenda sunt, & nō in calido, ut in cicuta, mandragora, aconito, hyoscyamo, & similibus. At si dicas, nō uideri uerū, illa quæ erodunt & putrefaciunt à toto interficere quia si ita esset in quacūq; medica quāitate genere interficerēt: multi uero repti sunt qui his medicamentis in parua copia sumētes superuixere: Galenus præcitato lib. capite uigesimo secūdo respōdet, duplici de causa posse cōtingere ut putrefactia & erodētia uenena nō interficiāt. una causa est, si cū excrementis excernātur, prius q̄ iniuria corpus afficiāt, & hoc solū faciūt quæ tenuiora sunt. Altera causa est, si accipienti bona faueat fortuna, uidelicet, aut cibis, aut quæ alioquī conferūt utenti, aut medicū qui curādo præsit, nactio. Nā ubi grauis ab ijs nota illata est, malū neq; uictus ratione, neq; generosorū medicamentum medicūq; auxiliantis ope sissi potest: ut hinc uideas quomodo ille euadat. nempe si quis centesimam drachmæ particulam cantharidum sumat, apta esse nocere, tamen prius quā noceat, unā cū urina excernitur, nam & si dictū sit, in quacūq; quantitate à suo genere nocere, tamē opus est ut sit in aliquanta magnitudine: nam secundum suam magnitudinem agit etiam si minimū. Vnde in his quæ urinam promouere debent, cantharides apponuntur, sed in paucissima copia, ut alia quæ optima sunt ad uescicam ducant, & hæc mixta prohibent, ne cantharides uescicā erodant. Vincentius Gremma nuncupatus, chirurgus insignis medicamentū bibit, cuius pulueres in mortariolo pinli fuerant, in quo prius cantharides in puluerē redegerāt. hic uir ab ore usq; ad anum excoriatus est, & miram uescicæ excoriationem habuit, decem & octo mensiū spatio, sanitati restitutus est, tamen nō aderant actū cantharides, sed uis quedam circa mortariolum derelicta. Vt igitur hoc negociū de uenenis finiamus, cū Galeno in fine capitis uigesimi secūdi tertij libri de simplicium medicamentorum facultatibus dicere aggrediemur, quæcunq; frigiditate interimunt, si modice sumantur, corpus nutrire possunt, ut lactucæ succus. Illa uero, quæ putrefaciendo & erodendo necant, nunq; nutrire, ne si paruitate quidē innoxia corpus permeent: genere nanq; talia humanæ aduersantur nature. Ex his recentiorū dubitatio facile solui potest, nec arduū est omnia eorū argumenta perimere, quibus uenena nutrire probant. Itaq; huic ambiguitati finem faciamus, & ad Galeni cōmentationem exponendam reuertamur, in qua Galenus sibi affinis tria quæ frigida sunt, enumerauit, Mandragoram, papauer, & cicutam, quæ à toto genere non nocent, sed à quantitate solum.

QVINTO notat, flatum per gulam quandoq; ad uentriculum transire, qui si fuerit nota dignus, plurimū nocet. Vnde his nocet, qui per illas ampullas bibūt è quibus aqua murmurās descendit. Idem euenit si aqua, aut liquor alter ad pulmonē descendat, paucus nō nocet, multus nocet, & præsertim si res crassa sit, ut Anacreonti lyrico poetæ contigit, qui ridens à grano passularum per asperam arteriā descendente illico suffocatus est, & nos in dies experimur, quando aliqua humiditas per hanc spiritalem cānam descendit, tussim & miram angustiam prouocare: & ideo credendum est, contra aliquos male feriatos uiros, eclegmata per illam uiam posse transire.

Vetus quæstio, an Plato recte dixerit in Timeo, potu pulmonem humectari: quam sententiam

sententiam Erasistratus defendit, sed inepte, nam casu gutta quandoq; per hanc uiam descendit, & mire afficit.

SEXTO tertiā expositionem refert, & eam reprehēdit, ut à nobis superius dictū est.

Quod legitur, Pro ualde & exuperāter, Græce est *ἀντὶ τῆς μεγάλης ἢ ὑπερβαλλόντως*.

Quod etiam legitur, & cibum excedentem, Græce est *καὶ τὴν πλείονα προσφύω*.

Quod etiam legitur, Ex genere enim causarū est maximē, legi debet, ex genere enim causarum una est, tamen in nostro antiquo contextu prima lectio idem habet quod Leoniceus interpretatus est, nempe dicit, *ἐκ γὰρ τῶν γένους δὲ μάλιστ᾽*, sed in secunda lectione ita habetur *ἐκ γὰρ τῶν γένους δὲ μία*.

Quod etiam legitur, curiosior, Græce est *πυρρότερον, περιρρότερον* propriē dicitur qui in rebus inutilibus anxius & curiosus est, & uitium illud *πυρρότης*.

SEPTIMO docet legendum esse, ostendit & sanatio, interim documentum referēs, scilicet in omni arte ad perfectionem sui, & ad uehementiorem astructionem testimonia ex euentu multum facere.

Quod legitur, Sed ut rei natura indicat, Græce est, *ἀλλ' ἢ τὸ πράγματ' φύσις ὁδηκύνται*, idest, Sed rei natura indicat. Alter contextus dicit, *ἀλλὰ καὶ ἢ τὸ πράγματ' φύσις σὺνδ' ἄκύνται*, idest, Sed & rei natura coindicat.

Quod etiam legitur, Accedit autem ex euentu testimonium, Græce est *καὶ ἢ ἀπ' ἐκείνης ἑσθ' ἡσθεύει πρὸσφύεται*.

OCTAVO, sanationis exemplum ponit, in quo perpulchrum documentū habetur, exemplum uerò hoc est: si quis plus consueto comedat, & minori exercitio, quàm prius utatur, postea aggrauato corpore cū rubore, atq; uenarū tumore, & febricitare incipiat, cōueniens erit iudicare, eum ex multitudīne febricitare: si hīc postea euacuatus iuuetur, statim id iudicium de euacuatione confirmabitur, & crescet audacia in similibus euacuandi. Documentū igitur hoc est, unicā experiētiā cum ratione insequendā esse, nec expectādū ut empirici faciūt, qui obseruare uolūt, an in eisdē eodē modo sepius contigerit.

Quod legitur, empiricorum obseruationem, Græce est, *τὴν ἔμπειρικῶν τέχνησιν*.

NONO dicit, particulam, &, sorte ab Hippocrate positam esse, sed ablatam fuisse, uel etiam ab Hippocrate posita non fuit.

DECIMO Galenus differētiā ponit inter *κύνωσιν*, idest, euacuationē, & *κάθαρσιν*, idest, purgationem; & hoc in dogmate Hippocratis facit, nam Hippocrates ita loqui consueuit est, cū enim de humorib. sola quantitate peccantib. uerba facit, eos euacuari dicit, & *κύνωσιν*, idest euacuationē fieri, nō autē *κάθαρσιν*, idest, purgationē. nēpe *κύνωσις*, idest euacuatio, est quando humores omnes æqualiter euacuātur. *κάθαρσις* autē, idest purgatio, est quādo praua qualitate affecti humores euacuānt. hoc in aphorismo Galenus de euacuatione Hippocratē intelligit, nō autē de purgatione, quę per sanationē, plenitudinē ostēdat.

VNDECIMO, si petas quānā euacuatio sit hæc, qua humores omnes euacuatur, & ab Hippocrate euacuatio simpliciter nominatur, hic ab Hippocrate egregie respondetur, & quæ dicit, obseruanda sunt. Exquisitissima omnium humorū euacuatio fit per uenę sectionē, uenam autē nō specificat, Nos iecorariā, uel mediā sumendam iubemus, aut quālibet alterā, cum omnis uena à toto euacuet. Euacuatio uniuersalis etiā quæ non est ita exquisita, fit per tibiarū scarificationē, tamen & hæc à toto euacuat, quia uenę apertuntur, quæ à toto educūt. Tertio omnes alias uniuersales euacuationes refert, quæ humores omnes euacuant, sed nō sunt simpliciter euacuationes, ut exercitia, frictions, & balnea, hæc em̄ omnia, omnes humores exhauriūt, & nō unū solū. Deniq; euacuationē quādā ponit, quā per accidēs uocat, scilicet inedia, nā transpirāt per carnis meatus uapores, in quorū uices alij succedere debent, & deinde alij, hi uero corpus exhauriunt, nam attenuatis humoribus fiunt, & ita humores exhauriuntur, sed hoc est per accidēs, nam ex consequenti fit, & nō per se, hinc quando aliquē curas, qui plenus fit, pulcherrimū documentū habes, ut semper absq; alio medicamento, huic uenam secari iubeas, nempe est presentissimū remediū. Hic uero ambigere poteris, cur inter uniuersales euacuationes, illam, quæ per medicamentū fit, nō enumerauerit. Respōdemus, id factū esse, quia nullū medicamentum reperitur, quod omnes humores primo atq; æqualiter euacuet, nam aliquid quod unum euacuat, aliud alterum, ut scamonio bilis, pituita agarico euacuatur, & ita de alijs

de alijs. Si uero dicas, aliquod medicamentū omnes humores euacuare unū post alium, Respondemus, uniuersaliter atq; simul id non fieri, & nullum inueniri medicamentum, quod sanguinem euacuet, nisi uenenu sit, unde Galenus nō ab re uniuersales euacuatio- nes enumerans eas omisit, quę per secessum fiunt. nam ille uniuersales dici non possunt, & omnium humorum simpliciter ac primo. nam unumquodq; medicamentum unum humorem primo euacuat, & aliud consequenter, & nullum inuenitur medicamentum, quod sanguinem euacuat, nisi interimat, & uenenum sit.

Quod legitur, Quę per tibiaram scarificationem, Gręce est, *ἢ τ' ἀρχαζομένων τῶ σφυρῶν, σφυρῶν* Gręci uocant non tibiam, sed talum & maleolum, idest, partem infe- riorem, pedis proximam.

Vbi legitur, Quę tamen antea latuerat, particula tamen, abesse debet. nam Gręce scriptum est *ἢ προτόρον λαθάνουσα.*

D V O D E C I M O notat, quod *πρὸ τοῦ πλήθους*, idest, de plenitudine librum fecerit, in quo de hac re plurima habentur, & Hippocrates ipse in libro De alimentis multa de ple- nitudine differit, quę omnia in hunc locum adducenda sunt, si exquisitissimam huius a- phorismi sententiam habere uolueris.

D E C I M O T E R T I O, notat posse quidem reperiri multitudinem in aliquo corpore absq; corruptione, sed nō potest optima permanere. propterea bonos habitus soluendos esse iubebat Hippocrates. Opus enim est, ut per tēporis processum multitudo corrup- tatur. Si uero petas, quando humores in corruptione sunt, nondū tamen corrupti, quo- modo eos nuncupare oporteat, Respondet Galenus, quoad facta sit perfecta corruptio, semper quantitate & multitudine peccare dicendi sunt. hoc uero ita intelligo, donec hu- mores tales sint (licet pro parte corrupti) quod una parte euacuata, & reliqua ad benignū reduci possit, semper sola multitudine peccare dicentur, & cū reduci nō possunt, etiā u- na parte euacuati, & mala qualitate, & multitudine peccare dicentur. Galenusq; pulcher- rimum exemplum in uino, & sanguine assignat. In uino quidem. nam si penitus acidum factum sit, ad uini naturam regredi non potest; at si modice acidum sit, in pristinam natu- ram regredi potest. imō hoc indies uidemus, aliqua uina quę acida fieri cōperunt, si bi- bantur, in pristinum uini saporem restituantur. Idem in sanguine contingit, si ita putri- dus sit, ut etiam superfluo euacuato, in propriam naturam restitui non possit, quia ma- gnā corruptionem habeat, in hoc casu nō dicemus multitudinem, sed corruptionem. Si uero non sit tanta corruptio, sed facta euacuatione reduci possit, hic sanguis merito multus dicitur. Quod autem Galenus de sanguine dicit, in omnibus humoribus in- telligere oportet.

Quod legitur, optima, & optimum, Gręce est *χρυσόν.*

Quod etiam legitur, Nam & ipsum ubi magna in eo sit facta corruptio, legi debet, Nam & ipse scilicet sanguis.

Quod etiam legitur, paulatim, Gręce est *ἠδὲ βραχύν.*

## APHORISMVS XVIII

**E**orum, quę uniuersim, & uelociter nutriunt, ueloces quoque fiunt excre- tiones.

## BRASAVOLVS

Ex hoc aphorismo id boni enancisci possumus, scilicet prænoscere quę nutrimenta ad reficiendum aptiora sint, & quę citius nutriunt, cito etiam habere excrementa; quę uero tardius, tarde.

*τῶν τροφόντων.* idest, Eorum quę nutriunt. ] Per quę non solum illa intellige quę in uentriculo cōcoquuntur, Sed & illa quę in iecore, & quę in toto corpore. nēpe in tribus nostri corporis locis concoctio potissimū fit, in uentriculo, in iecore, & in toto corpore. *Ἀθρόως.* idest, uniuersim & cōprehensim. ] Galenus hęc aphorismū hoc modo intelligē- dum putat

dum putat. Quæ nutriunt ἀβρόως, idest, Quæ cōprehensim, & collectim, & in uniuersum totum alimentum ex se breui tempore corpori præstant, postquam alere cœperunt. Sed nos ipsum intelligimus, quod simul & semel, uelociter & uniuersim iungat. nam uniuersim nutrire nihil aliud est, quàm secundum se totum, uel secundum maiorem sui partem fieri corporis nutrimentum. καὶ ταχέως, idest, & uelociter. ea uero uelociter nutrire dicuntur, quæ paruo tēpore post assumptionē, statim nutriunt, & hoc ratione sui, nō ratione suscipientis, quoniā aliqui cibi ratione diuersorum hominū, & ratione diuersorum uentriculorum uelociter nutrire dicuntur, qui in alijs tarde nutrimentum præstabant, unde de hoc intelligebamus esse ratione cibi, qui facile à quocūq; uentriculo, & iecore, & corporis parte quacūq; cito in nutrimentum duci possit, & ideo hoc ratione sui, & non ratione humanæ naturæ contingit. Ex his quatuor simplicia alimentorum genera colligere possumus, quæ uniuersim nutriant, quæ uniuersim non nutriant, quæ uelociter nutriant, & quæ tarde nutriant. Quatuor præterea sunt nutrimentorum coniunctiones. sunt enim quæ uniuersim, & uelociter nutriant, ut uinum. Sunt quæ uniuersim, & tarde, ut alca. Sunt quæ nō uniuersim, & uelociter, ut pitisanæ succus. Sunt quarto quæ nō uniuersim & tarde nutriant, ut caro bubula, cochleæ, gammari, locustæ.

His ita dispositis, de his solum Hippocrates loquitur, quæ uniuersim & uelociter nutriunt, hæc inquit, ueloces habent excretiones. nam cum uelociter nutriant, nihil autem nutrit, à quo sua excrementa non decidantur, propterea & excretiones uelociter fiunt. Si uero petas quid per hoc didiceris. Respondemus, ex hoc facile cognosci posse, quæ cito nutriant, & uniuersim, & hæc est maxima rei medicæ pars, cibariorum naturam cognoscere; unde per ueloces excretiones, quando quis aliquē cibum sumpserit, statim intelliges illum cibum uniuersim, & uelociter nutrire, eoq; uti poteris quando opus erit. huius aut rei periculum facere poteris in bene se habentibus solum, & in illis cibis in quibus nihil adsit saluginei, & nitrosi, sicuti est brassica. nam in ea præsertim in prima coctura ueloces excretiones fiunt; tamen uniuersim non nutrit. sed hæc in Galeni commentatione ubertim explicabimus, in qua huius generis multa considerabimus. Cognosces præterea, uelociter & uniuersim quempiã nutriri, quando uires cito resumet, & pinguet.

Ταχέαι καὶ ἀβρόως γίνονται, idest, Veloces quoq; fiunt excretiones. ] Per quas excretiones non solum illas intelligere oportet, quæ per aluum subducuntur, sed uocabulum communius est ad omnes quæ excernuntur superfluitates, quæ quacūq; partem excernantur. Hæc erat expositio, quã huic Aphorismo superioribus annis aptabamus. At nunc uidimus Galenū aliud quiddã sentire, de quo in cōmentatione agemus, ne aphorismum bis interpretari cogamur. Philotheus aphorismū modo quodam introducit, qui satis cōueniens non uidetur, inquit enim, ἐπειδὴ αὐτὸ ἐλεγχθῆναι πληροῦσαι ποτὸν, ἢ σιτία, ὡς τίνος ἀφαιρῶντος, καὶ ποῖα εἰσὶν ῥάον πληρῶντα, καὶ ποῖα εἰσὶν ῥάον. νῦν ὑδιφέρει λέγων, ὅτι ταχέως πληρῶντα ταχέως καὶ διαχωρῶντα. τὰ δὲ βραδείως, βραδείως. οἷον δ' εἰς ζῆταιν εἰ μετὰ μίαν ὥραν ποτὸν δ' ὀδύλαι τὴν τροφήν, ἐκκρίνεται τὰ πλεονάζοντα, ἢ μετὰ πλείονας. καὶ εἰ μετὰ μίαν, δ' εἰ εἰς δύο, ὅτι δύναμιός τις εἶναι τὴν τροφήν, εἰ δὲ μετὰ πλείονας, δύναμιός τις εἶναι τὸν ἀβρόως μὲν τρέφει, καὶ ταχέως ὑγροῦσθαι τροφήν, οἷον ὁ οἶνος, καὶ εἰ τὴν ποῖον ἀβρόως τρέφει, ποτὸν εἶναι, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, καὶ ταχέως, ποτὸν εἶναι μετ' ὀλίγον χρόνον ἐπιποσφορῆς ἀλλοιομένης. ὅσα δὲ ἀβρόως καὶ ταχέως τρέφει, ταχέως καὶ διαχωρῶνται. ὅσα δὲ βραδείως, τὸναντίον. ἢ γὰρ γαστήρ ἀρλεῖται τῶν σιτίων πρώτως, τὸν οἰκίστον ποτὸν δὲ αὐτῶν ἔλκεται χυμῶν. εἴτα ἐπειδὴ αὐτὸν δευτερευόντως τλιμικαῦται πρὸς τὴν διαχώρησιν ὀσμῆς, idest, Quoniã superius dixerat, facilius esse impleri potu, quàm cibis, ac si quispiam dubitaret, & qualia sunt facilius implentia & qualia nō facilius, nunc affert, inquit, illa quæ uelociter implent, uelociter excernuntur: quæ uero tarde, tarde, unde querere oportet, si post unam horam, à qua datum est nutrimentum, superflua excernantur, an post plures. Et si quidem post unam, scire oportet, nutrimentum facile alterabile esse: si uero post plures, difficulter alterabile. Vniuersim uero nutrit, & uelociter humidius nutrimentum, ut uinum, & si quid tale: collectim nutrit, hoc est breui tempore: & celeriter, idest, statim cibo ingesto alterato & commutato. Quæcumq; igitur uniuersim & uelociter nutriūt, uelociter etiam excernuntur: Quæcumq; uero breui, contrariū. Venter enim primum cibis fruitur, ex ipsis familiarē succum attrahens, postea quando satur fuerit, tūc ad expellendū excrementa cōuertit. Oribalius aliū sensum huic aphorismo assignat

assignat, quàm faciat Galenus, & quàm ipse Hippocrates sentiat. Inquit enim, hic aphorismus sensum talem habet, si quis comedit tantum, quantum ualet cōcoquere, & excernere, & nutrimentum naturæ implere, bonū est. Si tamen & facilis sit uenter, optimum est, & argumentum est, salubre eum corpus habere.

G A L E N U S

**V**ELOCITER quidem nutrire audiendum est ab ipso dici, ea quæ paruo post assumptionem tempore statim nutriunt, suæ naturæ ratione, quam in his exploramus qui integra sanitate fruuntur. Vniuersim autem quæ postquam alere cœperunt exiguo tempore totum ex se præstant corpori alimentum. Talia igitur quantum ad hoc solum attinet, quòd uniuersim nutriunt, etiam ueloces habebunt excretiones. Si uero aliqua adsit acritas excitans ad excretionem, aut lentor ob quem magis retineatur, hæc quidem uelocius ad excretionem prorumpent, hæc uero tardius. Celerrime igitur, & uniuersim maximè uinum alit, tardius autem & paulatim caro bubula, & cochleæ & uerticelli marini, squilla, cammari, atq; locustæ. Et (ut summam comprehendam) quæcunq; dura carne constant, eandem cum his naturam habent, & casei duri, carnes salitæ, lentes ac bulbi, nec non oua usq; quo indurefcent elixata. Hæc enim omnia multo post assumptionem tempore, atq; paulatim nutriunt. Indicium autem tibi sit uelocis nutritionis ex assumpto cibo, in pulsibus quidem fortitudo, ac magnitudo, in motibus autem uoluntarijs robur nutritis adiectum. Ipsum uero præcipue oportet explorare in illis qui ex euacuatione aliqua sensibili sunt dissoluti, uel propter euacuationē aliquam sensu perceptibilem, uel propter laborem superfluum, uel propter inediā. In hisce igitur quæ antea diximus omnibus tarde fiunt excretiones, hoc est longo post assumptionem tempore, in cōtrarijs uero ueloces. Maximè autem omnium, contrariū est uinum, celerrime, ut diximus nutriens, post ipsum uero per ordinem alia, de quibus sermonē faciam. Et primum de uinis ipsis percurrans. Et enim aquosa ex eis exiguum præbent corpori alimentum. Sunt hæc colore quidem alba, tenuia uero substantia. Crassa autem & fusca multo magis corpus alunt. Tantū uero uiuuntur à nigrioribus in nutriendo plurimum, quantum superant in præstando uniuersum & uelox alimentum. Quæcunq; uero uina alba sunt, sed & crassa, minus quidem his alunt, plus autem tenuibus, & albis, sed neq; uelociter, neq; uniuersim alunt. Quantum uero in hisce differunt, tantum & in excretionem. Aquosa enim celeriter per urinam excernuntur, quia celerrime tota fere anticipant refumi. Ex alijs uero omnibus quantum aliquid uentrem subierit, manifestæ proportionalem nutritionis tempori habet excretionē. Hoc idem in alijs omnibus accidit. Nam succus pitæsanæ non multo post assumptionem tempore uidetur nutrire, non tamen multum præbere corpori alimentum, id uero breuī tempore præbere uniuersum. Alica uero neq; paucum, neq; uniuersum affert alimentum, sed multo tempore multum affert alimentum. Oportet autem & ea quæ inticem comparantur esse secundum substantiam similia, & non esse hoc quidem exquisitè humidum, hoc uero extreme siccum. In pitæsanâ igitur, & alica, & huiuscemodi omnibus quæcunq; parantur ex milijs, uel fabis, uel alijs fructibus, eodem modo se habeant quæ comparantur secundum substantiæ qualitatem. In carnibus autē propria est uniuersumq; consistentiā. Comparare igitur ipsa oportet secundum modum quo parantur, uel utrisq; assis, uel eodem modo elixatis. Aufferre autem oportet, & dum paratur mordaces humores, quæ admodum in brasica, ac leguminibus, si certam uelis habere experientiam eius quæ in ipsis alit substantiæ. Aufferuntur autem humores dicti, si dum elixantur ab una aqua ad aliam transferantur. Si igitur adhibita distinctione diligentè omniū feceris inquisitionē, inuenies omnia quæ in pauco tempore nutriunt, hoc autem est uniuersum, & paruo post assumptionem tempore, hoc enim est uelociter, etiā uelocē habere excretionē, quando hominibus eodem modo affectis exhibentur. Nam hoc in talibus omnibus oportet præfinire. At quæ contrariam naturam habent tarde excerni. Causam horum inuenies ex his quæ ostensa sunt in commentarijs depotentijs naturalibus. In his uero ostendebatur uentriculus prior, proprium sibi ipsi, ex cibus alimentum attrahere, & suis apponere tunicis. Mox ubi hic fuerit saturatus tunc ipsos emittere ad excretionem. In hoc autē tempore, & hepar ostendebatur ex cibus attrahere, ubi indigeret alimento. Nam si non egeat, illo quod prius aderat perfrui

perfrui. Eodem autem tempore trahere rursus ex hepate totum corpus, quo tempore scilicet & hoc indiget alimento. Vnde in quibus totum corpus est uacuum, quispiam maxime possit experiri qui cibi sint uniuersim, & uelociter nutrientes, quibus & illud inest celeriter tendere ad excretionem, quantum ad id attinet. Verum nonnulli dixerunt eam quæ fit ex toto corpore euacuationem, ab ipso excretionem nominari, ut idem sit quod nunc docetur, ei quod dixit in libro de alimento, ubi inquit. Cibus qui difficulter alteratur, difficulter absuitur, qui facile apponitur, facile absuitur. Quod dictum uerissimum quidem est, non tamen proprie uidetur audiri sub appellatione excretionis. Nam magis proprie dicitur solum de ea quæ fit per uentrē: possumus quidem & ipsam audire de ea quæ fit ex toto corpore. Differt enim excretionem, uel subtractionem dicere. Subductio igitur solum de his dicitur quæ per alium deiciuntur. Contingit autem excretionis uocabulum esse commune. Carnes itaque suillæ, & quæcumque lentos ac crassos humores habent in tempore faciunt ex toto corpore transpirationem. Olera uero, & pisces saxatiles, & simpliciter quæcumque tenuem habent humorem distribuendum, celeritate quidem distributionis, atque appositionis exuperant, stabilem uero naturam non habent, sed facile dissoluantur.

## BRASAVOLVS

PRIMO docet quid sit  $\pi\chi\epsilon\omega\varsigma$ , id est, uelociter nutrire, de qua re superius in aphorismo locuti sumus.

SECUNDO docet, quid sit  $\alpha\lambda\gamma\epsilon\omega\varsigma$ , id est, uniuersim nutrire de quo etiam superius. In hac tamen parte addit, hæc quantum ad hoc solum quod nutriunt, ueloces excretionem habebunt, ut causam reddere uideatur, cur excretionem ueloces sint, quia uniuersim nutriunt, sed hæc non uidebitur conueniens causa, nam aliqua uniuersim nutriunt, tamen non uidentur cito excerni, ut illa, quorum pars maior in nutrimento conuertitur, sed id fit tardius.

Nos autem Galenum hic considerantes, alium sensum in ipso inuenimus, quam is sit à nobis in aphorismi expositione positus. Velle enim uidetur, id uelociter nutrire, quod paruo tempore post assumptionem nutrit. uniuersim uero nutrire in duobus consistet, primo quod serè secundum se totum alimentum præstet, ut pars maior in alimentum conuertatur. secundo quod posteaquam alere cœpit, totum alimentum exiguo tempore condonet. Tu uero ambigere poteris, ex hoc sequi, in uniuersim nutrire uelociter nutrire contineri, Respondemus, hoc uerum non esse: nam ad hoc ut aliquod uelociter nutriat, exigitur, quod statim, uel paulo post assumptionem nutriat. At ad uniuersim nutrire, id solum exigitur, quod totum alimentum ex se tribuat, & hoc totum alimentum, quando dare incipit, exiguo tempore det, uel tarde, uel cito dare incipiat, dummodo quando alimentum dare incipit, exiguo tempore det, hoc est uniuersim nutrire. ex his uides uniuersim nutrire à uelociter nutrire differre, propterea addit Talia quo ad hoc, quod uniuersim nutriunt, ueloces etiam excretionem habebunt. Nam si uniuersim, id est, posteaquam inceperint, cito faciant, cito etiam excrementa separabunt. Non est autem putandum, quod ueloces excretionem habere sit extra excernere, sed intelligi debet, habere excrementa à nutrimento secreta. Vnde non ab re addit, si aliqua adsit acritudo, quæ uias mordicat, in quibus hæc materia continetur, excitat ad excretionem, & talia cito excernuntur: si uero non adsit acritudo, sed potius lentor quidam, magis retinentur hæc materie, & tardius excernuntur. Hanc uero esse Galeni sententiam, quod per uniuersim intelligat quando nutrire incipit, quod hoc cito faciat, & ex toto alimentum præstet, ex his quæ sequuntur colligi potest, nam dicit, Celerrime igitur & uniuersim maxime uinum alit. hæc particula Celerrime posita est, ut uniuersim determinet, quoniam & si uniuersim cito nutrire significet, id tamen intelligitur quando nutrire inceperit: sed dicens uel uelociter uel celerrime & uniuersim, idem est ac si dicat, quæ statim posteaquam sumpta sunt, nutriunt, non expectantes quod id faciant, quando nutrire inceperunt, sed posteaquam sumpta sunt, id statim faciunt, propterea dicere uoluit, uelociter & uniuersim. Tamen hoc non est quod probet illam fuisse Galeni sententiam superius à nobis positam, sed id quod sequitur. nam Galenus addit, tardius autem, &  $\eta\beta\epsilon\alpha\chi\upsilon$ , id est, paulatim, hic uero duo ponuntur, quæ duobus de uino dictis per oppositum correspondent, nam de uino

r dixerat

dixerat, quod ἀθρόω τε πρ, idest, (ut Leoniceus interpretatur) celerrime, & uniuersim nutri-  
 tribat, de carne bubula oppositum dicit, & alij, quod tarde, & paulatim nutriunt. Tar-  
 de opponitur illi uini conditioni, qua celerrime dicebatur: Paulatim, uero illi qua uniuersim  
 dicebatur. unde hæc particula κατὰ βραχὺ, idest, paulatim, illi opponitur, quæ dicit  
 ἀθρόω, idest uniuersim. Non est autem dicendum, quod bubula caro multum non nu-  
 triat, nempe multum nutrit, Similiter cochleæ, cammari, locustæ, & quæ duram carnem  
 habent, & oia prædura, & casei duri, tamen paulatim nutrire dicuntur, quia etiam post-  
 quam nutrire cœperunt, cito non nutriunt, sed paulatim. unde habemus, uniuersim nu-  
 trire in hoc consistere, quod cito nutriat posteaquam nutrire inceperit. Idem præterea  
 ex media cōmentationis parte sumi potest, ubi de alica agens dicit, alica uero neq; pau-  
 cum, neq; uniuersum affert alimentū, sed multo tēpore multū affert alimentū. Quo in lo-  
 co dicit, neq; paucū, quia multū affert: dicit uero, neq; uniuersum, quia multo indiget tē-  
 pore. hæc igitur particula, uniuersum, hoc in paucō tēpore perfici significabit. Hæc igitur  
 ultima sit huius rei nostra resolutio. Galenus per hanc particulā, uniuersim nutrire,  
 intelligit id nutrimentū quod habet cito exhibere, quādo nutrire inceperit. & si dicas tunc  
 nos eodem modo nō intelligere, ut superius faciebamus, quod uniuersim nutrire, sit mā-  
 gnā portionē alimenti ex se dare, & hoc cito facere quando inceperit. Respondemus hanc  
 conditionē non esse eodem modo intelligendā ut superius faciebamus, quod uniuersim  
 nutrire, sit magnā sui partem habere, quæ in nutrimentum transeat, sed solum hoc modo  
 intelligere oportet, id uniuersim nutrire, quod cū nutrit in paucō tempore hoc facit per  
 uniuersum corpus discurrens, & ipsum nutriens. unde ita exponatur, uniuersim autem  
 quæ postquā alere cœperūt, exiguo tempore totū ex se præstant corpori alimentū, idest,  
 totum alimentum quod habent, uel paucum uel multum sit, corpori præstant. Quod autē  
 hæc sit Galeni sentētia, ex media cōmentationis parte facile sumi potest, ubi de ptisanæ  
 succo agens inquit, hunc non multo post assumptionem tempore uideri nutrire, non ta-  
 men multum præbere corpori alimentum, id uero breui tempore præbet uniuersum: ut  
 hinc habeatur, succum ptisanæ habere paucum alimentum, sed id totum quod habet uni-  
 uersum præbet, idest, quando incipit nutrire, cito nutrit, & per totum spargitur, hocq;  
 paulatim non facit, ut hinc uera occasio haberi possit intelligendi Galenum, qui alteram  
 intentionem habet, quā illa sit quæ in aphorismi expositione citata est, cum diceba-  
 mus, uniuersim nutrire, esse habere magnam sui partem, quæ in nutrimentum transeat,  
 & hoc breui tempore faciat, quando transit. Vnde breuib; secundum Galenum ueloci-  
 ter nutrire, est parum post assumptionem nutrire: Vniuersim uero nutrire, est quando  
 iam cœpit nutrire, uel sit cibus pauci, uel multi nutrimentū, cito nutrire, & non paulatim.  
 hoc autem est, quia cito per corpus totum dispargitur. & hæc est uera Galeni intellectio  
 & Hippocratis, ut uelociter nutrire citam (post assumptionem) nutritionē significet.  
 uniuersim uero citam post inceptionem nutritionis. propterea Galenus recte addidit:  
 talia igitur quantum ad hoc solum attinet, quod uniuersim nutriunt, etiam ueloces ha-  
 bebunt excretionē: quia ponit uniuersim nutrire in hoc consistere, quod exiguo tempo-  
 re alar, posteaquam alere cœperit. Quod etiam hoc uelit, ex eadem media cōmentatio-  
 nis parte sumi potest, ubi docet, quomodo à brassica, & à leguminibus mordaces humo-  
 res auferre poteris. postea sequitur, si igitur adhibita distinctione diligenter omnium fe-  
 ceris inquisitionem, inuenies omnia quæ in paucō tempore nutriunt, hoc est uniuersim,  
 & paucō post assumptionem tempore, hoc enim est uelociter, etiam uelocem habere  
 excretionem. In quibus uerbis id quod dictum est, manifeste colligitur. Vides igitur  
 ex Galeno distinctionem illam superius à nobis in aphorismi expositione positam non  
 educi, tamen ipsa secundum se uera est, hæc uero educi potest. Aliqua uelociter, & uni-  
 uersim nutriunt, ut uinum: aliqua tarde, & paulatim, ut caro bubula. Post hæc nos alias  
 duas addamus, Aliqua uelociter, & paulatim nutrire, si inueniātur. Aliqua tarde & uni-  
 uersim, hæc inueniri possunt, sed duo prima membra illa sunt quæ à Galeno ponuntur.

Quod legitur, Aut lentor ob quem magis retineatur, Græce est ἢ γλιχρότης ὑπερχα,  
 διὸ ἰσὺ ἂν πλεον κατέχεται. idest, aut lentor adest, ob quem plus retineatur.

At pro perfectiori eorum quæ dicta sunt intellectu, necesse est per plura simplicia  
 partim medicamenta, partim cibaria considerare quid sint. primum est Cochleæ, quas  
 sua lin

sua lingua *αχλίας* Galenus uocat, hæc quidem in multiplici differentia inueniuntur, & præsertim apud autores, ut Dioscorides, atq; Plinius, in quatuor genera partiuntur, unum genus terrestre est, aliud marinum, & terrestre in duas partes diuiditur, in domum portans, & in domo carens, itaq; marinum distingui possit. Tertium genus est fluuiatile. Quartum genus syluestre dicitur. Consueuimus nos ea genera solum comedere, quæ testa teguntur; quæ uero extra testam sunt abijciuntur, & ferè apud nos in latrinis degunt, & humentibus locis, ac cloacis, quamuis in Aphrica unum genus sit, quod nudum est, & quo uestuntur, ut autores dicunt, & nostri Ferrarienses retulere, qui 1535. cum imperatore Carolo quinto in Aphricam commigrarunt, ut Tuneti regem in suam ditionem restituerent, sed ad rem nostram redeunt, terrenarum cochlearum cibis (ut Dioscorides inquit) stomachum reficit, ægreq; corrumpitur, dicit uero reficere stomachum, quia ipsum roborat, præterea dant firmum nutrimentum, licet tarde nutriat. sunt autem illæ quæ in terra inueniuntur, & quæ terram exeunt quando in uere pluit, & quæ cunctæ huius generis in altioribus, & montuosis locis inueniuntur, sapidiore sunt, nos his solis Ferrariæ uestimur, quia marinas non habemus, nisi adportentur, quod quandoq; fit ab his qui fossam Clodium incolunt piscatoribus. Nostre mulieres secreti quoddam genus cocturæ sciunt, quo adeo tenellæ efficiuntur, ut in ore liquecant, & nihil callositatis habere uideantur. Nobis etiam non defunt fluuiatiles cochleæ, illæ sunt, quæ in fluminibus nascuntur, & in fossis, quo genere nõ uestimur. ueteres ita cochleis oblectabantur, ut etiam cochlearum haberent uiuaria; in quibus farina eas pascerent, teste Varone de re rustica. Habemus & syluestres cochleas, uel arboreas, illæ sunt quæ fructibus adherent, & sentibus, aliquæ inter ipsas albæ sunt, aliæ præter albedinem, nigris, rubris; uel luteis impressæ sunt, & ferè opere uermiculato à natura elaboratæ, his autem nõ uestimur, hoc genus à græcis *sesilon* uocatur, quod Dioscorides dicit stomachũ & aluum circumagere, & uomitiones mouere. forte hoc in causa est cur illis non uestimur, sed nos plerunq; hoc genus comedimus, nam & si paruæ sint tales cochleæ, multis tamen sapidiore sunt, nec unquam uel circumagi aluum, uel uomitum prouocari per se si. forte ab alijs edulij oppressæ, suũ hoc opus à Dioscoride scriptum perficere non potuerunt. Idem Dioscorides marinas stomacho utiles esse dicit, & facile deijci. si uero ita dubites, facile deijciuntur, igitur uniuersim nutriunt. Respondere possemus, id propterea esse, quoniam *salsuginem* quandam habent, ob quam aluus ad eijciendum irritatur, tamen id quod à superfluo eijciendo seijunctum est, cito nõ nutrit, sed paulatim: unde & si excretiones ueloces habent, tamẽ uniuersim nõ nutriunt. Vel dicamus, quod excretiones ueloces non habent, idest, cito excrementa à nutrimento nõ separantur: sed posteaquam excrementa separata sunt, ob *salsedinem* quam mixtam habent, facile excernuntur. unde concedimus, hoc habet ueloces excretiones, igitur uniuersim nutrit: sicuti è contrario, uniuersim nutrit, igitur habet ueloces excretiones. Quare in hoc sensu illæ propositiones inter se conuertentur, quamuis in altero sensu conuerti non possint. Ad propositum igitur redeunt, Galenus de omni cochlearum genere intelligit, cum dicit, tarde & paulatim nutrire, & præsertim de domiportis, quas & Græci *φφεικκος*, idest, domiportas uocant. hæc cochlearum definitio Ciceroni attribuitur, terrigenam, herbigradam, domiportã, sanguine cassam. Alio autem modo ipsam definiuit Teucer, esse animal sine pedibus, sine spinis, sine ossibus, crustatum, oculos nunc exerens, nunc retrahens. Athenæus in secundo *Dipnosophiston* adscribit Aenigma de cochlea in hæc uerba, *ύλογρηις, άνάκαινοθ, άνάκαινοθ, ύγροκίλοθ*. Lutigena, expspinis, exanguis, humidigrada. Hæc q; de cochleis satis.

Verticilli marini, ita Leonicenus interpretatus est, quod sua lingua Galenus *ωνδύλοι* *δπλαγίσι* dixit, ad similitudinem spondylorũ dorũ, sicuti enim *ωνδύλοι*, idest, uertebras interpretatus est, ita nunchos *ωνδύλοι* *δπλαγίσι* uerticillos marinos per similitudinem atq; diminutionem uertit. Quid uero sint, haud plane constat, nempe de spondylo herba & Dioscorides, & Galenus, & cæteri antiquiores loquuntur, sed de spondyli animali perpauci, præsertim de marino. scimus enim spondylon esse fusi perpendiculum, quod instrumentum ad hoc usq; tempus à nostris mulieribus *sisarolo* nuncupatur. Immo & Athenæus id echinata specie, quod in mugilum capite inuenitur, spondylon nomen



nominari censet, quod nos à similitudine quam habet cum muliebri instrumento, quod est fusi perpendiculum, *fusarolo* etiã nuncupamus, quam partem ob amarorem proijcimus, tamen multi etiã inueniuntur, qui illam comedunt. Galenum de hac re loqui credere non oportet, quamuis putandum sit, quod tarde, paulatim, immò & parum nutriat. hoc autem uocabulum uerticillus nusquam apud latinos (quod sciterim) inueni, Apud Plinium solummodo legi spondylum genus serpētis esse libro uigesimo septimo capite ultimo prope finem, quid uerò sit, nec docet, nec exprimit, nec aliquibus uerbis ostendit. At cū hic serpens nō comedatur, immò uenenosus esse debeat, quia uenenosis radicibus uescitur, ut eodem loco Plinius dicit, propterea Galenum de hoc loqui uerisimile non est. Athenæo aut placet genus falsamenti esse spondylen, de quo Galenus intelligere posset, id tamen non credimus, quoniam paulo post de falsa carne agit. Hanc igitur rem interius considerantes, in hoc inclinauit animus, ut spondylum in hoc loco sit concharum genus (quamuis nonnulli uelint spondylum esse carnem, uel omnium concharum callum, at nobis potius uisum est esse concharum speciem) argumentum hinc sumimus, quia Plin. capite decimo libri trigésimi secundi, ubi remedia ad omnes febres describit, præsertim ex piscibus, inquit, Tertianis mederi dicitur & spondylus perse ad alligatus, Quartanis cochleæ fluuiatiles in cibo recentes. Prius enim dixerat, aliqui sanguinem testudinū lethargicis illinunt. Si hunc Plinij progressum consideremus, primo testudinē quæ testa contegitur ponit, tertio loco cochleam, quæ & ipsa testam habet. uerisimile igitur est, id quod secundo loco positū est, testaceū quoddam esse, præsertim quia hic Galenus testacea quædam refert. Adde, aliud indicium ex undecimo capite eiusdem libri circa finem sumi posse, ubi centū septuaginta sex genera animalium in mari uiuentium numerans, spondylum inter onychem & smaridem ponit, quæ eiusdē generis sunt, præsertim onyx, qui inter conchas numeratur, dicitur uero à nostris pharmacopolis blatta bifantia. Nihil aut refert, & si smaris pisciculus sit. ut igitur in summa colligamus, genus id concharum, quod à nostris spoletta uocatur, forte per corruptionem huius uocabuli spondylus, apud Galenum spondylus esse uidetur, quod an uerum sit, iudicium ferre prætermittimus. Leoniceno placuit uerticillum interpretari, at unde id acceperit, ignoramus: constat uerò carnem habere, quæ & tarde, & paulatim nutriat. Non defunt tamen qui uelint dactylos, id est, digitos marinos esse spolettas, tamen & de spondylo Plinius libro trigésimo tertio, & Macrobius in Saturnalibus meminerunt, sed quis piscis sit non explicant. Alij spondylum inter zoophyta annumerant, quæ Aristoteles & Plin. uocant holothuria. Theodorus nunc uertibula, nunc callos, nunc tubera transtulit. sunt qui uulgo spongiolas marinas putent uocitari. Quid si spondylum dorsuariam illam partem Thunni, & aliorum cetariorum piscium intelligamus, ex qua deinde falsa Athenæus pretiosum falsamentum fieri tradidit, quod spondylum etiã appellat. Nos schinalem, quasi spinalem nuncupamus, græci Rhachin uocitant. Tu ergo supra hæc iudicium ferre poteris.

Squillæ. Galenus hic sua lingua dicit *ἀκρίδα*, *καράβος*, *ἄσαρι*, id est locustæ, carabi, cāmari. Nosq; non uidemus, nec inuenimus, quod de squillis mentionem ullam faciat, nam uocabulum *ἀκρίς* locustam significat, non squillam. ut autem Leonicenum defendere multa exemplaria græca inspexi, & præsertim antiquissimum, quod apud nos est, in quo *ἀκρίδα*, id est, locustæ legebatur. forte erant in tertio loco locustæ, id est, id uocabulum *ἀκρίδα*, propterea tertio loco dixit locustæ, uel eius codex aliter legebatur, ut ubi nos legimus *ἀκρίδα*, ipse haberet *καρίδα*, id est, squillæ. nam *καρίς* apud Græcos squillam significat, quamuis & curidas, & *καρίδας* easdem squillas uocent. Sunt autem squillæ apud nos notissimæ, cammari imaginem referentes, & id nomen squilla uulgo seruant, Plinius capite quadragesimo secundo libri noni pinnotherem, & pinnophylacem uocat secundum aliquos. Constat autem squillam & tarde, & paulatim nutrire, nam carnem habet cammaro similem, ueruntamen tanto tardius nutrit, quanto conditura præstat, qua testa sua (quæ tamen tenella est) non abijcitur. Nos in conchilibus & ostreis squillas istas uidimus, ut inde pinnotherem esse iudicauerimus. Tamen bene etiã pensandum est an squilla sit pisciculus iste notissimus qui inter *χυδαίως*, id est, fusaneos & miscellaneos censetur: Nam apud ueteres

ueteres squilla magnus piscis habebatur. unde Iuuen.

Aspice quàm longo distendat pectore lancem, Quæ fertur domino squilla.

Et Plinius in undecimo locustis & squillis oculos tribuit præduros & prominentes, uerum pisciculus ille paruus qui uulgo squilla dicitur, tarde & paulatim nutrit. Quid uero sit magna illa Iuuenalis squilla ignoramus, constat tamen & paruam squillam præduros oculos habere & prominentes. Cāmari. græcus cōtextus dicit *καράβος*. Athenæus auctor est *καράβος* quādoq; pro locustis, quādoq; pro cāmariis à ueteribus accipi Plin. lib. ix. cap. xxxi. inquit Carabos cancerorum genus esse, quod à cæteris cancribus cauda distat. sunt enim (ut arbitror) Carabi, qui caudam parū latiorē habent: eorū caro tarde & paulatim nutrit, quia dura est. Locustæ, hic contextus græcus nō dicit *ἀκρίδων*, idest, locustæ, sed *ἀσάριος*, est uero apud græcos, *ἀσάριος* cāmarius. unde Plin. trigésimo primo capite noni libri cancerorum genera enumerans Carabos & Astacos refert. sunt maiores cāmari, de quibus Aetius libro secundo capite 143. & 261. Venetijs adhuc idem fere nomen seruat Astefi, quasi Astaci. Leonicenus forte ne iterum diceret cāmari, quia prius *καράβος* interpretatus fuerat cāmarios, locustas dixit. Tamen locusta in alio genere continetur, nam illa est, quam nos cauallettam uulgo uocamus, & quam diuus Hieronymus & in ueteri instrumento, & in uitis patrum pro cibus fuisse tradit, & diuum Ioannem locustas comēdisse testatur. & contra Iouinianum apud Aphros cibum esse refert. si de his locustis Galenus intelligeret, illi non consentiremus, quod tarde & paulatim nutrirerent. nam quæ huius generis sunt, duram carnem habent. constat uero has terrenas locustas mollissimam carnem habere, est autem cibus Iudæis non interdictus. Nos arbitramur hic Galenum per locustas, marinas potius intelligere, de quibus Plinius libro trigésimo secundo capite ultimo mentionē facit. nam lacertorū genera enumerans inter ipsa locustas cōmiscuit. Venetijs locustas uidimus, quæ piscatoribus notissimæ sunt. Crustā habent, ut Plinius etiam meminuit libro nono cap. xij. Refertq; tertio capite eiusdem libri, ubi de beluis Indici maris agit, in hoc mari locustas quaterna cubita implere. habent uero formam quodammodo terrenis locustis similem, sed duritie diuersa sunt, quippe crusta integuntur, earum caro dura est, unde tarde, & paulatim nutriūt. Si igitur Galeni uerba referamus, ita interpretandus est: ubi Leonicenus dicit squillæ, cancri, atq; locustæ, nos interpretemur, locustæ, cancri qui Carabi, & qui Astaci appellantur: ut duo cancerorum genera numeraret, quorū apud antiquos usus erat, & nunc est. Ut autē Galenus breuibus, quæ tarde, & paulatim nutriunt, edoceret, ita uno uerbo complexus est, Omnia quæ habent carnem duram, tarde & paulatim nutriunt, de quibus singulatim & in libro De alimentis, & in libro De simplicium medicamentorum facultatibus scriptum reliquit. in hunc ordinem *σκληροί τυροί*, idest duri casei referuntur, qui tarde & paulatim nutriunt, quoniā compactam & crassam substantiam habent. de quibus in tertio De alimentorū facultatibus libro inquit: maximè uero inueterato acrimonia crescit, & omnino quàm antea calidior urentiorq; is redditur, ideoq; siticulosior & cōcoctioni rebellior, & succo deterior tandem euadit: dicitq; succum habere ad renum calculos conficiendos aptum.

Numerat etiam Galenus inter illa quæ tarde & paulatim nutriunt, *καὶ τὰ τετραχύδρα μὲν ἂν κρεῶν*, idest, & carnes salitas, quæ crassum & durum alimentū tribuunt, sed ex animi malium diuersitate, & ipsa differunt, *φακοί* tamen, idest lentes, inter ea quæ tarde & paulatim nutriunt, numerantur. Galenus in primo de alimentorū facultatibus libro de lente inquit: cortex eius uehementer adstringit, cornea substantia tenuiter, quæ & crassi succi & terrestris est, propterea nutrimentum eius uniuersim alere non potest.

*Βολβοί*, idest Bulbi, & ipsi inter illa quæ tarde & paulatim nutriunt, referuntur. sunt uero Bulbi (ut ex Galeno libro secundo De alimentorum facultatibus sumi potest) radices illæ, quas nos ascalonias uocamus, quas eodem loco Galenus amarum austeramq; uim habere dicit. Multi em̄ hic decipiūtur, qui per bulbos genus illud boleti intelligūt, quod ex similitudine quā habet cum spōgia, uulgo spongiola nuncupauit. nec mirū uideatur, quod bulbos, idest dicta ascalonia, tarde & paulatim nutriat, quamuis prædictū saporem habeat, quoniā ut Galenus præcitato loco dicit, crassiorē & glutinosiorē corporis substantiā habet, sed amaror crassitudinī reluctatur, propterea nō sunt ita tardī nutrimenti ut multa prædicta, Tamen & si dixerimus, bulbū hic non significare spongiolam, nec fungum,

r s id non

id non diximus, quia & hæc non sunt crassæ substantiæ, & tarde ac paulatim non nutriant, immo huius generis sunt, at id diximus, ut antiquos medicos sequeremur, qui ascalonias bulbos uocant. immo unum genus est, quod ab affectu bulbos uomitorius appellatur. An uero Ascalonitæ uocentur quasi Ascalonitæ ignoramus. scimus tamen bulbos Megarentes & Africanos apud ueteres fuisse celebratos.

Præter hæc Galenus inter illa quæ tarde & paulatim nutriunt, enumerat *τὰ μέγιστα τῶν σκληρῶν ὀστέων ὡδὺ ἀφ' ἐμφυλίας*, idest, & oua usq; quo induruerint elixata. Verum cum de ouis in presentiarum sermo inciderit, quæ in usum medicum, præsertim pro roborandis uiribus, aut conseruandis frequētissime ueniunt, propterea non ab re erit, si de ipsis aliquid loquamur, & eo maximè quod in his libris, nulla de ouis loquēdi præstatur occasio. Quum uero de ouis sermo futurus sit, de Gallinæ ouis potissimum fiet. quamuis Dioscorides & Galenus de omni uolatilium ouo uerba facere uisi sunt, tamen nos per proportionem quandam, & aliorum uolatilium oua subintelligere poterimus. Vna est & omnium prima ouorum differentia uel consideratio, quoniam aliqua recentia sunt, aliâ quæ uulgo dicuntur euanida, Ferrariæ stantita, à latinis uero requiera. At Galenus libro tertio De alimentorum facultatibus ex tribus oua considerata docet, primum est à propria substantia, secundum ab eo quod recentia, & uetera sunt, tertium à ratione cocturæ.

A propria substantia contemplatio fit, si cuius animalis sint, consideremus. nam Gallinarum & phasianarum oua cæteris præstant. Anserum, & Struthocamelorum deterrima esse constat. Nos ex struthocamelo oua comedentes, gustum quendam sapidum habere inuenimus. Domi habebamus superioribus annis hoc animalis genus, erat uero femina, & oua faciebat. Illustr. Alphonfus Ferrariæ dux ad nos id animal misit, ut à modo, qui eius collū occupabat sanaretur. Ab eo q̄ recētia, & uetera sunt, quoniâ probatoris, melioris, & copiosioris nutrimenti sunt recentia, quàm requieta; & ab autoribus magis probantur. nam, ut præcitato loco Galenus dicit, optima sunt recentissima: pessima per quam diu asseruata: Quæ autem in medio sunt, tanto sunt peiora, quanto magis recedunt à recentissimis, & tendunt ad diu asseruata: Quanto autem sunt propinquiora recentissimis, tanto meliora sunt. A modo cocturæ multæ sunt differentiæ, quas potissimum medicus obseruare debet. nam plurimum ualet & in tuenda sanitate, & in reddenda, cocturæ modus: nos uero de his cocturæ modis quo breuius atque ordinatius fieri poterit, agemus, antiquorum modos recentibus comparantes. Oua igitur uel per se coquantur, uel cum alijs rebus mixta. si per se coquantur, hoc uel in aqua, uel in calidis cineribus, uel in sartagine fit. Si cocturas inuicem comparemus, illa quæ in aqua fit cæteras bonitate excedit, & oua in cineribus cocta his præferuntur, quæ sartaginis cocturam accepere: hæc q; ita intelligas, ut semper unus cocturæ modus alteri sibi simili comparetur, ut in omni cocturæ modo mollia mollibus, & dura duris comparentur, non autem dura mollibus. quoniam mollia in cineribus, duris in aqua coctis præferre oportet, non autem mollibus in aqua coctis. Quæ in aqua coquantur, quandoque in aquam calidam absq; testa quandoque cum testa imponuntur, & *ἕφαρτα*, idest, exapheta à græcis dicuntur. At quæ in cineribus cocturam accipiunt, ab eisdem *ὀπθηθῆντα*, idest, optrethenta, ac si dixeris cinere tosta nuncupantur. Quæ uero in sartagine decocta sunt, ab ipso instrumento apud græcos nomē fortiūtur, nam *τηγλυσία*, idest tagenista uel taganista uocantur, & omnium deterrima sunt, Galeno præcitato loco dicente, dum concoquantur, nidorem, ac fumum edere, succusq; ex ijs prognatus, non solum crassus, uerum etiam prauus, & excrementicius est. Ad illa igitur, quæ in aquis coquantur redeunt, ita de illis agemus, ut tu ipse ex his proportionem quandam in alijs diuerso modo coctis tanquam exemplar sumere possis. In his triplex diuersitas inuenitur: nam aliqua sunt, quæ tantum incalescunt, & à nobis, ex usu, forbilia uocantur, nempe sorbentur, unde & Græci *σοφιλία*, ac si dixeris forbilia, nominant. hæc uero non sunt cocta, sed uix densari cœpere, quoniam calorem modice persensere. his non utimur, nisi cum oua sunt recentissima, ut naturalē Gallinæ calorē adhuc seruent. Cum uero magis coquūtur, quò ad albumen in coagulati lactis speciem ueniat, à græcis *ἐπαλα*, idest, tenella, uel liquida dicuntur. Recentes uero semicocta interpretantur, & elixa, sed an bene iudicium

cium ferre nolo. forte illa sunt, quæ à Celso capite uigesimo octauo secundæ libri mollia dicuntur, ubi dicit ouum molle, uel forbile esse imbecillissimæ materiæ, durū uero ualen-  
tissimæ. Si adhuc magis coquatur ut ad mediocrē usq; consistentiam ueniant, & ita fiāt,  
ut cum ē putamine educuntur, tremere uideantur, *τρομητά* trometa, idest, tremula di-  
cuntur. Sunt qui uelint hæc illa esse quæ Celsus mollia uocauit, Sed & tremula, & mol-  
lia, & forbilia, ac si idē sint, accipimus, nec ullā differentiā, quæ digna notatu sit, facimus.  
Quāuis Galeni mens sit, Tremula omniū bellissime nutrire, Sorbilia uerò minus, sed  
expeditius descendūt, immo reperiūtur, qui ex forbili ouo ter, quaterq; excernant. Si ue-  
rò ad perfectā cocturam ducatur *ἠφθα* ephtha, idest, cocta Græci nomināt, sunt aut illa  
quæ nos uulgo oua apta ut ex pane comedātur, nuncupamus. Si adhuc magis coquan-  
tur, dura fiunt, & *σκληρα* à Græcis, idest, dura dicta sunt, quæ pfecte cocta sunt, & hæc  
dura difficilē coctionē habent, & tarde pertranseunt, ut Galenus tertio De alimentorū  
facultatibus libro testis est, qui ephtha, idest, cocta, & dura pro eodem fumere uidetur.  
Hæc aut talia sunt, ut per se masticari possint. His peiora putant, & quæ paulatim ac ma-  
gis tarde nutriāt, illa quæ sub cineribus calidis induruerint. nā si quid habēt humidū ex-  
iccātū est. His adhuc peiora sunt, quæ in sartagine cocta induruerint. Hæc sunt antiquo-  
rū notiones de ouis quoties per se coquūtur. Cum uerò alijs rebus miscētur, uarias com-  
positiones efficiūt, de quibus nos egregie, & per methodi modū tractare auderemus,  
nisi coquinariā artem potius q̄ medicā edocere uideremur. Tamen ab uno Galeni mo-  
do non abstinēbimus, qui libro præcitato, Oua ex oleo, garo, & momento uini coquere  
uolens in uas ponit, deinde hoc uas in aliud aqua plenū, ut in eo bulliant, & coquantur.  
Nos in hoc condimētō butyro uti solemus. Græci uocant *πνικτον*, quidā in Paulo Aeg-  
gineta libro primo capite octuagesimo tertio interpretatus est p̄focata, sed edulitū est no-  
stro palato ingrātū, tamen & stomachus noster oua refugit, atq; abhorret. Poruiffemus  
hoc in loco, & de ouis cū testa, & sine testa coctis differere, & de placenta ex ouis, quam  
nos frictatā uocamus, quæ & tardi & nidorosi nutrimenti causa est. At ne de his rebus  
plus quàm satis sit agamus, huic de ouis sermoni finē faciemus, addentes solum Simeo-  
nem de cibarijs hæc ferē omnia à Galeno dicta repetisse.

**TERTIO** Galenus docet quibus indicijs cibum aliquem uelociter nutrire cogno-  
scere possis. unum indicium est pulsus, qui fortis & magnus sit, quando cibum cito nu-  
trit, idest, hic pulsus cito fortis & magnus euadit. Aliud indicium ex uoluntarijs moti-  
bus accipitur. Sunt autem apud Galenum motus musculorum omnium uoluntarij, un-  
de ambulare, exercere corpora, & huius generis alia, si post sumptū cibum cito crescāt,  
indicium est cibū uelociter nutrire. At quia hoc in nobis facile experiri non possumus,  
ideo statim docet in quo casu periculum facere possumus, inquiens, hoc uideri posse in  
hominibus per aliquam euacuationem dissolutis, nam cum hi resumptione indigeant,  
periculum facere possumus, an hæc cibaria, uel illa citius, tardiū sue resumant, per eua-  
cuationem uerò omne euacuationis genus intelligit, uel sponte factæ, uel à medico uī  
medicamentī, uel per uenæ sectionem, uel per laborem superfluum, qui corpora exhau-  
rit, uel per inediā, quæ & ipsa corpus consumit, licet id per accidens sit, ut in præce-  
dentibus aphorismis à Galeno dictum est.

Quod legitur, indicium autem tibi sit uelocis nutritiōis ex assumpto cibo, Græce est  
*σημαὸν δ' ἔστω σοι, τὸ τρέφειν ἡδὴ προσελωγμένον*, idest, indicium autem tibi sit, cibum  
assumptum iam nutritiū.

Quod etiam legitur, In motibus autem uoluntarijs, Græce est, *ἤν δὲ ταῖς κατ' ὄρμην  
κίνησιν*. In motibus secundum impulsū animi.

Quod etiam legitur, uel propter euacuationem aliquam sensu perceptibilem. In Al-  
dino contextu hæc particula abest, in nostro autem antiquo adest. nam ita dicit *ἢτοι εἴτε  
κίνησιν τινὰ ἀδύτην*, magis probo quod absit. nam si adestet, idem à Galeno bis dice-  
retur. nempe superius statim dixerat, in illis qui ex euacuatione aliqua sensibili sunt dis-  
soluti. Aldinus autem contextus ita applicat illam particulam *ἢτοι τῶν ἐκλελυμένων εἴτε  
κίνησιν τινὰ ἀδύτην*.

**QUARTO** notat Galenus, uinum celerrime nutrire, quod de omni uino uniuersa-  
liter intelligere oportet, alijs rebus uinum cōparantes, sed unum uini genus alteri cōse-

rentes, aliquod uinū reperitur, quod alio magis nutrit, & celerius. Vinorum autē genera quo breuius fieri poterit, adducemus. Aquosa uina, quæ alba sunt, & tenuia, exiguum præbent alimentum, tamen hoc exiguum quod habent, uelociter & uniuersim præstant, & ueloces quoque excretiones habent, quia statim per urinam deiciuntur, ut apud nos quædam uina sunt, quæ albana uocantur, non quidem omnia, sed alba non flaua.

Vina alba & crassa magis nutriūt, quæ tenuia, sed minus uelociter & uniuersim, hæc illa sunt quæ nos uulgo non quidem albana, sed uina alba uocamus. Vina crassa fusca adhuc magis nutriunt, quæ alba crassa, sed minus uelociter: sunt autē illa quæ nos uulgo Cefuola uocamus, quando crassa fuerint, non cefuola illa quæ tenuia sunt, nempe uere nigra non sunt, sed in nigrū tendūt, propterea nos uulgo sub uocabulo nigri uini cōplectimur.

Vina nigra crassa magis nutriūt quæ fusca crassa, sed minus uelociter: sunt autē illa quæ nos simpliciter uocabulo nigra uocamus, intellige uerò uina uinis, & non alijs rebus cōpantes.

Scito autē rubra uina, uel flaua, de quibus mentionē non facit, plus alimenti habere quæ reliqua uina. Ideo qui dicūt Galenum sibi cōtradicerē hic, & in Aphorismo undecimo, mentiūtur, quoniam hic nihil de rubro uino, ibi omnibus in nutriēdo præponebat, sicuti & in tertio De simplicium medicamentorum facultatibus libro capite decimo quinto, & in libro De sanitate tuenda, & alibi sepe fecerat. Sunt autē flaua uina, qualia ea quæ nos creticū & passum uocamus, Rubra uero, quale id quod ex ea parte asportatur quæ Naupliū uulgo Napoli de Romania dicitur, & uinum ipsum à loco nomen sortitum est.

Quod legitur, post ipsum uerò per ordinē, hæc particula, per ordinē in prima nostri antiqui contextus lectione habetur *ἢ σοιχῶν*, in secunda uerò, & simul in Aldino contextu, *ἢ σοιχόν*.

Quod etiam legitur, exiguum præbet corpori alimentum, Græce est, *ἐλαχίστω τροφῆ τῷ σώματι διδασκῶν*, id est, minimum præbent corpori alimentum.

Nota etiā quod legitur crassa autē & fusca, Græce esse *οἱ δὲ παχῆς ἢ κίρροι*, aliās uerò Leonicenus uocabulū *κίρρος* flauum interpretatus est, alibi ruffū. Nos in uinis fuscum non diceremus, sed potius flauum, uel ruffum, Gellius Giliuum interpretatur.

Quod legitur Aquosa enim celeriter, hæc particula celeriter Græce est *τάχιστα*, id est, celerrime.

Quod etiā legitur, quia celerrime tota ferè anticipat resumi, ex alijs uerò omnibus: in nostro antiquo cōtextu duæ lectiones inueniuntur. prima est Aldino contextui affinis, hoc modo, *ἢ τὸ φθάνειν, τάχιστα σχεδὸν ἀναλαμβάνει δυνάσθων, τῶν δὲ ἄλλων πάντων, & reliqua.* & hæc erat lectio quæ Leonicenus secutus est. Secunda lectio hæc est: *ἢ τὸ φθάνειν ἀναλαμβάνει σχεδὸν τῶν ἄλλων μάλιστ᾽.* Quia celerrime anticipat resumi, & ferè alijs

QVARTO Si de excretionis tempore dubitares, Galenus generalē quendam canonem docet, excretionem tempus proportionale habere nutritioni: unde quāto diutius nutritio retardatur, tanto & per proportionem excretio.

QVINTO Galenus dicit, ptisanæ succū, uniuersum & uelociter nutrire, sed parum nutrire. Quid uerò sit ptisanæ succus edocere oportet. Hippocrates in primo libro De ratione uitæ in morbis acutis inquit, ptisanā fieri ex hordeo quæ optimo, & eā probe coquerē, & hoc præsertim si non solo cremore uti decreuerimus. ex quo loco duo in ptisana esse colligimus: unū est totū hordeū probe decoctū, quod à Galeno ptisana non colata uocatur: aliud est cremor, id est cocti hordei expressio, quæ dicitur ptisanæ cremor, hic à Galeno succus ptisanæ dicitur. Nec Hippocrates quo modo fiat aliter quæ supra dicto ostēdit. Galenus de ptisana libellū edidit, qui an Galeni sit, ancipites sumus, in quo hūc ordinē seruat, primo probatissimā aquā eligendā iubet, & probatissimū hordeū. Hordeū uerò ab aliquibus mortario tunditur, à Galeno primo in aqua maceratur, deinde manibus a deo teritur, ut tenuis membrana cōspiciatur, postea iterū manibus ualēter cōterit, ut quodque glutinosum excutiat. Si cui autē mēs sit, hanc magis absterfuā efficere, simul cū membrana decoque. Hoc autē modo elixatur. Primo hordeū diu coquit, mox ad molle quoque ignē, donec multum succulentū reddatur. Hæc Galenus in eo libro, quæ De ptisana inscripsit, si Galeni sit: tamen non docet an aliquid cum hordeo poni debeat, imo illos reprehendere uidetur, qui aliquid simul cōmiscabant. Paulus Aegineta libro primo capite septuagesimo octauo inquit, Coquit autē ptisana hoc modo: una eius pars in quindecim aque partibus pusillo olei adiecto, et cū intumuerit, aceto etiā. ubi uero ad unguē

unguē decocta fuerit, superiniiciendus quoq; tenuis & exiguus sal, nec desunt qui porri aliquid, atq; anethi addāt. Verūtamen nō putamus hoc loco Paulū de ptisana hordeacea loqui. nā & ex tritico, & ex alijs frugibus ptisana cōficiēbatur. At eo loco de oryza agit Paulus, unde nos illū de oryze ptisana loqui arbitramur, nō uerō de hordeacea ptisana. Quod autē ex oryza fieret, Horatius ostēdit, inquit, Sume hoc ptisanariū oryza: uel cū Paulus de omnibus frugibus locutus esset, ex quibus omnibus ptisana fieri potest, in fine modū conficiēdi ptisanā, non tā hordei, q̄ aliarū frugū edocuit. At nō desunt antiqui, qui ex decē aquae partibus, una hordei ptisanā cōficiēbant. Nullus est certus locus, quo optime educi possēt, quo nam modo conficeretur. Tamen apud Romanos in magno usu erat, adeo, ut summi uiri quomodo fieret, tanq̄ rē notissimā omittētes, edocere despexerint. unde Plinius de illa agens inquit, eius esse uulgatā rationē quomodo fiat. Nos autē quicquid ex diuersis authoribus sparsim conijcere potuimus, in unū collegimus, & hęc quae sequuntur, ordinauimus. Pro conficiēda ptisana hordeū non molebatur, sed tūdebatur. Argumentū sumi potest ex eius nomine, quoniā ptisana dicitur *ἐτρο* & *ἄσιον*, quod est pinserere, ab aliquibus etiā ptisana dicitur, & ab alijs disana. tūso hordeo, in sole siccabāt, & cū suo polline condebāt ut p̄duraret ad usum. hoc tundere id est, quod ex Galeno superius dicebamus friare manibus. postea coquebant, ut ex Hippocrate in libro quarti De ratione uictus in morbis acutis colligi potest. Coctio autē uaria erat. nā si ptisana uti uolebāt, bene coquere opus erat. Si eius cremore, ita coquere nihil referebat. Coquebāt uerō hordeo mūdo quindecim aquae libras pro hordei libra supaddētes, quibus nōnulli sint qui decē dixerint. Nos potius probamus quod quindecim sumantur, & ita credimus cū Paulo Aegineta antiquos in hac decoctione fecisse, quādo hordeum p̄fecte decoctū fuerit, tria in uase cōtinentur, primū est hordeū in pultrē ferē redactū, qd̄ p̄prie ptisana uocatur, quae cū ad summū cocta est, non adeo exhausta aquā, quin aliqua portio non supsit. Quae aequae portio si à ptisana separetur, ptisanæ potus nūcupatur, si uero pultrē illā sumamus, quae ptisana dicitur, & exprimamus, expressum illud ptisanæ cremor uocatur. Hoc ex Hippocrate & Galeno in fine tertij libri De ratione uictus in morbis acutis colligim. Ptisanā totā (inquit Hippocrates) qui accipiūt, tutius uti balneo possunt, q̄ qui solo utūtur cremore. Sed qui potu solo utuntur, minime balneo uti possunt. Galenus uerō in cōmentatione docet, in quibus agridudinibus sit horū usus, inquit, ptisanā autē totam porrigūt his qui mitius, quietiusq; habent: solū uerō cremorē his qui deterius degūt. Verū his qui piculosius acutiusq; laborāt, potus solus, ut hinc facile colligi possit, nō solū quid, quomodouē sint, sed etiā in quibus morbis ualeant. nā in periculo solis & acutis morbis solā aquā uel potū praeberet, quod est ptisanæ colamentū, ut in angina, in qua septē dierum spatium nihil datur, nisi in primis aqua quae à ptisana percolatur uel decoctio, deinde cremor, deniq; mitioribus morbis ptisanā dabāt. Nota tamen conueniētius esse dicere, ptisanā id totū esse. s. hordeū decoctū simul cum aqua in qua decoctio perfecta est, q̄ solā pultrē. nā Galenus in primo De ratione uictus in morbis acutis, ubi Hippocrates dicit, Talia autē parte plurima profunt his qui tota utūtur ptisana, exponit id uocabulū tota, inquit, siue dicat cōtextus Hippocratis totā ptisanā, siue hordeacea ptisanā, siue simpliciter ptisanā, semper unum & idē significat. s. ptisanā non colatā; unde ptisana est duplex, colata, & non colata. Quando aquā simul mixtam habet & cremorē, dicitur tota & integra, & nō colata ptisana. cum uerō illā ab aqua, in qua facta sit decoctio percolamus, ptisana colata dicitur. Si uerō ab ipsa p̄colata tenuiorē succū exprimamus, hic nec est ptisana tota, nec ptisana colata, sed ptisanæ cremor. Aqua uerō ptisanæ potus nūcupatur. Habes igitur quid sit colata ptisana, & nō colata, quādo apud aethores hęc nomina scripta reperies. Et hęc de ptisana satis sunt, si addamus plerunq; antiquos alia etiā multa ptisanæ addidisse, quod manifeste ex Galeno sumim in primo De alimentorū facultatibus, ubi de lente agens, ex lente edulū ponit, in quo satureiā, & pulgē addit. At dicit, hęc nō esse iucūda in ptisana, sed in ipsa potius porrū & anethū ponimus; quamuis hic locus de lentis ptisana potius, quā hordeacea intelligendus sit.

SEXTO dicit, Alicā multū nutrimentū exhibere, sed multo tēpore, unde Galenus de Alicā in libro De cibis boni & mali succi agēs, inquit, Alicā uerō, sicut & suilla caro si exacte in uētriculo cōcoquantur, cū in sanguinē à uētriculo cōuertantur, probatissim

mos humores gignūt, sed glutinosi aliquid in se habēt, ob idq; in ijs iecur obstruūt, & renes, qui hos à natura adstrictos meatus habent. unde certe uides esse ualentissimi nutriti mēti Alicā. sed quid sit Alicā, & quomodo fiebat, ab re dubitare non erit. *χόνδρος*, idest, chōdrus à Græcis, à Latinis alica dicitur: utrūq; nomen tā apud Græcos, q̄ apud Latinos duo significat, genus frugis, & genus pultis. hoc manifestissime apparet. nā præcītatus Galeni locus de fruge intelligēdus est. Adde quod octauo De simpliciū medicamētōrū facultatibus libro de chōdro, ut de farris genere agit, & in primo etiā libro De alimentōrū facultatibus. Interp̄tes uerō, ubi adest uocabulū *χόνδρος*, semper Alicā interp̄tātur, ut in hoc loco Leonīcenus facit, & Theodorus ubiq; in Theophrasto; sed Paulus Aegineta solus inter chondrū, & Alicā distinctionē ponere uidetur, si Hermolao credamus. uult em̄ diuersa esse frugis genera, tamen nos uidere nescimus quod Paulus dicat alicā esse frugē, sed potius alicā esse pultē ex chōdro. si aut eius uerba scire p̄cupias, hæc sunt quæ libro primo capite septuagesimo octauo circa principium posuit, τῶν σιτωδ' ἀνομαζομένων ὁ μὲν χόνδρος πρόθειμος τε ἢ γλισχρὸς χυμὸς γυννητικός, ἀλλ' ὁ μὲν πολλὸς μοχθ' εὐός, ἐπειπὸρ ἐπιμῶς παχυνόμενος ἀνεφθ' μένει, κρείττω δὲ ὁ χυλὸς αὐτῶ ὄλεσ καλῶς ἐψηθ' ἐν πῦρ ἀπλοῦς ἤμισθ' ἢ ὁ δὲ ἀλιξ' τὰ μὲν ἄλλα χόνδρω προσέοικε, μάλλον δὲ γαστρὸς ἐστὶν ἐφεκλιώς. Quæ si ad uerbū referre uoluerim, hæc dicit. ex his quæ frumētacea nominātur, chōdrus egregie nutrit, & glutinosos humores generat, sed pultis ex eo confecta obest, quādoquidē q̄ primū crasse cens incocta permanet. probatur potius succus ipsius, ex integro chondro bene decoctio expressus p̄sana instar. Alicā uerō in ceteris quidē chōdro (hoc est frugi unde hæc omnia sūt) nō ab similibus est, sed aluū magis adstringit. Hęc sunt Pauli uerba ex eius fonte accepta, in quibus manifeste apparet, Hermolau nō recte sentire, qui apud Paulū alicā & chondrū diuersa frugis genera esse putauit; hoc tamen non dicit Paulus, sed potius chondrū genus frugis, alicā genus pultis ex hac fruge esse dicit. hic etiā dicit Paulus alicā in ceteris esse chondro simillē, idest, chōdri pultē: oēs chondri uires habet, hoc dēpto quod alicā aluū magis adstringit, q̄ chōdrus. hoc autē acquirit alicā ex coctura, & ex his quæ miscētur, quod nō habet chōdrus. Ad rē igitur redeūtes, q̄ chōdrus frugis genus sit, & ex Galeno, & ex Paulo p̄cītato loco, & libro septimo in lītera χ. prope finē. At apud Dioscoridē libro secundo chōdrus est genus pultis. Illi uerō decipiūtur, qui dicūt, apud Dioscoridē chondrū pro fruge nō reperiri. qm̄ & si de chondro fruge per se nō loquat, id facit tanq̄ rē notissimā omittēs. potest autē ex hoc authore facile colligi chondrū esse genus frugis. nā de trago agēs dicit, τράγος τὸ σχῆμα μὲν πῆρα πλοῦσις τῶ χόνδρω ἔοικεν, idest, Tragus figura quidē chondro similis uidetur. Certū uerō est de chōdro pulte nō loqui: nā Tragus figurā pultis nō habet, sed est genus frugis, cui cognomē est σιτωδ'ς, idest, cereale, ad differentiā tragi herbae. nullus uerō est sanæ mentis, qui iudicet cōparasse frugē pulti. Quod si dicas, immo cōparasse, sed cōparationē in nutriēdo fecisse, p̄pterea mox addit minus nutrire q̄ zea: at hoc dici nō potest, quia tragū chōdro σχῆμα, idest, figura cōparat. Quid uerō sit hoc genus frugis, quod Græci chōdrū uocāt, incertū uidet, nos aliās far nostrū esse putauimus, quod an uerū sit, nūc differere p̄termitemus. At quid sit apud Græcos nostrū far, nisi chondrū esse dicamus, incertū uidet. an uerō sit κριθ'ν, idest, hordeū, uel saltē hordei genus, suo loco differemus. Sat nūc est ubi deeat zea, antiquos Romanos far accepisse, & nūc Patauij ex zea, idest, spelta cōfici far, idest, quod uulgo far dicitur, ex quo genus unum pultis fit, quod far etiā uocāt. Aliās nostrū far, quod dicoccū est, adoreum esse iudicauimus. Plinio libro decimo octauo capite octauo dicēte: uulgatissima far, quod adoreū ueteres appellauere. Sed ne rē rei misceamus, hæc in aliud tēpus discutiēda differātur. ad rē igitur redeūtes, chōdrus apud Græcos, & genus frugis, & genus pultis significat, q̄ manifestissime ex uno Galeni loco sumi potest libro primo De alimentōrū facultatibus, tamen alia res est Galeni chōdrus p̄pulte eo loco, q̄ Dioscoridis chōdrus pro pulte. nā Galeni chōdrus ex chōdro fruge fit. Dioscoridis uerō chōdrus ex zea q̄ duo grana habet, p̄pterea dicoccū uocāt. Nunc autē ostēdamus & apud Latinos alicā & genus frugis, & etiā genus pultis esse. Quod sit genus frugis, ex Columella capite sexto scd'i libri sumi potest, ubi potius alicā strū uocat. Plinius autē libro decimo octauo capite undecimo alicā genus frugis esse manifeste ostēdit, & eodē libro dicit, Tunicæ frumētō plures, hordeū maxime nudū, & ali

ca. Alicā uero apud eundē Pliniū genus pultis significare, eodē loco manifestū est, & potissimū etiā libro uigesimosecūdo capite uigesimo quinto, ubi inquit, Alicā res romana est, & non pridē excogitata, alioquin nō pūssana potius laudes scripsissent Græci. nō dū arbitror Pōpei Magni etate in usu fuisse, & ideo uix quicquid de ea scriptū ab Asclepiadis ichola. De Marcello miror, qui Pliniū reprehendere uideatur, quā eā apud Hippocratem inuenit, tamē Hippocratis locū nō citat. Nos em̄ Alicā apud Hippocratem nunquā inuenimus, nec ante Dioscoridis tēpora, immo res altera est illa, quæ à Dioscoride paratā, ab illa quæ à Galeno fit & alijs Græcis. Vt autē rē hāc egregie discutiamus, scire oportet aliud esse apud Græcos ἀλίξ, aliud Latinorū Alicā, quāuis multi interpretes cū apud Græcos inueniūt uocabulū ἀλίξ, alicā uertūt. Apud Galenū in primo De alimentorū facultatibus, ubi de Chōdro agit, chondrū uocat pultē, quæ ex chōdro fruge fit, inter ptes per chondrū pultē, alicā referūt. Paulus Aegineta dicit ex chōdro fruge pultē fieri, quæ à Græcis ἀλίξ dicit. Pauli inter ptes, ubi dicit ἀλίξ, alicā uertūt. Idē obseruari potest apud Alexandrū Trallianū, ubi ἀλίξ habet, inter ptes semper alicā interpretant, ut manifeste apparet libro primo capite uigesimotertio prope finē, ubi remedia ad ægylopas recēnsens, unū describit, in quo est ἀλίξ, & libro tertio, capite decimonono in quodā cataplasmate idē ponit. Interpretes uerō exponūt alicā. Sed hęc nostro palato nō sapiūt. nēpe cū Græci dicit ἀλίξ, nos simpliciter alix interpretandū iudicamus, & nō alica, quā alicā ex chōdro non fit, sicuti fit alix, sed fit ex zea, ut deinceps ostēdemus. forte oēs interpretes usi sunt hoc uocabulo alica, quia ubi Theodorus Gaza chondrū inuenit, alicā interpretatur est. Galenus autē nec utiū hoc nomine alix in pulte quæ fit ex chōdro, sed & chondrū uocat, ipsum frugis genus, & etiā si decoquat, uel in aqua dūtaxat cū mulsō, & dulci uino, aut austero sumatur, uel ex oleo, salēue condiatur. Immo addit & illi addi quandoque acetū, appellaturque chondrū, & Diocles, ac Philotimus pūssana triticā hoc modo cōditā chondrū appellāt; nō autē alicā, ut Galeni interpres dicit primo lib. De simpliciu medicamentorū facultatibus. ideo Galeni chondrus est ex chōdro fruge quæ dicit esse ualentissimū triticū, & addit eius nomē fuisse prarū apud antiquos: tamen Hippocrates in libro de uictus ratione de chondro agit, quod forte in causā fuit, ut Marcellus putarit Hippocrate de alica locutū, propterea Pliniū reprehēdebat, qui dixerat alicā esse rē romanā. nā putabat se inuenisse alicā apud Hippocratem, quā nec inueniet apud Galenū. & ne quis putet Galenū in primo De alimentorū facultatibus de chondro ex zea loqui, ut Dioscorides facit, ppter hoc intelligere non posse ostēdemus: tū quia dicit chondrū esse ualentissimū triticū, & in octauo De simpliciu medicamentorū facultatibus de chondro agēs dicit quod habet nutrimentū optimū ut triticū. In quarto autē libro, ubi de zea agit, inquit esse mediā inter hordeū, & triticū; unde per chondrū id intelligere nō potest quod fit ex zea, quā non est ualentissimū ut triticū id quod ex zea fit. Habes igitur apud Galenū chondrū, nō esse Latinorū & Plinij alicā, nec Dioscoridis chōdrum: quoniam nec Plinij alica, nec Dioscoridis chōdrus, ex chondro fruge fiunt, sed ex zea, quæ inter hordeū & triticū media est, ut Galenus inquit. Nūc uerō quomō apud antiquos fieret, edoceamus. Dioscorides de chōdro quidē libro secūdo mētionē facit, & ex zea fieri dicit, sed parandi modū præmittit. hic uerō modus à Plinio colligitur libro decimo octauo capite nono. At ab re nō erit priusquam hos modos enarremus, quid sit zea, edoceamus. Est autē zea id frugis genus, quod uulgus speltā uocat. Dioscorides duo zearū genera refert, alterū unū granū habēs, alterū duo, ppter ea dicocēū uocatur. Nos utrūque genus habemus, & pseruim quod duo grana habet, tamen & far dicocēū est, & idē uideretur cū zea, nisi maiora haberet grana, & tritico simillima. Ex illo zearū genere, quod duo grana habet, Dioscorides suū chondrū facit, & Pliniū ex zea alicā fieri dicit, unde Plinij alica & Dioscoridis chondrus idem esse constat. At nullus est præter Pliniū, apud antiquos, qui conficiendi modū edoceat. Ipse enim libro decimo octauo capite undecimo modos parādī alicæ refert, & eā in quā quæ perfecta est, & imperfecta. Accipiūt zea. i. speltę grana, & in lignea pila cōtundūt, quia lapidis duritia cōterit. excussis tunicis, medulla suis armamentis nudata cōcidit. Postea fiūt tria alicæ genera, minimū, secundariū, & gradūssimū, quod Apherema uocāt. nihilque amplius de eius cōfectione scribit, solū addit, cretā simul admisceri, quæ trāsit in corpus, colorēque, & tēneritatē affert. At quæ creta sit illa docet, in quibus, in colle inter

Neapolim



Neapolim, & Puteolos Leucogeo appellato inueniri: hinc cretam albā accipiunt, quā alica miscunt. Superiori anno in hoc colle fuimus, quū illustrissimus Hercules secundus, Dux Ferrariæ quartus, patronus noster inuicissimus Neapoli esset apud Carolū imperatorem quintū. Iuimus præterea ad sulphuris minerā, cuius eodē loco Plinius mentionem facit. Putamus genus id cretæ addi ob cocturā, sicuti mulieres nostræ cinere solent legumina coctibilia reddere. Ad rem igitur redeuntes, nihil aliud apud Pliniū inuenitur. Gypsum dicit in Africana alica poni, & adulterinas quasdam species enarrat, quarū etiā structurā præterijt. Nos uerò quod ex Græcis colligere potuimus, immo & nunc ita parāt, edocebimus. Zeam accipiūt, quā nunc Athenis etiā (licet disiecta & disoluta sint, potiusq; magalia, quām urbs) zey sua materna lingua uocāt, eamq; tundūt, & in calidā aquā ponunt, postea exprimūt, & in tenuissimū pollinē iterū tundunt, deinde exiguā gyphi quantitatē addunt, post hæc salis parū per totū aspergētes, & ardenti cane oriētē insolat. Cū uerò per dies aliquot insolata sit, cribratur, & ad usum seruatur. At si hos usus quæsiueris, scito illos esse usus, quos Plinius capite uigesimo quinto libri uigesimisecondi refert, ubi inquit (de alica agens) Esse quidē eximie utilē nemo dubitat, siue eluta detur ex aqua multa, siue in forbitiones decocta, siue in pulte, eadē in aluo sistenda torretur, dein fauorū cera coquitur, ut supra diximus, peculiariter tamen longo morbo ad tabitudinē redactis subuenit. Ternis eius cyathis in sextariū aquæ sensim decoctis, donec omnis aqua cōsumatur: postea sextario lactis ouilli, aut caprini addito per cōtinuos dies, postea adiecto melle. Tali forbitionis genere emendatur syntexes. Post aliquot uersus eodē loco dicit, ptisana, quæ ex hordeo fit, laudes uno uolumine cōdidit Hippocrates, quæ nūc oēs in alicā transeūt, immo addit, contrā quāto innocentior est alica, ut alicā ptisana ex hordeo pferre uideatur, & proculdubio panis ex zea, idest, spelta factus, hordeaceo pferendus est, magis em nutrit, & facile cōcoquitur. immo in Gallia multi nobiles pane ex spelta uescūt, qui gustu etiā cōuenit. Nos superioribus annis suauissimū illustrissimū Alphōsum Ferrariæ ducē uti hoc genere panis, qui obtēperans à quadā uētriculi noxa leuatus est. Inuenio autē & Alexandrū Trallianū huius chondri, idest, alicæ ex zea mentionē fecisse, libro tertio, capite uigesimosexto, ubi de lienis inflammatione, et eius curatione agēs, cū de nutritu, qui in statu expedit, uerba facit, huius alicæ meminit, quā dicit multū nutrire, dicit uerò chondrū esse, qui fit ex zea, ut hic certe sit de quo Dioscorides & Plinius. nam alijs in locis, ubi de chondro fruge locutus fuerat, dixerat, Alix quæ ex chōdro fruge fiebat, & nō ex zea, unde hæc sit huius rei summa: quādo apud Galenū inueniē chōdrus pro pulte, nō est interpretandus Alica, & ita apud alios, sed chōdrus puls, quia fit ex chondro fruge. Similiter quādo inuenitur Alix, quæ fit ex chōdro fruge simpliciter interpretandū duco Alix. cū uerò inueniē chōdrus pro pulte ex zea, tūc alica interpretarer, ut in rebus cōueniētia fieret, nō autē in nominibus, propterea illos nō laudo qui in Galeno chondrum inuenientes semper alicam interpretantur, idemq; in Paulo, Aetio, & Tralliano intelligo.

Quod legitur, Sed multo tēpore multū affert alimentū, Græce est ἄμα ὅτι πολλὸν χρόνον, καὶ πολλὴν τροφήν, idest, Sed in multo tempore, & multū affert alimentum.

SEPTIMO Galenus docet, in quo edulia cōparari debeāt, & quomodo quoties cōparāt, inquit, illa quæ compantur debere esse similia secundū substantiam, & unū non debere esse extreme humidū, aliud extreme siccū, propterea unū notat aliqua cōparari secundū substantiā, alia secundū modū quo parant. Secundū substantiā intelligit, idest, secundū qualitates pprias, unde & alica, & ptisana, & cætera quæ ex mlijs, uel fabis, uel alijs fructibus, uel frugibus fiūt secundū substantiæ qualitatē cōparatur. In carnibus uerò, in quibus est ppria cōsistentia (& nō sunt facta ex alijs, sicuti ptisana ex frugibus, & alica, quæ iudicatur secundū substantiā, idest, ppriā qualitatē) cōparatio fit secundū cocturā, aut quia duæ carnes sint assæ, uel eodē modo elixate, nā uarij sunt elixadi modi, uerū tamen quia cōtingit aliquos cibos, qui non sunt ex alijs, aliquas partes mordaces habere, & adeo salugineas, ut ueloces faciāt excretiōes, ppter ea modū docet, quo hæc in uicē cōpari debeāt. nā in his mordaces humores auferri debēt, ut in brassica & leguminibus, in quibus si compationē facere uolueris, & substantiā suā quæ alit, in ipsis cognoscere, elixa ea, & cū elixata fuerint, ab una aqua ad aliā trāsferas, itaq; iustā cōparationē feceris

feceris. qm̄ per primā illā elixationē mordaces humores & saluginei auferuntur, & hoc est qd' ab Aristotele primo Problemātū libri o dicit brassicā adstringere, & à Galeno tertio De simpliciu medicamentorū facultatibus libro, capite quarto decimo, qd' de brassica intelligere oportet, quæ bis cocta sit, & à prima aqua in qua elixata fuerit, ad aliam transmutata. nam prima illa decoctio soluit, quia uitiosas brasicæ partes, & superficies les accepit, in secunda uero coctura adstringit.

Quod legitur, Vel alijs fructibus, in antiquo nostro contextu, & in Aldino ita legitur *ἢ πινῶν ἄλλων κερσῶν*. Nos potius interpretandum ducimus uel alijs frugibus, aut, uel alijs seminibus.

OCTAVO librum refert De potentijs naturalibus, in quo docuit, uentriculum sibi cibum sumere ex eo quem in se habet: hepar autem à uentriculo trahere quando indiget: & cum etiā uniuersum corpus indiget, ab hepate trahere. Hæc igitur causa est cur aliqui multum excernant, & liquidum, cum per aliquot dies multum comederint, quia hepar nihil trahit, nam ferè semper plenum est, & alio non indiget, propterea uis uentriculi expultrix, id quod crassius est, & quod tenuius ad intestina transmittit. Notaq; hic uniuersum corpus, quandoq; uacuum esse posse.

Quod legitur, Ex cibis alimentum attrahere, hæc particula alimentum: Græce est *χυμοί*, idest succum.

NONO documētum edocet, quod in corporibus, ubi totum est uacuum, facile experiri possumus, qui nam cibi facile & uelociter nutriant, quibus & hoc inest, tendere uelociter ad excretionem, quantum ad hoc attinet.

DECIMO ponit quorundā intellectum, qui dicebant, excretionē esse euacuationē ex toto corpore, ut hoc idem sit, & illud quod in libro De alimēto habetur, ubi inquit, cibus qui difficulter alteratur, difficulter absumitur: qui facile apponitur, facile absumitur. unde euacuationē illam intelligebant, quæ per insensibilem transpirationem in toto corpore fit. sed Galenus dicit, Hippocratis sententiā, quam adducunt, esse quidem ueram, quia cibi qui difficulter alterantur, etiā difficulter absumuntur & consumuntur: qui uero facile apponuntur & nutriunt, facile absumuntur. Sed Galenus uult dictum quod hic ponitur, de excretionē illa maxime intelligendum esse, quæ fit per uentrem, quoniam sub excretionis appellatione, hæc proprie non intelliguntur, quæ sunt à toto corpore excrementa: quamuis addat & aphorismum in excretionē, quæ est in toto corpore intelligi posse, differentiamq; ponit inter excretionē & subductionem, uel (ut eius uerbis utar) inter *ὑποχάρισιμ, καὶ διαχάρισιμ*, idest, Subductionem & excretionem. nam uocabulum subductio de his solum dicitur, quæ per aluum subijciuntur: excretio uero, licet idem significet quod subductio, tamen contingit esse nomen commune ad omnes excretiones quæ etiā per aliam uiam fiunt, quam per *γαστήρα*, idest, aluum. exemplumq; ponit, in quo uidere potes id esse uerum, quod ab Hippocrate dictum est, uidelicet quæ difficulter alterantur, difficulter absumuntur: quoniam, inquit, suillæ carnes, & quæcunq; lentos & crassos humores habent, transpirationem quidem in toto corpore faciunt, & hæc exeunt tanquam excrementa, sed hoc tarde fit, propterea nec uelociter, nec uniuersim nutriunt. Olera uero, pisces saxatiles, & quæcunq; tenuem humorem habent distribuendum, cito distribuuntur, sed non habent naturam stabilem, imò facile diffiant, ideo habent ueloces excretiones. Nos igitur Galenum intelligimus, ut illorum expositionē acceptet, quod per excretiones totius corporis transpirationem intelligere oporteat, addit tamen etiā de subductione intelligendum esse: imò hoc præcipue uult, quod de excretionē per secessum intelligatur, tamen & de alijs etiā excretionibus, & de illa totius corporis intelligi posse non negat, nam in omnibus excretionibus, & in illa simul quæ per transpirationem fit, id quod dicitur uerum est, illa quæ uelociter & uniuersim nutriunt, ueloces quoq; excretiones habere.

Vbi legitur, Cibus qui difficulter alteratur, difficulter absumitur. In Aldino contextu habetur, *ἢ δυσπλωτῶν ἢ δυσδυναλωτῶν*. Et eodem modo habetur in prima lectione nostri antiqui cōtextus. In secunda uero lectione prius habet *δυσπλωτῶν, ἢ δυσδυναλωτῶν*. Postea sequitur *δυσπλωτῶν ἢ δυσδυναλωτῶν*. Tota hæc pars (possumus quidem & ipsam audire de ea quæ fit ex toto corpore, differt enim excretionem uel sub-

s ductionem

ductionem dicere, subductio igitur solum de ijs dicitur, quæ per alium deijcuntur, contingit autem excretionis uocabulum esse commune) in aliquibus contextibus uacat, quamuis in nostro antiquo, & in Aldino posita sit. In quodam etiam contextu loco huius partis solum hæc uerba leguntur, commune autem utriusque excretionis esse nomen.

Hic autem contemplari oportet, per saxatiles pisces quid Galenus intelligat. in tertio De alimentorum facultatibus libro, huic nodo satis facit, inquit, Scarum, merulam, turdum, iuliam, ficedulam, percam, pisces saxatiles esse à locis in quibus diuersantur. Sunt autem hi omnes marini, & sanissimi, quia concoctu faciles, & mediæ constitutionis sanguinem generant, neque admodum tenuis est, neque admodum aquosus, neque impendio crassus. Qui uero sint hi pisces, & quibus nominibus uulgo nuncupentur, alias ostendemus, nunc ista perquirere non possumus. De scaro fertur, quod piscium solus ruminat, & herbas pascit, quia non habet ferratos dentes, propterea de illo in hunc modum Opianus cecinit;

Hic scarus saxa frequentat,

Qui mites inter pisces clamore tremendo

Intonat, & solus pallentes ruminat herbas.

Eodem tertio De alimentorum facultatibus libro Galenus gobionem inter concoctu facillimos pisces numerat, tamen illi duriorem carnem inesse dicit, quam saxatilibus, sed molliorē habet, quam ullus alter. is est qui uulgo eodem nomine dicitur, sed cum apud nos hæc piscium genera non sint, pisciculis quibusdam Padanis utimur albis, oblongis, concoctu facillimis, marinæ ligulæ similibus, quos uulgus nostrum strigi uocat. Hippocrates in secundo De alimentis, de saxatilibus ita dicit, saxatiles uero ferme omnes leues sunt, merula, turdus, phycis, elephetis, cobius.

Quum autem apud Hippocratē sæpius & Galenū, & antiquiores medicos, hoc uocabulum olus scriptū reperiatur, quod ad herbas generale est, propterea non ab re erit quod per olera intelligere oporteat, inquirere. Omnes herbæ quæ in usu cibario sunt, apud nos ab alendo olera dicuntur, nam homines herbis antiquitus alebantur. Marcus Varro olus ab olla dictum esse mauult, quamcumque herbam quæ in olla coquitur, unde uero Nonius Marcellus & Festus deducant, qui olera inter aspirata connumerant, ipsi ostendant. Nos ad rem nostram redeunt, & medicæ loquentes, omnes herbas, quas sub hoc nomine λαχανον, idest olus, ponit Galenus, enumerabimus, nam secundo De alimentorum facultatibus libro, cum de ipsarum plantarum alimonia egisset, de alijs satis loqui uult, & dicit, sermonem incipiendum esse ἀπὸ τῶν λαχανῶν, idest ab oleribus; & hæc omnia enumerat, quæ deinceps in ordinē disponemus, ut quisque facile uidere possit, quæ nomine λαχανον & oleris apud antiquos ueniant: quippe hæc est optima incedendi uia, præsertim apud antiquos cum de oleribus agunt. Nunc igitur secundum Galeni ordinem enumeremus: lactuca, intubus, quam σείον uocat, malua, beta, brasiica, atriplex, blitum, portulaca, rumex, oxylapatum, strichnum, idest solanum, cinara, apium, equapium, sium, olufatrum, eruca, urtica, gingidium, scandix, ozimum, feniculus, alparagus, rapa, aron, dracontium, hastula regia, bulbos, pastinaca, daucus, carus, tuber, fungus, radícula, cepa, allium, porrum, ampeloprasum. Hæc omnia sunt, quæ à Galeno inter λαχανα, idest olera enumerantur: imò addit & arborum & herbarum omnium turiones uel germina, idest asparagos. Sunt autem cacumina dum tenella sunt, ut asparagorum more edī possint. Nos alia habemus quæ à Galeno enumerata non sunt, ut spinachia dicta, & bryon, idest luerticium. Verum tamē quia aliqui putarunt nec allium, nec cepas, nec bulbos à Latinis inter olera numerari, quamuis apud Græcos λαχανα sint: propterea & apud Latinos olera esse ostendemus. Nam Celsus libro secundo capite decimo octauo, ubi titulum præfixit, Qui cibi potiones ue aut ualentis aut mediæ aut imbecillæ materiæ sint: inquit ante mediā capitis partem, Ex oleribus ualentior rapa, napique, & omnes bulbi, in quibus cepam quoque & allium numero, quæ pastinaca, uel quæ specialiter radícula appellatur. postea sequitur, Item firmior brasiica & beta & porrum, quam lactuca uel cucurbita uel asparagus: ut ex hoc Latino authore facile colligere possimus, & allium & cepas & bulbos sub nomine olus uenire, & sub nomine λαχανον; quamuis Galeni autoritas ad hoc satis superque fuisse

set: imò & Hippocrates in libro De alimentis, prope finem, hæc inter *λεθγεναι*, idest olera numerat: additq; coriandrum, quod à Galeno enumeratū non est. Paulus etiam Ægineta olera enumerans, quæ edendo sunt, illa refert, quæ nos ex Galeno adduximus: Sed & halimom & nasturtium & sinapi & gingidium addidit. Deniq; hæc omnia stabilem naturam non habent, sed celeriter nutriunt, & celeres quoq; excretionem habent, illam etiam per excretionem intelligentes, quæ in toto corpore fit transpiratio. Cum igitur apud Hippocratē aut Galenum & alium ex antiquioribus saxatiliū piscium aut olerum mentionem faciā inuenies, hæc intelligas quæ superius à nobis enumerata sunt, nisi unum aut alterum desit, quæ ex his intelligi facile possunt. Ad perfectiorem præterea huius Commētationis intellectionem, & ad cognoscendos ualentes & imbecillos cibos, Celsum legere potes libro secundo, capite decimo octauo, & per multa capita consequentia.

## APHORISMVS XIX

**A**cutorum morborum non omnino sunt certæ prænuntiationes aut salutis aut mortis.

## BRASAVOLVS

IN HOC aphorismo ab Hippocrate docemur, morbos acutos certitudinem non habere, an sanari debeant, uel interimere ægrum, nempe acuti morbi tales sunt, ut certe & sine aliquo dubio prædicere non possimus, an æger moriturus sit, uel sanitati restituendus. Ne igitur putes, acutos morbos omnes certum salutis aut mortis indicium habere, sed aliqui reperiuntur qui sunt incerti.

*Τὸν ἄξιον νοσημάτων.* idest, Acutorum morborum. ] Duæ sunt conditiones, quæ apud Galenum acutum morbum constituunt: una est, quod cito terminetur, sed ipsa non est satis, aliter ephemera febris, quæ cito terminatur, esset morbus acutus. Alia conditio est, quod statim in principio magnitudinem habeat. Cognoscitur uero ipsius magnitudo ex intensis symptomatibus & sæuis: sed ut hic docet Galenus, duæ sunt morborum acutorum naturæ: una est, quæ ab humoribus sumitur, quia calidi sunt; non tamen aliquo in loco præfixi: sed qui in omni animalis parte æqualiter generari possunt. Altera natura ex loco sumit, in quo fit morbus: nam lateralis morbus acutus est, quia in pectore fit, in quo est principalissimum & nobilissimū membrum cor. Præterea inflammatio pulmonis acutum morbum facit, quia hic locus nobilissimus est, & pulmo instrumentum est nostræ uitæ necessarissimum: & angina etiam, quæ fit in loco angusto, per quem spiritus quo uiuimus transit, & qui si absit, animal statim perit. Hi sunt acuti morbi, qui habent symptomata praua, & sunt citæ terminationis: cita uero terminatio est modo non transcēdat decimum quartum diem: quoniam ut Hippocrates deinceps edocebit, acuti morbi in quatuordecim diebus finiunt. In primo autem libro morborum diuisionem secundum Hippocratē & Galenum edocuimus. Nunc uero pro perfectiori intellectu, acutorum morborum diuisionem referre non pigebit. Galenus in secundo De diebus decretorijs libro, Morbos simpliciter acutos nuncupat, qui in quatuordecim diebus finiunt, peracutos simpliciter qui in septē, exacte peracutos qui in quatuor, acutos ex decidentia qui in uigesimo die usq; ad quadragesimū: quamuis Galenus hic dicat usq; ad sexagesimum: sed hi iam diuturni effecti sunt. Omnes igitur acuti morbi potissimum simpliciter, uel exacte peracuti, & non exacte (hos enim sub acutos intelligo) certas non habent salutis aut mortis prænuntiationes. Propterea Hippocrates in libro De morbis qui extra, quæ Galenus non Hippocratis sed Polybi esse affirmat, inquit: Morbi acuti ferme omnes uel necant, uel maximum negotium faciunt, quos diligenter obseruato curatoq; & curando, ne quid mali inferas, caueo. Sed tantum quatenus possis, morbo resistito, quod optimum est. Celsus huius Aphorismi mentionem facit libro secundo, capite sexto, in quo de signis mortis agens in fine dicit: Neq; tamen ignorare oportet, in acutis morbis fallaces magis notas esse & salutis

& mortis. Et idem Celsus capite primo libri tertij dicit, Magis ignoscendum medico esse in acutis parum proficienti, quam in longis. Hic enim breue spatium est, intra quod si quod auxilium non profuit, æger extinguitur: ibi & deliberationi & mutationi remedium tempus patet, adeo ut raro si inter initia medicus accessit, obsequens æger sine illius uitio pereat.

Philothæus idem ferè repetit quod à Galeno dictum est, in quiens, *ὄφρα νοσήματα κελῆ, ὅσα καὶ ὀλίγου χρόνου λεραποῦσιν, καὶ ζῶουσαν καὶ σταθεῖν δόξασι, καὶ χαλεπῆ συμπτώματα ἔχουσι. καὶ ἀπλῶς τὰ ἐκ χαλεπῆς γινόμενα. ἀλλὰ ταῦτα ἢ ἰσοτιμῶς ἢ ἀπαισι τοῖς τοῖς ζῶον μορίοις γίνονται, ὡς οἱ κελῆσι, ἢ ἢν τῶν πῶν τινὶ πεπονηδῶτι, ὡς πεπονηδῶν μονία καὶ κωλυγγῆ, αὐτὴ πύτων οὐκ ἔν δέξω νοσήματων οὐ παντλῶς ἀσφαλῆς αἰ πεπονηδῶν, οὐτε ὑγίαις, οὐτε θανάτου, εἴη τίς ἢ ἀπαισι δέξωροπον καταβολῶν, ἢ τις νέμεται τὴ φῶσι τῶν ὄργαζομένων αὐτῆ χυμῶν, καὶ εἴη τὸ μεταξὺ γίνεσι τῶν λεραποῦτων χυμῶν ἐξ ἐπὶ τῶν εἰς ἐπὶ τῶν, πυρῆσι καὶ μορίων λυεῖων εἰς ἀκῦρα, καὶ ἀκῦρων εἰς λυεῖα.* idest, Acutus morbus uocat, eos quicunque & paruo tempore uigent, & feruentem atque urentem caliditatem, & molesta symptomata habent, & simpliciter qui ex bile facti sunt: sed hi uel æqualiter in omnibus animalis partibus fiunt, ut ardentis febris: uel in loco aliquo patiente, ut peripneumonia & angina. In his igitur acutis morbis non omnino certæ pronuntiationes salutis aut mortis, uel propter celerem mutationem quæ in ipsis fit, quæ humorem facientem ipsos morbos natura depascitur, uel quod humor affligens, ex alijs in alia quodammodo transfuit, hoc est à partibus principalibus ad minus principales, & à minus principalibus ad principales.

*Ὁὐ πάντως ἀσφαλῆς αἰ πεπονηδῶν, οὐτε εἴ ὑγίαις, οὐτε τὸ θανάτου.* idest, Non omnino sunt tutæ prænuntiationes salutis aut mortis. Hæc particula Non omnino, posita est ut significetur non esse certitudinem, tamen in aliquibus solum errari, & non in maiori parte, ut Galenus in Commentatione edocebit.

Prænuntiatio, est medici prædictio de ægri salute aut morte: nam ut Hippocrates in principio primi Prognosticorum libri: Necessarium est medicum uti prædictione. Hæc uero necessitas propter duo est: primo, quia medicus offendit se circa artem sapientem: & ille melior medicus est, qui in prædicendo minus errat. Imò hæc sunt eodem loco Hippocratis uerba: Optimum esse, medicum uti præuidentia: quia prædicens futura & præsentia, & commemorans præterita, creditur agnoscere ægri conditionem. hinc audent homines, magis huic medico se concredere, imò & medicus qui futura cognoscit, melius sanare potest. Aliud est quod medicum cogit ad prædictionem: id inquam quod ab ægri affinibus & domesticis, quid de egro futurum sit, indies interrogatur. In acutis temere pronuntiare non est opus, quia non sunt certa salutis aut mortis signa, quæ adeo necessitent, ut aliquo casu deficere possint. Hoc autem indies euenit, ut aliqui medicorum legibus desiderari debeant qui sanantur: & e contrario aliqui, quibus sanitatem promittit ars, tamen occumbunt. Nam materia quæ acutum morbum facit, calida est, & de loco ad locum mobilis, quando nos illam sistere putamus, & ex insperato de ignobili membro ad nobile mouetur, & interficit: e contrario in uno nobili membro fixa uidetur, in quo quum sit, interficere debet: tamen uel ad ignobile membrum mouetur, uel ad uias per quas euacuatur, & ita sanus efficitur.

Si uero petas, in acutis morbis quæ sint signa futuram mortem ostendentia, Hippocrates in primo Prognosticorum illa enumerat, in quiens, Signum salutis esse, habere faciem similem sibi sano. At si ualde dissimilem à se ipso sano habuerit, indicium mortis esse iudicat: tamen hoc certissime pronuntiare non debes, quia facere possunt. Si etiam uideris compressum nasum, oculos concauos, tempora adstricta, aures contractas & frigiditas, aurium fibras euersas, cutem circa frontem duram, intentam, aridam, colorem totius faciei uiridem aut nigrum. Si hæc insint habenti acutum morbum, tamen non uigilauerit, nec resoluta est aluius, nec fame affectus est, hunc moriturum, & certissime iudicato. At si indicia sint his opposita, hunc sanitati restituendum prædicito. Cumque hæc signa apparent, rarissimum est, quod illi non moriantur, & hi non sanentur: tamen quia quandoque (& si raro) medicus falli possit, propterea dixit, Non omnino sunt certæ: quoniam in aliquibus licet paucissimis sunt incertæ, ut in Galeni commentatione edocebimus. At alia signa sunt, quæ mortem portendunt, præsertim secundum

dum particularem morbi essentiam, quem aeger affectus patitur: nempe in omni particulari morbo sua sunt particularia signa, quæ ex libro Prognosticorum sumi possunt: nam ab oculis incipit Hippocrates, & ad omnes particulares corporis partes descendit, & ad ægritudines etiam particulares: imò hæc sunt Hippocratis uerba tertio Prognosticorum sectione septima, quibus ostendit in principijs diuturnorum morborum præsentendi difficultatem: *πυρίαι δὲ ἐν ἀρχῆσι δὲ χελεωώτερα προγινώσκου τὰ μέλλοντα ἐν πλείω χρόνῳ λείνεσθαι. ὁμοίωσται γὰρ αὐτῶν αἱ ἀρχαὶ εἶσιν.* idest, In horum autem principijs difficilior est prædicere, ea quæ parte maxima temporis iudicanda sunt: eorum enim principia simillima sunt. Paulopost addit, *τὰ δὲ ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ μέλλοντα λείνεσθαι, ὑπερτέτρα προγινώσκου. μέγισται γὰρ τὰ διαφύροντα ἀπὸ ἀρχῆς αὐπσιον.* idest, Quæ autem breviori tempore iudicanda sunt, prædici propensius possunt: maxime enim à principio dissident. Morbi igitur acuti, sua habent primis statim diebus salutis aut mortis indicia.

Quod legitur, Salutis & mortis, in aliquibus contextibus, saluti mors præfertur, hoc modo, *οὔτε τὸ θάνατον, οὔτε τὴν ὑγίαν.* idest, Neq; mortis, neq; salutis. Itaq; Hippocrates sibi ipsi affinis est in libro De morbis qui extra, qui de morbis acutis agens, saluti mortem præponit.

Scito præterea, nos in morbo acuto plura prædicere posse, ut quod sudor fieri debeat, quod hæc uel illa symptomata consequi debeant, de his non intelligit Hippocrates: nec dicit quod horum prædictiones certæ uel incertæ sint, sed quod illæ solum incertæ sunt, quæ de morte uel de salute fiunt, idq; indies medico cõtingit: propterea me dici, in acutis morbis temere prædicere caueant, quicquid ab Hippocrate primo Prognosticorum dicatur, semper tamen medicus sub conditione loqui debet.

## GALENVS

**A**CVTI morbi, præter id quod celeriter iudicatur, statim etiam magnitudinem habent. Nam febres diariæ, quas Græci ephemeræ uocant, licet cito finiantur, non tamen acuti morbi nominantur. Duplex autem est acutorum morborum natura. Vel enim in humoribus calidis solis, qui nullum obsedere locum, sed æqualiter in omnibus animalis partibus apti sunt ex sua natura generari, uel loco aliquo patieris fiunt, ut in morbo laterali, pulmonis inflammatione, angina, & omnino in acutis morbis sunt febres continuæ. Rari enim sunt ex ipsis quibus febres non adsint, ut morbus attonitus, quem Græci apoplexiam uocant. Morbi uero longi ob crassos, lentos, ac frigidus fiunt humores, qui non facile cõcoqui possunt, & in patientibus partibus impacti sunt atq; agglutinati, ita quod eorû dispositiones magis præduris tumoribus quàm inflammationibus assimulantur. Pauci uero ex ipsis fiunt per compactionem, & absque loco patiente, in quibus uenæ omnes æqualiter habent humores putrescentes, uel atræ bilis, uel pituitæ naturâ præ se ferentes. In his omnibus uidetur Hippocrates fidere præcognitionibus, in acutis uero non omnibus. Verum est aliquando, quod & falli præcognitionem confitetur. Tale enim quid est quod dicitur, Non omnino, hoc est, non in omnibus: quod genus sermonis usurpare consueuerunt, quando paucos ex multis uolunt excipere, ut quum dicunt, Non omnes homines mali. Qui enim hoc dicit, ostendit paucissimos esse bonos. Ita igitur & nunc Hippocrates ostendit, inquit, Non omnino certas esse in morbis acutis prænuntiationes: quum aliquando, quamuis raro contingat medicum optimum aberrare: hoc autem fit propter subitam in iudicatione permutationem, quæ naturam humorum sequitur morbificorum, & quia nonnunquã humor noxius ex uno loco transfertur ad alterum.

## BRASAVOLVS

**PRIMO** Galenus docet, quid per acutos morbos intelligi oporteat, nempe illos qui cito terminantur, & qui statim magnitudinem habent, quæ magnitudo est quidem quo ad essentiam morbi, & potissimum in symptomatibus cognoscitur.

**SECUNDO** docet, duplex genus acutorum morborum, unum ratione caliditatis materiæ

tis materiae, quæ cito mouetur, & cito alteratur, & in magnitudinem deuenit: aliud ratione loci in quo fit, ut morbus lateralis, inflammatio pulmonis, angina: imò & ipsæ febres non intermittentes, inter morbos acutos enumerantur: & rari sunt acuti morbi, quos febres non intermittentes non concomitentur: & exemplum in uno acuto morbo ponit, in quo non est febris non intermittens, scilicet apoplexia, quem Latini attonitum morbum appellant, de quo Celsus libro tertio, capite uigesimo sexto: licet ibi non modo attonitus uocet, illos qui ἀποπληξίαν incidere, sed etiam eos qui icteru fulminis, corpus & mentem stupidam habent: quamuis etiam capite uigesimo septimo, paralytim & apoplexiam apud ipsum idem esse uideatur. Sed illud est secundum loquendi modum sui temporis, non quia ignorauerit, apoplexiam paralytim antecedere.

Quod legitur, Obsedere. Græce est, *ὑπακλιθίσαι*.

Quod legitur, Et omnino in acutis morbis sunt febres continuæ. Græce est, *καὶ οἱ γὰρ παντὶ τὸν πῦρον συνεχῆς εἶσι, ὅτι καὶ τοῖς ἀποπληξίαν* idest, Et febres uniuersaliter non intermittentes sunt, in acutis morbis, in quibus scilicet sunt febres: quoniam aliqui acuti sunt absq; febre, ut apoplexia, epilepsia.

TERTIO notat, morbos longos, ob crassos, lentos ac frigidos humores fieri, qui facile concoqui non possunt, & in patientibus partibus impacti sunt, atque inglutinati: unde comparationem quandam facit, quod hi morbi diuturni, duris tumoribus potius comparari possunt, quam inflammationibus. Morbi igitur acuti inflammationibus comparabuntur: nam præduri tumores, à frigida, crassa & lenta materia fiunt: inflammationes uero à calida, tenui, & facile mobili: propterea illi diu perdurant, hi cito abeunt.

QUARTO notat, paucos esse diuturnos morbos, qui fiant per compassionem, & non absq; loco patiente, in quibus uenæ omnes æqualiter habent humores putrescentes, uel atræ bilis uel pituitæ naturam præ se ferentes. In hac cõtextus parte uariæ sunt lectiões: nam antiquus Leonicensi codex ita legit, Pauci uero ex ipsis fiunt, per compassionem, & absque loco patiente. Leonicenus se ipsum correxit, ut deinde illam particulam legeret absque hac parte Per compassionem, & sequenti parti adderet aduerbium negandi, hoc modo: Pauci uero ex ipsis fiunt, & non absque loco patiente. Quidam uero addunt & illam particulam Compassionem, ut sensum faciant: Pauci uero ex ipsis fiunt per compassionem, & non absq; loco patiente. Antiqua translatio legit, Rari autem sunt diuturni morbi non inferentes passionem alicui membro. Est etiam in Græcis codicibus differētia; nam Aldinus primam Leonicensi lectiõnem habet hoc modo, *ὀλίγα δὲ ἐξ αὐτῶν γίνονται τὰ κατὰ συμπάθειαν, καὶ χωρὶς τόπου περιονδύου*. idest, Pauci autem ex ipsis (scilicet morbis longis, de quibus statim superius loquebatur) fiunt per compassionem, & sine loco patiente. Noster uero antiquus contextus hoc modo legit, *ὀλίγα δὲ ἐξ αὐτῶν* (in margine additum est, *χρονίω*) *γίνονται καὶ χωρὶς τόπου περιονδύου*. idest, Pauci autem ex ipsis (scilicet diuturnis) fiunt, & absque loco patiente. Nota præterea, in antiquo contextu deesse illam particulam, *ἐν οἷς*, idest, in quibus: quam tamen Leonicenus interpretatur, & in impressis passim codicibus inuenitur. Quicquid sit, huius partis sensus est: In morbis diuturnis rarum esse, quod materia alicui loco infixæ non sit: raro etenim est, quod omnes uenæ æqualiter putrescentibus humoribus sint plenæ: humoribus, inquam, uel atræ bilis naturam, uel pituitæ præ se ferentibus. Propterea in hunc modum legendum putamus: Pauci uero ex ipsis (scilicet diuturnis) fiunt, in quibus omnes uenæ æqualiter humores putrescentes habeant, atræ bilis, aut pituitæ naturam præ se ferentes, & non absque loco patiente. Vel hunc sensum faciamus: Pauci sunt morbi diuturni, qui fiant absque loco patiente: idest, quod omnes uenæ humoribus putrescentibus sint æqualiter plenæ, qui habeant atræ bilis, aut pituitæ naturam: tumc; hoc modo Galeni commentationem legemus, Pauci uero ex ipsis fiunt, & absq; loco patiente, in quibus uenæ omnes æqualiter habent humores putrescentes, uel atræ bilis, uel pituitæ naturam præ se ferentes: Omnes hi sensus & ueri sunt, & aliquibus Græcis codicibus conueniunt. Quicquid sit, hoc

fit, hoc indubitatum est, à Galeno edoceri, diurnos morbos ut plurimum esse in statu nostri corporis loco fixos, & non in omnibus uenis: tamen quandoq; sunt in omnibus uenis. Non desunt tamen, qui antiquam translationem potius imitantur sensum faciunt: Rari sunt diurni morbi, qui alicui membro passionem non inferant, & hoc secundum genera atrae bilis, uel pituitae, quae aequaliter in uenis abundant.

QVINTO notat diurnorum morborum praecognitiones, apud Hippocratem certas esse, & in ipsis fidere: sed in omnibus acutis non fidei. Tamen hic dubium fieri poterit, quia in Hippocrate expressa contradictio uidetur, nempe tertio Prognosticorum libro, sectione septima, & Hippocrates & in Commentatione Galenus dicit, in acutis morbis certiores esse iudicationes, quam in diurnis: imò eodem loco Galenus de luctantibus exemplum ponit, quos quum inspexeris, si unum alterum excellenter superare uidebis, de uictoria statim iudicas, & cui danda sit decernis. Sed si non uideris alterum eorum magnopere superare, eos diu pugnuros iudicas: tamen incertus es cui uictoriam decernere debeas. In aegritudinibus aequae est: nam in acutis statim à principio uidebit, an natura uel materia superare debeat: in diurnis, minime. Acutiarum igitur aegritudinum indicia erunt magis certa, quam diurnarum. Sed re uera, si Hippocratem & Galenum eo libro contemplemur, sibi ipsis non contradicunt, quia solum de cognoscendi celeritate loquuntur, non autem de certitudine, quod Galenus ex luctatorum exemplo manifeste ostendit. Hic igitur in toto morbo loquens dicit, In diurnis morbis certiores esse, quam in acutis praedictiones. In praecitato uero tertio Prognosticorum loco, dicit, in acutis citius cognosci quid praedicendum sit, quam in diurnis: & hoc non immerito, quoniam in acutis naturae pugna cum materia statim uidetur, in diurnis autem non. nam haec pugna non uidetur nisi in processu: & quia in diurnis iudicium differtur, propterea singulos quaternarios considerandos iubet. Si uero diurnum morbum in statu accipias, ubi est maxima naturae cum materia pugna, tunc certius iudicium facies, quam in acutis: quia in acutis quandoq; fallere potest (licet raro hic secundum Galenum) in diurnis uero nunquam fallit. Nos tamen consulimus, quantumcunq; sit uir ingenio pollens, ut quanto minus fieri possit, praedicat. nam tot praeter expectationem contingere possunt, ut errare facillimum sit. Galenus igitur quicquid uoluerit dicat, & iudicet ipse suo iudicio, Illud medicum non esse optimum, qui non praedixerit. Nos semper scholasticis nostris suadere statui mus, ut quantum possibile sit, à praedictionibus abstineant: sed solum sibi ipsis in anima praedictiones figant, ut agrum curare possint, & à futuris malis praecauere. Nos toties uidimus summos uiros, & omni doctrinarum genere praeditos, in praedicendo aberrare, ut referre nos pudeat, quoties, quando, & in qua aegritudine. Scimus enim, facilius esse scribere, quam quod scriptum est exercere. Arbitramurq; plura per intellectus considerationem, quam per oculatum sensum esse scripta. Quisq; igitur quantum potest (nam semper tum ob aegritudinem, tum ob adsistentes euitari non potest) à praedictione abstineat.

SEXTO exponit illam particulam, Non omnino: quae sua lingua dicit, οὐ παντα, quam uult positam esse, ut pauci è multis excipiantur. Est autem loquendi quidam modus, quo & nos in praesentiarum utimur: quum enim paucos homines bonos esse enuntiare uolumus, dicere solemus, Non omnes homines mali: idest, pauci sunt boni. Hoc loquendi modo utimur, quando è multis paucos excipere uolumus: propterea praedictiones aliquas in morbis acutis excipere uolentes, dicimus, Non omnino sunt certae: idest, non penitus omnes sunt certae, sed paucae sunt incertae: nempe optimus medicus aut nunquam, aut raro errat. At errores contingere possunt, uel quia morbi acuti uelociorem motum habuerint, propter suae materiae naturam: unde in hoc decipi potest: uel quia noxius humor, de loco in locum transfertur: uel quia est in ignobili loco, & ad nobilem mouetur, itaque interimit, quando sanitatem sperabat medicus: uel quia à loco nobili ad ignobilem mouetur, & ita sanus aeger efficitur, qui à medico ad mortem iudicatus erat.

Notat tamen, optimum medicum raro aberrare, uerū tamen errare posse. Ab Hippo



crate uero in principio primi Prognosticorum libri, Medicus tanto excellentior iudicatur, quanto minus in iudicando errat. Sed quod nos superius tam affectate diximus, iterum in presentiarum reperemus, ne in iudicando & praeedicendo praecipuus sis. At quispiam forte iudicabit, nos plerumque in iudicando fuisse deceptos, ut qui tam sedule praedictionem prohibeamus. Huic respondebimus: Nos, deo optimo fauente, in excellentissimorum uirorum collegijs & publicis ac priuatis colloquijs, semper felicissime praedixisse: tamē uidimus celeberrimos uiros in praedicendo mire cespitasse. Vnde Nicolaus Leonicenus praceptor celeberrimus, in acutis uel diuturnis morbis nunquam nisi coacte praedicebat. Neque à Ioanne Manardo in praedictione uerbum extorsisses, adeo hi uiri praedictiones refugiebant. Propterea & si Galenus in aliquibus incertas esse salutis aut mortis praedictiones intellexerit, nobis non ab re uidetur, Hippocratem simpliciter accipere, quod in acutis, salutis aut mortis praedictiones incertae sunt: & ideo ne facile atque temere praedicamus, admonet. Quod autem à Galeno additur, in diuturnis esse certas; dicemus, Si in acutis incertae sunt, in diuturnis etiam incertas esse oportebit: quia in longis itineribus, quae praecipitia, quae ruinas, quae flumina, quae stagna, quos lapides inuenire atque incidere debeamus, ignoramus. Vnde Galeni seruata pace, morbos acutos difficulter iudicari censemus, diuturnos uero difficilius: propterea Hippocrates hunc aphorismum scribens à temeraria praedictione nos deterret, ne praecipites simus, & derisui efficiamur.

Quod legitur, Tale enim quid est quod dicitur, Non omnino, hoc est, non in omnibus; ita Graece habet, *ποῦ ποὺ γὰρ οὐδὲν οὐ πάντων, ἀπόφασις ὅτι τὸ δὲ οὐ πάντων, τῆ οὐ πάντων λέγει, τὸ οὐ σημαίνει, καὶ ἐστὶ τὸ οὐ πάντων, ἴσως ἔσθ, οὐκ ἂν πάντων.* id est, Tale enim quid est quod dicitur, non omnino, negatio existens. Hoc autem quod dicitur Non omnino, idem significat quod Non in totum. Et hoc quod dicitur Non omnino, aequale est ei quod dicitur Non in omnibus. Sed hic dubitat Oribasius, quum Hippocrates alibi (scilicet in libro Prognosticorum) testetur, à medico praesciendae esse praesentia, praeterita & futura, cur hic dicit non posse praedici uitam uel mortem in acutis? Respondet Oribasius, aegritudines in acutas, peracutas, medias & longas distinguere: nunc ab Hippocrate de acutis & peracutis uerba fieri: dubitatque an de acutis cum febre uel sine febre loquatur: Respondetque, de pleuritica & synanchica passione ipsum sensisse: dicitque, pleuritica passio iuxta uitalia fit loca, quae quum subito trahitur ad pulmonem, fit peripneumonia, & transfertur ex acuta ad peracuta: & propter istam mobilitatem, Hippocrates dubium uoluit esse medicum, ne in aliquo fallax inueniretur. Sic item angina est affectio, quae fit in ipso principio nutritorii loci, uel uitalis, quae dum emendari uidetur, tunc recidit ad pulmones, & mortem infert, & in mutatione de loco in locum dubium est. Ideo Hippocrates uoluit, medicum neque praedicere mortem, neque salutem: ut hinc facile haberi possit, in aliquibus solum acutis Hippocratis sententiam ueram esse.

## APHORISMVS XX

**Q**uibus iuuenibus adhuc aluus humecta est, his senescentibus exiccatur. Quibus uero iuuenibus adhuc aluus sicca est, his senescentibus humectatur.

## BRASAVOLVS

NE LECTOREM diu moremur, huius aphorismi breuis sensus est, Qui in iuuentute aluum humidam habent, his in senectute sicca efficitur, id est, Qui bene in iuuentute excernunt, aegre in senectute excernunt: hoc est, Si alui excrementa & feces in iuuentute humidae sunt, in senectute siccae & praedurae efficiuntur: e contrario qui in iuuentute siccam aluum habuerint, in senectute humectam faciunt. Quod an uerum sit, dubitare contingeret: nisi Galenus hoc uniuersaliter uerum non esse expressisse docuisset. An uero hic Aphorismus idem cum illo sit, qui in huius libri calce describitur

scribetur (scilicet, Quorum aluus humida est, si iuuenes fuerint in melius commutant, quam hi quibus est sicca. In senectute uero deterius, nam magna ex parte senescētibz exsiccat) suo loco quid dicendum sit, explicabimus, ostendentes quodam modo dif-  
ferre, & alio quodam conuenire. Philotheus his uerbis præsentem aphorismum in-  
terpretatur, ἔστι τῶν ἀκμαζόντων ὕγρα γίνεται ἢ γαστήρ, ἢ δὲ ψύξιμ οὖσαν πρὸς τὴν γαστέρα, ἢ  
δὲ ῥαμίω ἐλ ἀκραιπνὴς διωδμεως, ἢ δὲ χολῶν παραρρέουσιν τῇ γαστρὶ καὶ ἑντέροις. καὶ οἷς  
νεώρουσι ἡλικία ὕγρα δὲ ψύξιμ γαστρος, πύποις γηρασθῆναι φεραὶ δὲ τὴν ἐπίτασιν ἐλ ψύ-  
ξιμ, καὶ οἷς νεώρουσι ὕγρα δὲ ῥαμίω ἐλ ἀκραιπνὴς, πύποις γηρασθῆναι φεραὶ, δὲ ἀδρῆσαι  
ἐλ διωδμεως, καὶ οἷς νεώρουσι ὕγρα δὲ χολῶν παραρρέουσιν, πύποις γηρασθῆναι φεραὶ, δὲ  
τὴ μὴ γηναῖσαι ἢ αὐτοῖς χολῶν. πάλιν ἔστι τῶν ἀκμαζόντων φεραὶ γίνεται ἢ γαστήρ, ἢ δὲ θέρ-  
μιμ οὖσαν πρὸς τὴν γαστέρα, ἢ δὲ τὸ μὴ παραρρέειν χολῶν ἢ τῇ γαστρὶ καὶ ἑντέροις, ἢ δὲ ἀναδύ-  
σιμς γινομένης ἢ τῷ λόγῳ. καὶ οἷς νεώρουσι αἰ κωιλία φεραὶ δὲ θερμότητι, πύποις ἀκρηρα-  
σθῆναι ὕγρα δὲ ψυχρότητα, καὶ οἷς νεώρουσι φεραὶ, δὲ ἑντέριαν χολῆς, πύποις ἀκρηρασθῆναι  
ὕγρα. οὐχ ἐπὶ τῷ δὲ τὸ μὴ γηναῖσαι χολῶν; ἀλλὰ δὲ τὸ ἑπὶ πλῆθος βαρεῖσαι. οἷς καὶ νεώ-  
ρουσι φεραὶ δὲ τὴν ἢ τῷ λόγῳ ἀναδύσιν ἐξ ἀδρῆσαι τὸ ἥπατι. ἰσίου δὲ, ὅτι ὕγρα καὶ φεραὶ  
λέγει γαστέρα, οὐ πρὸς τὴν οὖσαν, ἀλλὰ πρὸς τὰ πνεύματα. ἰσίου δὲ καὶ τῶν, ὅτι οὐτὸ ὁ λό-  
γος, ὡς ἔστι πολλὸν ὄσι. idest, In his qui in uigore ætatis sunt, humidi fiunt uentres, uel ob  
frigiditytatem circa uentrem existentem, uel ob excretiuz potentiz robur, uel ob bilem  
ad uentrem & intestina profluentem. Quibus iuuenibus ætates humidæ ob uentris fri-  
giditatem, his senescentibus siccæ ob frigiditytatis intensionem. Et quibus iuuenibus hu-  
midæ ob excretiuz potentiz robur, his senescentibus siccæ ob potentiz imbecillita-  
tem. Et quibus iuuenibus humidæ ob defluentem bilem, his senescentibus siccæ, quo-  
niam in ipsis non fit bilis. Rursus in uigore ætatis sicci fiunt uentres, uel ob calidita-  
tem circa uentrem existentem, uel quoniam bilis in uentrem & intestina non defluit,  
uel per anadosin, idest distributionem secundum rationem. Quibus iuuenibus uentres  
sicci ob caliditatē, his senescentibus humidī ob frigiditytatem. Et quibus iuuenibus sicci  
ob bilis defectum, his senescentibus humidī, non simpliciter, quia bilis non gignatur,  
sed quoniam à multitudinē humorum grauat, quibus & iuuenibus sicci ob anado-  
sin, idest distributionem secundum rationem ex iccoris imbecillitate. Sciendum uero,  
quod humidum & siccum uentrem dicit, non quidem quo ad substantiam, sed quo ad  
excrementa. Hoc etiam scire oportet, hunc sermonem ut plurimum esse.

Oribasilus uidetur hæc ad uictum & ad regionem comparare, nempe dicit, Si habi-  
tauerit in regione calida & sicca, & cibus talibus usus sit, quis ignorat talem esse iuue-  
nem? Omnia siquidem talia solēt adstringere. Immutata uero ætate, necesse est, ut om-  
nia immutētur, & humentem habeant aluum. Nam biliosis siccus per immutationem  
ætatis uictus, à frigida pituita temperatur, & humectatio ex ea temperatura fit, unde  
alui solutio; ut iuuenis uero solum habeat uentrem, situ regionis accedit, & ciborum  
copia, quia à bilioso incitatur contentiua uirtus, & solutionem facit uentris. In senecti-  
te enim immutatio fit, quod pituita soleat constringere & constipare. Hæc Oribasilus,  
quæ partim uera sunt, partim falsa & ad Hippocratis sententiam nihil attinentia.

ὁμοιοσι νεοισμ ἰούσιν αἰ κωιλία ὕγρα ἐστίν. idest, Quibus iuuenibus existentibus aluus  
humidæ sunt. Leonicensus illam particulam ἰούσιν, interpretatur adhuc, quæ signi-  
ficat Existentibus; & quamuis iuuenilis ætas à pueritia & consistentia distincta esse ui-  
deatur, tamen in præsentiarum per iuuenes illos intelligit, qui sunt citra primum se-  
nium. Per aluum uero intelligit inferiorem uentrem, qui iecur, uentriculum, & intesti-  
na continet; etenim ab his membris, alui lubricitas & humectatio fit: sed potissimum  
à uentriculo ortum habet. Quot uero sint humidæ alui causæ, à Galeno in Commen-  
tatione refertur, quas si huc adducere tentarem, Galeni Commentationem præue-  
niremus, nam in commentationis examine eas referre tentabimus. Scito uero nunc  
pari lubricam aluum & humidam, quoties facile, bene, multum, & liquidum excerni-  
tur. Stipticam uero aut siccam, quoties difficulter, male, parum & durum excernitur.

Scito etiam aptius esse legere in plurali Alui humectæ sunt, ut omnia complexa  
mur membra, quæ humiditatem alui faciunt, quam in singulari legere.

Τούτοις ἀκρηρασθῆναι φεραὶ γίνονται. idest, His senescentibus exsiccantur. Cuius ra-  
tionem

tionem in Galeni commentatione ostendemus; nam edocebit Galenus causas humiditatis alui in iuuenibus, in senioribus in cōtrarium mutari: propterea necessarium est, & effectum in cōtrarium permutari. Effectus uero erat, iuuenes ob illas causas humidam aluum habere; unde necessarium erit, cum causæ in senioribus in contrarium fiant, effectus contrarios effici, id est uice uersa dicere oportet.

ὁμοιοσι δὲ νεοισι εὐσι αἰ κωιλια ξηρα εἰσι, ταῖτοις ἀπυρωλοισι ὑγραίνονται. id est, Quibus autē iuuenibus alui sicca sunt, his senescentibus humectantur. Quod per oppositas causas intelligere oportet; de quibus in Galeni commentatione agemus.

Aphorismus autem probe intelligendus est, ut uniuscuiusque lubricitas & humiditas, suæ naturali duritiei comparetur; non autem diuersæ & alienæ. unde intelligere oportet, si iuuenis humidam aluum habuerit, quando senex efficietur, siccam habebit, respectu illius lubricitatis quam in iuuentute nactus erat; & ideo siccitas & humiditas semper respectu sui ipsius intelligenda sunt, & non comparantes uel ad naturam temperatam, uel ad aliam. Adde, semper eundem uictus modum seruandum esse; nam si iuuenis humida comederet, & siccam aluum haberet, senex autem effectus siccis uesceretur, aphorismus in tali casu uerificari non esset opus, ut exquisitius in Galeni commentatione ostendemus. Est autem hic aphorismus ut plurimum uerus, & ex eo id modi habebimus, quod sciemus quibus edulsijs, quibus uel medicamentis pro mouenda aluo in his ætatibus uti debeamus.

## GALENVS

QVOD QUIDEM hoc ex magna parte fiat, & non semper, ostendit ipse, inter sequentes hunc scribens aphorismū. Quorum aluus humida est, si iuuenes fuerint melius commutant, quàm hi quibus est sicca, in senectute uero deterius, nam magna ex parte senescentibus exiccatur. Oportet autem humidam, & siccam aluos intelligere, non simpliciter, sed eadē uictus seruata ratione. Si quis enim in iuuentute Alexandrinorum uictu uteretur, falsis utens cibus, & porris, zythumque superbibens, in senectute uero nihil horum assumeret, lentem autem esicaret, & uinum austerum potaret, quo pacto diceremus huius hominis deiectiones ætatis ratione permutari? Sic & qui in iuuentute lentibus uesceretur, & mespilis, & uinum austerum potaret, in senectute autem uictu uteretur Alexandrinorum, atque ita cum uictu excretiones mutaret, non recte ex deiectionibus iudiciū fecerimus. Sed cum omnia alia, non solum quæ ad cibos attinent, paria agentur, & deiectiones cōmutabuntur, tunc rectum fiet iudiciū de his quæ ab Hippocrate in hoc aphorismo dicuntur. Variantur autem deiectiones ætatum ratione secundum eas quæ in corpore mutantur dispositiones, ex quibus aluus siccior humidior ue fit. Quæ nam uero sint hæ dispositiones, unum est ex his quæ quærentur, atque adeo longum mihi futurum super hoc sermonem existimo, si proprias studuero adhibere demonstrationes, quod unus integer liber erit necessarius. Sed hoc aliàs fortè à nobis fiet. Nunc breuibus capita expediam, his utens quæ in commentarijs de potentijs naturalibus, & de causis accidentium demonstraui. Plus quàm modo conueniat, fit aluus humidior, quando cibus in chylum cōuersus, in ipsa parcius distribuitur. Sic poro uero rursus, omni humore in ipsa contento ad hepar relato. Causa uero ob quam parcius distribuitur, est aut quia plus cibi aliquando assumimus, quàm hepar indigeat. Contingit autem quandoque, ut citius deijciatur. Nam cum cibus modum excedit, eius superfluum derelinquitur, ubi hepar tantum ad se attraxerit, quanto indiguerit. Cum uero properat ad exeundum, non præuenit hepar tantum attrahere, quantum ipsi est necessarium. Citius autem festinat ad exitum id quod excretionem, nonnunquam ob multitudinem bilis ad aluum defluentis quæ iritat ad excretionem, nonnunquam uero ipsa alui potentia retentiu facta debiliore, expulsiu uero eius atque intestinorum forti existente. Plura igitur appetimus cum os uentriculi (in hoc enim uis appetendi præcipue cōsistit) frigidior habuerit temperaturam. Sic uero & hepar minus attrahit propter frigiditatem. Vim autē retentiuam habet uentriculus imbecillior propter humiditatem, sicuti expulsiuam fortioorem propter siccitatem. Senum igitur corpus cum frigidum efficiatur, tantū augeri contingit in ore uentriculi frigiditatem, ut appetitus deficiat, atque ita excrementa exiccantur, inopia eorum quæ distribuuntur. Sic & quicunque ob multitudinem, uel naturam

naturam humoris biliosi aluum humectam habent, ad cōtrarium transmutantur, cum hic humor in senectute deficiat. Quibus uero ob uirtutis retentiæ debilitatem aluum humectatur, non omnibus transmutatio aduenit, sed pro quātitate caloris adiuncti. Si enim statim ab initio frigidiorē habuerit aluus temperaturam, mox ad immodicam ueniens in senectute intemperiem, secundum frigiditatem, uirtutem retentiā æque habebit imbecillem, quoniā omnis immodica intemperies operationē exoluit. Quod si exquisitē calida fuerit in longo ætatis processu fortem habebit operationem retentiā, ut quæ neutram habebit exquisitē intemperiem, neq; eam quæ est secundum siccitatem, liquidem erat omnino humidior natura, alioquin non habuisset debilem uirtutem retentiā, neq; secundum caliditatem, hoc enim supponebatur. Liqueat igitur quod serè omnibus qui aluos habent natura humidiores, fit ad cōtraria senescentibus transmutatio: qui uero sicciore, his fient in senectute humidiores propter contrarias temperaturas. uel enim quia minus assumitur cibi, quā potentia hepatis congruat, uel quia parum bilis confluit ad aluum, uel propter potentia retentiæ robur excrementa exiccantur. Ex his autem quod parum appetant, & citius impleantur, fit propter partium appetitum caliditatem. Quod uero cibus assumptus exiccetur contingit, uel modice se habente hepate secundum temperaturam, uel paulo plus modico calidiore. Quod uero pauca bilis confluat ad aluum, hoc ex eo accidit, quia etiam pauca generatur ob uisceris frigiditatem. Fortis autem iuuenibus inest retentiua potentia, quoniam ad sicciorem uergunt temperaturam. Non absq; ratione igitur in omnibus quos diximus senibus fit ad contraria transmutatio. Nam qui non appetunt ob caliditatem, in progressu ætatis plus etiam appetent, quā possit hepar euincere. Quibus uero ob in natam siccitatem uirtus retentiua fortior extiterat, his senescentibus fiet imbecillior ob siccitatis excessum, & ea ratione excrementa humectabuntur, quoniam ciborum exitus festinat. Quibus uero propter bilis defectum tardante excretionē, ob exitus moram, plurimū humiditatis absunt, fieri potest, ut eadem dispositio perseueret. Contingit etiam, quod propter immodicam hepatis frigiditatem, ad satis magnam perueniente alimenti distributione imbecillitatem, fiant excrementa humidiora. Hæc in præsentī dicta sufficiant, de causa earum quæ fiunt in ætatibus per mutationum, quantum ad alui attinet humiditatem ac siccitatem, quæ propter breuitatem sunt futura obscura his, qui in nuper dictis Commētationibus non sunt exercitati. Sed mox aliquando per unum uolumen integrum de eisdem clariorem doctrinam faciemus. Quantum autē ad usum artis attinet, hoc solum scisse sufficiat quod fuit ab Hippocrate dictum, etiam si causa non adijciatur.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus per quinquagesimum tertium huius libri aphorismum ostendit præsentem aphorismum non esse uniuersaliter uerum, sed pro maiori solum parte: nam in senioribus pro maiori parte aluus exiccatur.

SECUNDO notat, aluos humiditas & siccitas intelligendas esse, si eandem uictus rationem seruauerit: nam si quis in iuuentute Alexandrinorum uictu utatur, id est uictu aluum proritante, quali Alexandrini utuntur: nam falsis cibus uescuntur qui aluum proritant & lubricam faciunt, utunturq; porris & zytho, quæ & ipsa aluum emolliunt, postea in senectute lentes comedat, & austerum uinum exhauriat, quæ aluum adstringunt, eadem uictus ratio non seruatur: propterea necessarium non est, quod hic in senectute humidam aluum habeat, quamuis in iuuentute humida fuerit: idemq; euenit, si contrarius uictus modus in his ætatibus seruetur: propterea opus est Hippocratem intelligere, eadem in omni ætate seruata uictus ratione, uel saltem parum immutata.

Quod legitur, Si quis enim in nostro antiquo codice duæ lectiones sunt, una est, *ὡς ἐάν τις*. i. ueluti si quis. Altera quæ in Aldino est, & quæ Leoniceus habebat, *εἰ γὰρ τις*.

Quod legitur, Et uinum austerum in uno contextu habetur, *Ὁ οἶνον αὐστηρὸν πίνει ἐπι*, id est & uinum austerum etiam potaret. In alijs codicibus abest illa particula *ἐπι*.

Vbi etiam legitur, Quo pacto diceremus huius hominis deiectiones ætatis ratione permutari: tres sunt lectiones: una est quam Leoniceus habuit, *πὸς αὐτὸν φαίνεται ἐπιπέλαστα πάντα τὰ πρὸς διαχωρῆμαί τε λόγῳ τῶν ἡλικίας*. Alia lectio habet, *κακῶς αὐτὸν φαίνεται ἐπιπέλαστα πάντα*.

πύτος τὰ διεχωρίματα τῶν λόγων ἐν ἡλικίας. idest, Praue nāq; diceremus huius hominis deiectiones aetatis ratione permutari? At tertia lectio negatiue legit, οὐ κακὸς αὐ. idest, Nonne praue diceremus? Si quis recte computet, omnes hae lectiones conuenire possunt; sed tertiā hanc magis probo, alijs tamen non despectis, quas summi uiri sequuntur.

At pro perfectiori intellectione eorum quae hic a Galeno dicta sunt, dubium fieri possit de falsis cibis, an aluum humidam faciant, quoniam potius adstringere uideantur; nam Galenus undecimo De simplicium medicamentorum facultatibus libro, ubi de sale uerba facit, salem adstringere simpliciter, proficitur: imò marinum salem terreno comparans dicit, ex terra effossum magis adstringere, quàm ex mari: ut hinc simpliciter habeatur, omnem salem adstringendi uel praeditum esse, atq; exsiccandi: cuius rei illud etiam testimonium esse potest, quoniam illa etiam conseruat quae humida sunt, ut in suilla carne omnium humidissima singulis annis experimur. Et Dioscorides libro quinto dicit, salem habere uim *στυπτικῆς*, idest stypticam. Quomodo igitur Alexandrinorum uictus, quia falsis utebantur, lubrica corpora redderet? Respondeamus, unam & eandem rem uario modo sumptam diuersos effectus efficere, aptam esse: imò & contrarios: quod in sale exploratissimum est, & in falsa aqua marina, quam si quis potauerit, aluum mire educit: si uero se lauet, exsiccatur & stypticatur: ut in his qui crura humida habent, uidere licet, quum marinae aquae balneo utuntur. Dioscorides igitur qui modos non distinguit, quomodo unum opposita efficere possit, quum de sale agit, primò facit ipsum stypticum, postea solutiuum: ut in his uerbis constat, quibus inquit, *διούραρον ἐξ ἔχρουσι οἱ πθοερημένοι ἄλλοι κοινῶς πολύχρυσον.* idest, Vim autem in communi ad multos usus accommodatum habent praedicti sales. Potentias uero enumerans addit, *στυπτικῆς τε καὶ σμηκτικῆς καὶ ἀραιωτικῆς καὶ διαχυτικῆς.* idest, Stypticāq; uim habet, abstergitricē, expurgatricē, & quae diffundat, multasq; alias uires addit, quas hic referre non est opus. Ab hoc tamē abstinere non potui, addidisse, clysteribus utiliter misceri: quod alia de causa non est, nisi ut mordicet intestina, prouocet, & ueluti calcar ad excedendum stimulet. Quamobrem quum de sale loquimur, rebusq; falsis, simpliciter dicendum est, esse exsiccantia & styptica. Per accidens uero educunt: nam sua falsedine, uias per quas transeunt, proritant, & uim expultricem exsuscitant, ut ea quae in intestinis sunt, expellant: tamen corpus quod nutriunt, exsiccant. Propterea Hippocrates in secundo De alimentis libro, ubi de falsa carne agit, inquit: Salitae uerò (scilicet carnes) propter salem minus nutriūt, sale humore priuatae, licet emaciant, siccant, & magis mouent. quod de alui motione intelligimus, quae fit potius ratione stimuli, quàm secundum suam naturam educant: tamen hic stimulus satis est in proposito nostro ad lubricitatem quae humidam aluum faciat. In eodem etiam libro, ubi de falsis piscibus agit, inquit: Sale conditi (scilicet pisces) plerūq; siccant & maciant, modicēq; mouent. quod intelligere oportet de Mouere aluum. Mouet igitur prouocando, sed potissimum mouet, quum rei salis coniungitur: qualibus utebantur Alexandrini. Salsa autē cibaria, ut illa quae ab antiquis medicis Sardica fassamenta nūcupantur, quorum Galenus in fine tertij libri De alimentorum facultatibus meminit: in quo etiam loco docuit, salem duplicem uim habere, discutiendi & incidendi corpora quibus applicatur. & eo etiam loco de his agit, quibus salem applicare cōuenit, & quibus non: nam ualde sicca & ualde humida, non sunt sale seruanda. Ad rem igitur redeuntes, ex his quae dicta sunt, constat quomodo sal lubricam & humidam aluum reddere possit, stimulant, & etiam incidens: ut praedito loco Galenus dicit. Nam ut libro quarto De simplicium medicamentorum facultatibus, capite uigesimo habetur, Salsum saporem esse calidum & terrestrem, sicuti amarus est: sed falsus magis calidus est calore arido, quàm amarus. At rei calida natura, est aluum prouocare. Si uero exterius applicetur, multum exsiccatur: ut Hippocrates in secundo De ratione uictus in morbis acutis, docet: ubi fomētum ex sale & milio describit. Inter illa etiam quae aluum humidam seruant, porrum a Galeno numeratum est, de quo in fine secundi libri De alimentorum facultatibus, agit: primò de alio dicens, quod non modo obsonium est, uerum etiam ut medicamentum sanitati accommodum est, quod obstructa soluere & discutere possit, aliquantisper elixum, usq; dum acritudinem abijciat, ut uiribus suis imbecillius fiat, prauū certe succi notam deferit: quæadmodum & porrum

& porrum & cepe, cum bis fuerint decocta: propterea idem in porro intelligit quod in allio. Ideo porrum quia obstructa aperire potest, aluum etiam irritare potest. Quod uero obstructiones aperiat, facile potest ex eiusmodi libri sine colligi, ubi dicit porrum biliosus naturis non conuenire, sed solum pituitosis & habentibus crudū, crassum & glutinosum humorem. At non exhiberetur, nisi uim haberet resolutiuā, aperitiuam & incisiuam; quam uim si quæ habent edulia, illa etiam aluum humectam seruant, & ratione suæ acrimonie ad excernendū stimulant. Hippocrates uero expressius porrum solvere ostendit in libro De morbis qui extra, quem non Hippocratis, sed Polybi Galenus esse iudicauit: inquit uero (quisquis sit huius libri author) porrum decoctum, uentrem lotiumq; cit, crudum, æstuosum pituitosumq; est. An uero crudum simpliciter pituitosum sit, uel solum facta comparatione ad coctum, in presentiarum disputare non intendo. Sed eundem Hippocratem in secūdo De alimentis adducam, ubi cum de cepa uerba fecisset, addit, Porrum minus calefacit uentrem, & lotium cit, quod habet quod purget, madefacit, cruditatem sedat, si ultimo loco comedatur. & etiam Dioscorides libro secūdo, ubi *πόδι πορροῦ λεφαλιότης*, idest de porro capitato tractat (ita enim Romani nostrum uulgare porrum uocāt) dicit *ὀύρητιόν, θηροίλιον* esse, idest urinae prouocatiuum esse, & bonam facere aluum, idest fluidam. Vides igitur porrum ex his esse quæ aluum humidam faciunt, idest quæ proritant & ad excernendum stimulant: & hoc etiam non ab re, quia acra est. Acra uero, ut Galenus testatur quarto libro De simplicium medicamentorum facultatibus, capite septimodecimo, calida sunt: imò acra in summo urunt: propterea eodem loco infert, Amara, dulcia & acra esse calida: sed amarum abstergere habet, acra urere, dulce nutrire, quando unumquodq; est in summo sui saporis: unde alia sunt acra quæ comeduntur, alia quæ tantum obsonijs miscentur, quia per se comedi non possunt: alia nullo modo colligi possunt, & horum aliqua sunt mortifera, alia simpliciter medicamēta: uocat autem edulium acra, quod dum gustatur, fortiter exalfacit, unde porri sapor acer est, allij & cepe. Inter illa etiam quæ mollem uentrem & fluidum seruant, zythum est: at per zythum genus potus intelligit: aliter uane dixisset, Zythumq; superbibens. Hoc autem addere uoluimus, quoniam nonnulli recententes putarunt, zythum esse genus frugis: quia apud Galenum sexto De simplicium medicamentorum facultatibus libro, scriptum inuenere, Zythus hordeo non parum acrior est, & succi prauū, utpote qui ex putredine proueniat: est & flatuosus, tum partim acris est & calidus, parte uero plurima frigidus, aqueus, acidus. Per hæc Galeni uerba inquirunt, zythum esse genus segetis colligi posse: nam ipsum hordeo comparat. Adde, à Paulo Ægineta eadem dici in litera Z, quamuis illum hordeo non comparat. Aetius uero illum etiam hordeo comparat, inquit, Zythus acrior hordeo est, flatuosus, stomacho infestus, tanquam qui ex putredine fiat. Nos uero in presentiarum ostendimus esse genus potus apud Galenū. In primis igitur hic locus ostendit zythum esse genus potus, quia dicit superbibitum. Præterea in quarto libro De ratione uictus in morbis acutis, ubi Hippocrates de febre singultuosa agit, inquit: Quod si supra modū singultuosi sint, bibant aquam hordei. Galenus hunc locum exponens, inquit, Quod potum hunc tanquam sitim adimentem exhibeat, est manifestum. Sed melius fecisset, si prius quoniam modo parare hordeum oporteat, enūtiasset: utrum ne simpliciter macescere, uel ex eo zythum, ut huius temporis homines conficere, uel quouis alio parare modo. Ex his habetur, zythum esse genus potus ex hordeo confectum. Sed Dioscorides præ cæteris hoc ostendit, qui dicit, zythum ex hordeo confici, & potum urinam prouocare. In fine etiam illius partis dicit, *συνδεδεταται δὲ καὶ ἐκ πυρρῶν τριάντε πόματα, ὡς ἐν τῇ πρὸς ἑσπερίαν ἰβηρία καὶ βρετανία*. idest, Conficiunt etiam ex triticea fruge huiusmodi pocula, ut in Hispania Iberia & Britania. Columella de zythi usu agens, in Ægypto inuentum esse testatur, in hunc modum canens:

Iam siser Assyriocq; uenit quæ semine radix,

Sectaq; præbetur madido sociata lupino,

Vt Pelusiaci proriter pocula zythi.

Tamen nondū scimus quomodo fieret apud antiquos zythus: neq; Plinius, qui nihil intentatum omittit, eum conficere docet. Quum uero in fine libri uigesimali secūdi, de

frugibus

frugibus locutus esset, & de hordeo, dicit ex eisdem fiunt potus zythū in Ægypto, ceria & ceria in Hispania, ceruisia & plura genera in Gallia, alijsq; prouincijs: sed ex his uerbis non constat quomodo fiat. uolunt autem acrem saporem habere, & ex putrilagine fieri, nunc etiam eo utuntur potu Græci: & qui in Græcia uinum emere non possunt, quod plurimi uenditur, zythum bibunt. Nam iussu imperatoris Turcarum uites omnes abscisæ sunt. Græci in presentiarum zythum eorum materna lingua phocadij uocant: nempe frequenter cōmuni eorum lingua, materna inquam & uulgari, dictiones in tota finiunt. Conficiendi uero modus hic est: hordeum aqua madefaciunt, quo usq; in liquorem similem uino resoluatur: fit enim ex acefcente putrilagine, propterea acredinem habet, imò si copiose bibatur, inebriat ut uinum. Nunc ex zea, idest spelta, in Gallia potum parant, quem biram uocant, lupulum tamen addunt, qui potus acer fit, at per decoctionem paratur, nec omnibus egregie parare datum est: hocq; potus genus ut uinum ferè inebriat. Sunt qui ex hordeo parent in Gallia, sed illud esse arbitror quod à Dioscoride curmi uocatur, & à Plinio celia. omitto in presentiarum enarrare potus ex fructibus confectos, & aromatibus, in Gallia, Germania, & Pannonia, omitto & potus genera, quibus Turcæ utuntur. Illud solum admonentes, zythi usum apud antiquos medicos fuisse, sed quomodo fieret, aliter non constat, quam ut nos superius edocuimus. imò & Suidas hæc solum de zytho dicit, potū esse ex hordeo confectum, qui tamen author alioqui res soleat plene atq; integre tractare. Zythum igitur si quis bibat, cum acrem saporem habeat, uentrem emolliet, & præsertim quia ex hordeo factus est, & uarias qualitates habet, ratione acredinis & caliditatis, quam illi Galenus attribuit, alium emolliet: sed fortè ratione aciditatis, quam etiam habet, & aliarum conditionum, quarū Galenus meminit, aliquo modo adstringit: sed cum alijs simul alium humidam seruat.

Post hæc Galenus cibaria illa recenset, quæ adstrictoria ui prædita sunt. Primo lentem enumerans, quam recentes dicunt aluum soluere, & adagio apud Ferrariense uulgus receptum est: si quis lentis pateram ederit, situlam excernere. propterea uideretur potius lentem aluum irritare & humectare, quam adstringere. Galenus tamen huic modo optime satis facit in octauo libro De simplicium medicamentorū facultatibus, ubi expresse docet *quæliu*, idest lentē, adstringere, & aluum sistere. nam inquit esse medicæ naturæ inter frigidum & calidum: sed in secundo ordine excicare, propter hanc qualitatem dicit, quod uniuersum corpus excicant, & aluum adstringunt. Postea nonnulla addit, quæ totam recētorum difficultatem remouent: scilicet earum decoctum aluum prouocare: ideo primam aquam, in qua coquitur, abijciendam esse, quando retentionis gratia exhibetur. ut hinc uideri liceat, experientiā decepsisse recentes atq; uulgus, quia uident soluere, eo quod primam cocturam infumunt, quæ partes quasdam lentis superficiales nitrosas atq; salugineas recepit, quæ aluū soluere aptæ sunt, unde lentem soluere putant: sed idem in lente contingit quod in brassica. quæ adstringit: tamen soluere uideatur, quia prima brassicæ coctura, quæ & ipsa superficiales quasdam nitrosas partes recepit, soluit. Vnde simpliciter pronuntiandum est, lentem adstringere. Alij uero recentes qui hanc rem prescius excogitasse putarunt, inquirunt, lentis corticē soluere, lentis uero substantiā adstringere. cum igitur adstringere opus sit, excorticata lente utuntur: quod tamen non iubet Galenus, sed uoluit solum mutandam esse primam aquam, ut in illo etiam aphorismo edocebat, Eorum quæ uniuersim & uelociter nutriunt, & cætera, de leguminibus & brassica agens: in quibus quando eorum substantiam iudicare uolumus, iubet ob prædictam causam, primam cocturam abijciendam esse. Hoc igitur est quod induxit uulgus, ut lentem soluere putaret. Non desunt tamen qui uelint lentem excorticatam adstringere, cum cortice uero aperire, quod absurdum est. Nam Galenus & corticem ipsum siccum facit, imò & in primo libro De alimentorum facultatibus dicit, lentis corticem uehemēter adstringere. Si uero petas quid illud sit, quod in prima decoctione soluat: Respondemus, esse partem quandam absteriliam, quæ est supra corticem, & salugineam, quæ in decoctionem recipitur. unde Galenus præcitato loco docet corticem uehemēter adstringere, carneam uero substantiam tenuiter. Docet autem ex lente iusculum fieri, quod deijciendū uim habebit: si lens in aqua elixata

& sale

& sale, garo & oleo condita bibatur. Propterea Heraclides Tarentinus compositum quoddam ferculi genus adinuenit ex lente & beta, & ideo ipsum nominauit *τὸ βῆτα φάκω*, idest (si nobis nomen fingere liceat) betilentem ferculum, quod est ex pugnantibus compositum, proritantibus scilicet aluum & adstringentibus: propterea tardius quam beta, & citius quam lens per aluum descendit. Ex quibus omnibus colligere licet, lentem adstringere: imò Galenus præcitato loco dicit, ualere ad profluuiâ mulierum: inidonea uero est ad prouocandos menses. Forte contra hæc Hippocratem adduces, qui secundo De alimentis libro dicit, Lens æstuosa est, destillationem mouet, uentrem neq; mouet, neq; sistit. Igitur Hippocrates uelle uidetur uentrem adstringere, imò magis aperire, quia destillationes mouet. Sed huic dubio & pluribus similibus satisfaciunt Galenus, qui hunc librum Hippocratis non esse dicit, sed uel Herophili, uel Thesali, quia in quarto De ratione uictus in morbis acutis, postquam de peripneumonia egit, uerba quædam de leguminibus addit, ubi dicit, singulas species habere sua uicia: postea sequitur, Lens non detracto cortice adstringit, tumultumq; efficit. Propterea si liber ille qui De alimentis inscribitur, Hippocratis sit, sicuti à Galeno quandoq; pro Hippocratis libro citatur: quauis an Hippocratis sit, alibi postea dubitat: dicemus in eo De alimentis libro, de lente excorticata loqui, quam dicit neq; adstringere, neq; aluum mouere, idest hæc insigniter non facere, ut sensu percipiatur. In libro autem De ratione uictus in morbis acutis, cum cortice adstringere dicit: non quia & sine cortice id non faciat, sed id insigniter non facit, quod cum cortice oculata fide deprehenditur. Recentes uero in errore incidere ob Dioscoridem, qui de lente agens, simpliciter hæc profert, Cum cortice deuorata emollit aluum. Quam sententiam Hermolaus uir egregius prædicto modo interpretatus est. Imò nonnullos Græcos codices considerantes, in hæc uerba incidimus: *κωλιῆς δὲ μαλακτικὸς σὺν τῷ λέντῃ ἰδίῳ*. Quæ uerba si ita referamus ut scripta sunt, hæc dicunt, Ventrem autem emollit cum suo cortice si comedatur. At statim uidebitur Dioscoridem sibi ipsi repugnare, qui dicit, adstringentem uim & naturam habere lentem. Ideoq; aluum sistit suo cortice denudata diligenterq; elixa, & prima in coquendo perfusa aqua, quia eius primum decoctum aluum soluit. Præterea omnes alij antiquiores Dioscoridi oppugnare uiderentur, qui uniuersam lentem adstringere fatentur, & potissimum corticem, ut Galenus dicebat, & Paulus Ægineta libro sexto inquit, Totum lentis corpus (idest tam caro, quam cortex) aluum sistit & siccatur. & Aetius libro primo inquit, Lentem impense adstringunt, inter calorem ac frigus mediâ, sed secundo ordine excitant: earum quidem corpus arefacit, sistitq; aluum: ius uero iritat: prior igitur aqua effundenda est, ubi retentionis gratia sumitur. Alexander præterea Trallianus libro tertio, capite decimo nono, de uentris profluuiis secundum Philemonem agens, pulticulam quandam ex lente bis cocta factam refert, ut adstringat. Nunc uero ad nostros, idest Latinos descendamus. Plinius ultimo capite libri uigesimi secundi, lentem in cibo sumptam aluum adstringere monet. Itaq; de lente apud omnes antiquos scriptum reperitur. Propterea in Dioscoridis lectione suspicari cœpimus, quam hoc modo intelligendam iudicabam: quum dicit, lentem cum cortice deuoratam aluum emollire, intelligebam, si cum iure primo comederetur, idq; ratione superficialium partium fieri. Sed in duos Dioscoridis codices incidimus, in quibus oppositum potius scriptum erat: nam hoc modo legebatur, *κωλιῆς δὲ σκληρὸς σὺν τῷ λέντῃ ἰδίῳ*. idest, Aluum autem cum suo cortice, cibo sumpta adstringit. Ex his tamen non arguo Hermolaum, qui ut inuenit, uertit: sed ne Dioscorides cum cæteris antiquioribus certet, ipse quoq; antiquus, hæc lectio magis arridere uidetur. Nunc uero receptui canamus, & quicquid in hac re ueri ex antiquioribus colligitur, enodemus. Lens tota adstringit, cortex uero magis, caro minus. Cur uero recentes & uulgius multum soluere putent, prima illa coctura in causa est, in qua partes quædam superficiales nitrosæ, salsuginæ & absteriuæ ab aqua in qua decoctio fit, recipiuntur. Recte igitur hic Galenus lentem inter cibaria quæ aluum adstringunt, enumerauit.

Post hæc, Galenus inter illa quæ adstringunt, uinum austerum enumerat: in quo loco scire oportet, uinum ratione qua uinum, non adstringere: si uero austerum adstringat, hoc facit huius saporis ratione, qui sapor necessario ex una primarum qualitatium



dependet, de qua nunc agere decreuimus. Scito autem tam Græcos quàm Latinos eodem nomine uti: quod enim Latini austerum, Græci *αἰσχροῦ* uocant. Galenus quarto libro De simplicium medicamentorum facultatibus, capite septimo, de austero sapore nonnihil agit, hoc modo generari docens: Corpora acerba, ut fructus acerbi, sunt terrei & frigidi. Propter hoc necessarium est, ut uno trium modorum resoluatur, uel incallescendo, uel humectando, uel simul utrunq; agendo. Si acerbum solum caleseat, neq; humidius fiat aut mollius, sed durum, dulce solum efficitur, ut sunt castanæ. Si acerbum solum humescat, & crassas partes habeat, & aqueam humiditatem, fit austerum: nam uis aquea & humida retundit cuiuscunq; saporis uires. In calce autem ferè huius partis docet, rem notam esse austeram, ut quisq; facile possit gustare & cognoscere saporem austerum. Nam palmæ fructus hunc saporem habet, quia austerum est & dulcis, & uinum Surrentinum, ac Sabinum austera sunt: quæ uina, præsertim Sabinum, adhuc Romæ habentur, sed non sub hoc nomine: in his præcisè austeritatem deprehendes, quæ stypticitatē in gustu præ se fert, nedum in effectū: & hoc non ab re, quia cum austeritas ex re acerba fiat, solum per humiditatē relinquatur frigiditas, quæ stypticat, & siccitas propter aduenientem humiditatem parum aboletur: & hæc est caua quare uina austera adstringant: ut hic Galenus egregie dixerit, austera uina adstringere, si bibantur: & eo maxime, si cibaria quæ styptica sunt comedantur. Nec à Theophrasto dissidet Galenus, qui sexto De plantarum causis libro, ubi de saporibus agit, dicit, austerum & acutum saporis humiditatis potius esse uidentur, quàm siccitatis. Aetius libro primo, capite primo, eadem ferè dicit de austero sapore, quæ à Galeno scripta sunt, inquit: Austera cum dulcedine palmula est, & uinum Surrentinū, & quæcunq; mixtam habent adstrictioni dulcedinem: unde & libro decimo capite undecimo, idem Aetius de cura splenis in scirrhum indurati secundum Galenū loquens, dicit: quando diutius malum durat, in splene naturalem firmitatem custodire oportet. Propterea iubet huic amara exhibenda, quibus aliquādo ex austeris quidpiam ammiscemus. Amara quidem, ut humoris crassitiem fecent, ac repurgent: austera autem, ut robur & firmitatem eius conferuent. Roboratur autem hoc membrū adstringentibus: propterea exhibet austera, quæ uim adstrictoriam habent, unde & Paulus libro primo, capite octuagesimo primo, de pomis agens dicit: Austera dein stomachum roborant, & aluum superprimunt. Hoc autem non faciunt, nisi adstringendo, quia uētriculus per adstrictionem roboratur. Ex his Galenus in secundo De alimentorum facultatibus, quum de palma tractat, inquit, Dulcem uero succum alendo esse, & austerum stomacho conuenire, & aluum retinere monstrauiimus. ut in summa cum Galeno inferamus, uinum austerum adstringere: quale id est, quod apud nos cum bibitur, os exiccatum relinquit, asperum dici posse uidetur, & acridinem quandam habere: unde & Horatius in Sermonibus, laborem austerum, id est asperum uocat, quum inquit, Molliter austerum studio fallente laborem.

Ideo & austerum uinum asperitatem quandam habet: propterea & Suidas multis rebus austerum coniungit, quæ non saporis sunt, nec edi aut bibi possunt.

Inter illa etiam quæ adstringunt, Galenus mespila numerauit, suaq; lingua *μίσπιλα* uocat. At quid sint mespila apud antiquos quispiam non ab re ambigere posset: tamen nullus est antiquus quum Græcorum, tum Latinorum, qui statim mespila adstringere non fateatur: unde & Hippocrates in secundo De alimentis, dicit, Mespila sistunt & asperant gustu. Sed ut nos breuibus quid sit mespilum, apud Dioscoridē & Galenum ac cæteros antiquos ostendamus, dicemus fructum illum quem uulgò azarolum uel lazarolum uocamus, esse mespilum antiquorū: quod facile ex Dioscoridis uerbis suaderi potest, quum primo libro dicit, Mespilum esse arborem aculeatam, folio pyxantha, pomum ferens paruo malo simile, gustu iucundum, ternis intus osficulis, unde nomen apud aliquos tricoccus, sera ei maturitas, adstringunt hæc esu, stomachum adiurant, sistuntq; aluum. Si huic descriptioni azarolum conferas, mire conuenire deprehendes, & eum delirare, qui azarolum mespilum esse dubitet. Galenus idem sentit se primo De simplicium medicamentorū facultatibus libro, ubi dicit, Mespilum, alijs tricocum nominant, quoniam tria intus in uniuersum gerat grana. Sed id mirum est in Galeno

Galeno quod sequitur, Arboris huius fructus admodum acerbus est, uixq; edi possit, uentrem litrenne coercens. Mirum quippe est Galenum dixisse, Vix edi posse; nisi intellexerit, ob acerbitatē stupidos dentes reddere: quod certe facit, & propterea edi uix possit. De mespilo tertio libro De plantarum historia Theophrastus differit, & eodem serē modo; sed tria mespilorum genera refert, anthedon, setanium, & Gallicum; ut Plinius etiam libro decimoquinto, capite uigesimo, enumerauit. Theophrastus uero hæc tria mespilorum genera describens, dicit habere folia apij: ut proculdubio accipiatur, hæc esse nostri azaroli genera; nam habet folia uel apio uel pyxacanthæ similia, ut Dioscorides dicit; & sua folia antequam decidant, uehementer rubent: quamuis & nostri uulgaris mespili folia in principio hyemis rubeant, uel in fine autumnii: sed adeo non decidant, rubescunt, uel saltem lutea fiunt; ut nonnulli putarint hunc colorem, mortem & extinctionem significare. Quicquid autem de alijs arboribus sit, azaroli folia in fine autumnii uehementissime rubescunt. Ad rem igitur. Quando antiqui de mespilo loquuntur, azarolum semper intelligunt: ideo eorum mespilum, tricoccum uocant: quod in Italia ceteris tempore non fuisse, Plinius testatur. Apud nos autem, non sunt decem anni quod uiuent. In Neapolitano regno diu est quod fructificant. Fructus Neapoli Ferrariam aduehebatur, nunc in nostro solo uiuent; & mire proueniunt, si supra pyxacantham inserantur, quam uulgo *spino bianco* uocamus: apud nos frequentem, cuius folia azarolis representat. Aliquis autem de nostro uulgari mespilo dubitare possit, an apud antiquos extiterit: quippe tricoccus dici non potest, sed pentacoccus & heptacoccus, quoniam quinque uel septem grana habet. Respondemus, nostrum uulgare mespilum extitisse apud antiquos; & de eo egisse Dioscoridem, quum dicit, Alterum genus mespili in Italia esse, quod quidam epimelida, alij sitanium uocant: arbor mali similitudine, folio tatum minor. Ut ex hoc facile sumi possit, deceptum esse Hermolaum; quoniam Theophrasti setanium, non est hoc Dioscoridis setanium. Quippe Dioscoridis setanium habet mali folia: sed Theophrasti setanii, sicuti & aliorum mespilorum ab ipso nominatorum, folia sunt incisa, ut apium imitari uideatur. Unde de nostro uulgari mespilo, nihil in suis mespilis agit Theophrastus: sed Dioscorides ipsum pingit, epimelida, uel setanium uocans. Et quod hoc sit nostrum uulgare mespilum, hæc uerba quæ statim in Dioscoride sequuntur, ostendunt: Pomum quoque huic rotundum, esculentumque, fundo in latitudinem refimo, adstringentis ingenij, & tarde maturiscentis. Hæc autem notæ omnes nostro mespilo conueniunt; ut constet, Dioscoridem mespilum nostrum pinxisse. Sed apud Plinium libro uigesimo tertio, capite septimo, setanium, nostrum mespilum non uidetur: nam dicit, Mespila, exceptis setanijs, quæ malo propiorem uim habent, reliqua adstringunt stomachum, sistuntque aluum. Sed non mirum, si Plinii setaniū id non est, quod à Dioscoride pictum est; quum Plinius Theophrastum in plantis sequi soleat. An uero Hippocrates & Galenus nostrum uulgare mespilum cognouerint, in dubiū uerti potest. Hermolaus putat quod amamelidas apud Hippocratem genus mespili sit nascētis in Italia, & sit nostrum genus, idemque sit quod epimelis apud Dioscoridem: nam apud Galenum inuenit amamelidas genus mespili esse nascētis in Italia. Quum autem hoc genus mespili Dioscoridis, quod nostrū est, à Dioscoride etiam dicatur nasci in Italia; propterea coniectandum, Hippocratis amamelidas esse Dioscoridis epimelidas, id est nostrū uulgare mespilum. Nos autem nondum sciuius apud Hippocratem & Galenū amamelidas inuenire. Quum uero Galenus de epimelide loquatur, multi putarunt nostrum uulgare mespilum esse Galeni epimelida. At mire decipiuntur, ut statim ostendemus. Nam Galenus sexto De simplicium medicamentorum facultatibus libro, de epimelide hoc modo differit: *ἔπιμηλις, σφυρῶν ἄσπερον τὸ φυτὸν ὄξει, ὡς αὐτὸ ἐπι τὴν ἀγρία μηλία. καλεῖται δὲ ἐπὶ τῆν ἡστὶ τῶν ἰταλίων ἀγροίκων, οὐ νέδωρ. πλάσσει δὲ ἐν τῆν καλαβρία γίνεται. ὁ καρπὸς δὲ αὐτῆν σφυρῶν μὲν, καὶ κακοτόμαχος δὲ, καὶ κεφαλαλγίης ἀναμίμνεται γὰρ αὐτῆν τὴν ἀλλόιωτον πείσσης.* Quem si ad uerbum referre uelimus, hæc dicit: Epimelis, acerba hæc planta est, & (ut quispiam dixerit) agrestis pomus; uocatur autem ab Italis rusticis, unedo; copiosus eius in Calabria

proventus : fructus eius acerbus quidem , sed & stomacho infensus & capitis dolores iritans ; etenim quædam aliena qualitas ei admiscetur . Ex his igitur uidere licet , per epimelida non quidem mespilum , sed unedonem intelligere Galenum : nam dicit ita uocari ab Italiæ rusticis , & potissimum nasci in Calabria , per quam si quis equitet inter montes potissimum frequentissime unedonem inueniet . Fortè hoc modo dubitabis , quum epimelis unedo sit , & unedo apud Plinium & nostros arbuti fructus sit , & ipsa arbutus : ideo idem erunt epimelis , arbutus , & unedo . Respondemus , apud Plinium idem sunt arbutus & unedo ; licet quandoq; unedo pro arbuti fructu sumatur . Nam libro decimoquinto , capite uigesimoquarto , ubi de siliquis & carnosis pomis & moris loquitur , quum de moris uerba fecisset , in hunc modum prosequitur : Aliud corpus est terrestribus fragis , aliud cõgeneri eorum unedoni , quod solum pomum simile fructui terræ gignitur : arbor ipsa fruticosa , fructus anno maturefcit , pariterq; floret subnascēs , & prior coquitur . Mas sit an femina sterilis , inter authores non constat : pomum inhorum , ut cui nomen ex argumento sit unum tantum edendi . Hoc tamen duobus nominibus Græci uocant , comaron , & memecylon : ex quo apparet totidem esse genera apud nos . Idem igitur sunt unedo & arbutus , & idem comaron & memecylon , secundum Plinium . Adde , eundem authorem libro uigesimotertio , capite octauo , dixisse , Arbutus , siue unedo , fructum fert difficilem coctioni , & stomacho inutilem . Quod autem apud Græcos inueniri potest , non est q̄ arbuti fructū comaron & memecylon uocant : imò comaron est arbor , idest arbutus , memecylon est fructus , & nūc per totā Græciam his nominibus utuntur . Hoc autē ostendi potest ex Dioscoride in primis , qui de ipso ita differit , *κομαρόν δένδρον ὄντι, πρὸμοιον λυθονία λεπτοφυλλον, κερπὸν ἔχων ὡς κοκκινίσι μεγάλος, ἀπὸ ῥήνων, μεμικυλα καλὸν μῆρ* . i. Comarus uel arbutus malo cotoneæ similis est , folio tenui , fructū habet ad magnitudinē pruni , sine nucleo , quē memecylon uocant . Vnde apud Dioscoridem , comarus est arbor , memecylon fructus . Idem potest ex Galeno ostendi secundo libro De alimentorū facultatib. ubi enim de agrestium plantarū fructibus differit , de arbuti fructu hæc dicit , *τὰ ῥῆ ἐν ἑλλάδι, ὡς τὰ ἐσπανά, ἢ ὡς βαλαύτος, ἢ τὰ μεμικυλα, καλεῖται ἡ ὄστως ὁ ῥ κομαρὸς κερπὸς* . i. Corna igitur & mora & glandes & memecyla : sic autem uocatur comari , idest arbuti fructus . Deinde prosequitur , q̄ hæc sunt rusticis in cibario usur : sed manifeste apparet , q̄ facit comarum arbutum , & memecylum eius fructum : non autē ut Plinius dicebat , q̄ comaron sit fructus , sicut memecylon : nisi intellexerimus , per comarū Græcos idem intelligere , quod Latini per arbutū uel unedonem , quia quandoq; arborem , quandoq; fructum ex eo nomine intelligimus . Sed an idem sint arbutus & unedo , apud authores dubium uidetur . Nam Theophrastus diuersa esse ostendere uidetur , quippe primo libro De plantarum historia , ubi corticum differentias enarrat , inquit : Quibusdam cadere corticem radicis : & quæ sint hæc , enumerat , dicens , Potulaca , unedo , arbutus : ut manifeste ostendat , arbutum rem diuersam esse ab unedone , & arbutum uocauit *κομαρόν* . Paulopost ubi de his arboribus quæ continuo uirescunt in monte Olympo , agit , potulacam numerat , arbutum , terebinthū , laurum : postea addit : Potulaca atque unedo folia inferiora demittunt . Loquitur uero de re distincta ab arbuto : tamen de unedone arbore , nusquam particulariter loquutus est , nec ipsam descripsit . Quod mirum esset si unedo esset arbor distincta ab arbuto : nam libro tertio , arbutum describit , & potulacam , non autem unedonem : nam etsi esset unedo distinctus ab arbuto , tamen illi esset congener . Postea Galenum uideo inter arbutum & unedonem differentiam ponentem . Et hoc clarissime constat : nam sexto De simplicium medicamentorum facultatibus libro , ubi de epimelide tractat , unedonem esse dicit . Postea septimo libro , de comaro , idest arbuto agit : & ea refert , quæ à Dioscoride dicta sunt , habere fructum quem memecylon uocant . Hoc etiam expressius ex eodem Galeno sumitur secundo libro De alimentorum facultatibus , ubi de agrestium plantarum fructibus differit , arbores illas enumerat , quæ repastinatione non indigēt , nec indigent ut ferantur , uel aliqua humana opera : inter has uero *κομαρόν* , idest arbutum numerat : postea addit , *καὶ ὁ τῶ τῆς ἀνμυλίδας φέρων* . *καλεῖται δὲ ἢ τῶ ἰταλίῳ ὀνίσιδιον* . idest , Et illa scilicet arbor quæ fert epimelidas , quam Italiæ rura unedonem uocant . Vt manifeste inter arbutum & arborem epimelidas ferentem , uel unedonem differentiam

ferentiam faciat: imò statim ponit memecyla, quæ dicit esse arbuti fructus: ut liquidum sit, apud hos auctores hæc diuersa esse. Idem ex Paulo Ægineta confirmari posset, qui libro septimo, de epimelide agens, eadem dicit quæ à Galeno scripta sunt, & ab Italia rusticis unedonem uocari. Postea de comaro, idest arbuto, tanquam de re distincta loquitur, dicens, eius fructum memecyla nominari. In Simplicibus tamen medicamentis eadem à Paulo & Aetio referuntur, quæ prius à Galeno scripta sunt. In tanta igitur controuersia quid dicendum sit, quisq; etiam perspicacioris ingenij ambigere posset. Nobis autem in hunc modum respondendum esse uidetur, Huius arboris duo sunt genera, quæ adeo affiniã sunt, ut unum pro alio fumatur. Fructu autem differunt, maiore & minore: differunt etiam, quia una magis crescit quam altera: tamen ob parum quam habent differentiam, pro una ab aliquibus auctoribus accipiuntur, præsertim quia eadem uires habent: nam si uideas quid Galenus dixerit de epimelide, inuenies *καρπόσιος* esse *καὶ ἐσφαλῶν*, idest infestum fructum stomacho & capiti infensum. Idem postea dicit de arbuti fructu. Idem Dioscorides de arbuti fructu dicit: idem Aetius: idem Paulus de epimelide siue unedone, & de memecylo, arbuti fructu. Propterea quæ eandem figurã habeant, & eandem uires, non mirum est si Plinius, tãquam idem essent, accepit, & unedonem ac arbutum idem esse iudicauit. Ad rem igitur primã redeuntes, de mespilo hic Galenus, idest nostro uocato *azarolo* intelligit: quæ omnes etiã prædicti fructus uim adstrictoriã habeat, & nostra etiã uulgaria mespila eisdẽ uiribus insignita sunt.

**TERTIO** Galenus docet, quomodo deiectiones ætatum ratione uariantur, secundum dispositiones quæ ratione ætatum in nostro corpore mutantur, multasq; refert causas: una est, quum adeo comedimus, ut totus chylus à iecore non trahatur, sed portio quædam in intestinis maneat, tunc aluus humida fit: iecur autem tantum chyli trahit, quantum ipsi satis est, ut in libro De potentijs naturalibus docuit, quando igitur quod sibi necessariũ est, trahit, & adhuc portio aliqua chyli superest, quum sit res mollis atq; lubrica, alui humiditas fit: uel etiam quia deiecitur, ante quam iecur trahat. Nam quum in iecore adhuc aliqua sint concoquenda, uel nondum distributa, nihil trahit prius quam coctum sit, expulsum & distributum quod in ipso continetur. Propterea hæc quandoq; iecoris operationem præueniunt, & prius exeunt, quam à iecore trahantur. Hoc autem fit, uel quia uis retentiuã imbecilla sit, uel expulsiua fortis: uel quia bilis portio est huic rei mixta quæ exire debet: uel etiam quia iecur uim attractiuã imbecillam habet, quæ antequam trahat, multum immoratur. Hæc igitur sunt causæ, quas in ordinem disponimus, cur aliquis humidam aluum habeat. Primo, quia nimis comedimus: ideo iecur trahens quantum ipsi satis est: reliquum quod non trahit, aluum humectat. Secundo, quia alui uis expulsiua potentior est retentiuã: ideo iecoris attractionem præuenit, iecur autem imbecille attrahit. Tertio, ob bilis multitudinem, quæ aluum ad excernendum irritat: cui addo, & pituitæ falsæ multitudinem. E contrario tres sunt siccitatis alui causæ, uel quia minus comedimus quam iecoris potentia conueniat. Vel quia uis expulsiua debilior, retentiuã fortior. Vel quia parum bilis ad aluum confluit. Si autem in præsentiarum causas reddere uoluerimus, cur aluus in iuuenes humida sit, uel sicca: statim per oppositas causas in senio fieri deprehendemus, & hoc saltem in pluribus. Cuius rei ut perfecta doctrina habeatur, nos per exempla explicare tentabimus. Sit iuuenis, qui ex nimio cibo quem insumit, aluum humidam habeat: hoc ob aliud non est, quam quia nimis appetit, & iecur quantum deberet non attrahit, nimia appetentia ex oris uentriculi frigiditate provenit: nam in hac parte potissimum uiget appetentia, iecur etiam ob frigiditatem non attrahit. Quum igitur aliquis iuuenis ob ciborum copiam humidam aluum habeat, quando senex fiet, necessario exiccabitur, & ratio in promptu est: nam seniorum corpus quum frigidum efficiatur, oris uentriculi frigiditas adeo augetur, ut appetentia deficiat, nec dicere ualeat, si augetur frigiditas, quod etiam appetentia augeri debeat: nam ut Galenus dicit, Omnis immodica intemperies operationem exoluit: unde & si appetentia ex oris uentriculi frigiditate fiat, tamen ex nimia frigiditate non fit. Quum ergo in senibus multum excedat, illa quæ faciebat appetentiam frigiditas, propterea non appetit: quum non appetant, non multum comedunt, itaq; aluus exiccatur. Si uero iuuenis stypicus sit, quia parum comedat, minus scilicet quam iecoris poten-

tia conueniat : hoc ideo est, quia parum appetit . At parum appetit ob oris uentriculi caliditatem; propterea parum comedit; & hoc quod comedit, excicatur, uel quia iecur est temperatum, uel excedit in caliditate. In tali iuuenē procedente aetate, calor ille oris uentriculi remittitur : propterea magis appetit: ideo magis comedit, & feces non adeo exciccantur. Itaque in senio lubricam aluum assequuntur. Hic est igitur unus casus, & primus in ordine. Secundus casus, Sit iuuenis qui aluum humidam habeat, ob biliosos humores ad intestina tendentes. Hoc merito est, quia aetas biliosa biliosos humores gignit. Quum uero hi senes efficiuntur, non transmittitur bilis : quoniam & in hac aetate non generatur; ideo aluum siccam contrahunt. E contrario, si iuuenis siccam aluum habuerit, quia bilis ad uias & intestina non transmittatur, quum in senio minus bilis generetur, non est necessarium, hos quum senes efficiuntur, aluum humidam habere, propter contrarias causas, quia bilis in senio non generabitur. Hic propterea unus est casus, qui aphorismum uniuersalem non esse ostendit. Tertius casus, Sit iuuenis qui expultricem uim fortiorem habeat, retentricem imbecilliolem, & propter hoc humidam aluum habeat : hoc ideo est, quia uis retentrix in humido uiget, expultrix uero in sicco: nam expultrix, quia in sicco, fortior est; retentrix, quia in humido uiget, imbecillior. In hoc casu certa regula dari non potest : nam necessarium non est, in senio uim retentricem fortiorem fieri, & expultricem imbecilliolem. Hic igitur est alter casus, qui facit aphorismum non esse uniuersalem. Sed (ut dicit Galenus) pro quantitate caloris adiuncti sequitur. Nam si quis aluum frigidiolem in senio habuerit, frigiditas augetur; & ideo uis retentrix est etiam imbecillior, quia omnis immodica intemperies operationem exoluit. At si aluus calida sit, in longo processu aetatis retentricem uim fortem habebit; quia nullam exquisitam habet harum intemperierum, non siccitatem, quia est natura humidior; nam si non fuisset humidior, imbecillam uim retentricem non habuisset; neque caliditatem, quia hoc suppositum est : propterea in hoc casu certa regula non habetur. Si uero sit iuuenis, qui siccam aluum habeat, quoniam uis retentrix sit fortis, expultrix imbecilla, hoc erit, quia retentrix erit sicca, & expultrix humida: quare hi aluum siccam habebunt, sed in senectute hi humidam habebunt, quia senectus cum siccitate uenit; ideo uis retentrix in senio nimis sicca efficietur : unde propter illam communem regulam, Omnis immodica intemperies operationem exoluit, suo officio fungi non poterit; propterea & excrementa & aluus ipsa humida fient. Quum igitur duos casus recensuerimus, in quibus Aphorismus non est uerus, simpliciter dicendum est, non esse uniuersalem.

Galenus praeterea alium casum enarrat, scilicet quandoque ob immodicam iecoris frigiditatem, praeuente alimenti distributione ad satis magnam imbecillitatem excrementa humidiora fieri contingere. Sed hunc casum ultimo iam dicto complicare oportet, quando iuuenis siccam aluum habuerit, quia uis retentrix sit fortis, expultrix imbecilla : postea quum hic senex efficietur, ob causam quam hic assignat Galenus, aluum humidam contrahet. Haec est huius Commentationis ferè summa; reliqua, quae in ipsa sunt, nulla expositione indigent. Vnde & nos liberi ab eius examine essemus, nisi quaedam circa contextum occurrerent consideranda.

Vbi legitur, Variantur autem defectiones, aetatum ratione, deest particula, Natura. Itaque legi debet, Variantur autem defectiones natura, aetatum ratione. Nam contextus Graecus ita habet, ἀπαλλαχθήσεται δὲ τὰ κτλ τὰς διαχωρήσεις, ὅσον ἕδρῃ τῆ φύσει τῆ ἡλικίῃ. Quod legitur, Vnum est ex his quae quaeruntur, atque adeo longum mihi futurum super hoc sermonem existimo, si proprias studuero adhibere demonstrationes. Graece est, τῆ ἀληθειᾶς ἐξ ἑαυτῆς, καὶ οὐτὼ γὰρ μακρὸν ἔσονται μοι νομίζω τὸν λόγον, εἰ σὺ τὰς οἰκίας ἀρτίως φέρεις, καὶ οὐτὼ γὰρ μακρὸν ἔσονται μοι νομίζω τὸν λόγον, εἰ σὺ τὰς οἰκίας ἀρτίως φέρεις. id est, Vnum est ex ijs quae expositione indigent, atque longum mihi futurum opinor super hoc sermonem, si simul cum proprijs ipsum scire uoluerō demonstrationibus.

Quod etiam legitur, Et de causis accidentium. Graece est, συμπτώσεων. Leonice nus ubique uertit id uocabulum σύμπτωμα, casus; praeterquam in hoc loco, in quo dicit Accidentium, uerbum ex uerbo reddens.

Quod

Quod etiam legitur, Plus quam modo conueniat, fiat alius humidior. Græce est, *ἕγροτέρα τοῦ συμμέτρου γίνετα ἢ γαστήρ.*

Quod etiam legitur, In ipsa. Græce est, *ἐν τῷ αὐτῷ*, per ipsam.

Vbi legitur, Aut quia plus cibi aliquando assumimus, illa particula Aut, uacat.

Quod etiam legitur, Contingit autem quandoq; ut citius deijciatur. Græce est, *ὅτε δ᾽ ἄλλοι ὑπὸ τῷ εὐλαχέρισμῳ ἰούσης αὐτῆς*. idest, Fit uero interdum quoniam citius ad excretionem it alius.

Quod etiam legitur, Vt appetitus deficiat. Græce est, *ὡς μεταπίπτει εἰς ἀνορεξίαν*, id est, Vt transferatur ad inappetentiam.

Quod etiam legitur, Inopia eorum quæ distribuuntur. Græce est, *ἐνδεία τῶν πρὸς τὴν τροφήν*. idest, Inopia eorum quæ assumuntur ad distributionem. Noster tamen anti-

quus codex aliam lectionē habet, scilicet *ἐνδεία τῶν ἰδιουμένων*. i. Inopia esculentorum.

Quod etiam legitur, In longo ætatis processu, legi debet, Vtique ad plurimum æta-

tis; nam Græce habetur, *μέχρι πλείους ἢ ἡλικίας*.

Quod etiam legitur, Alioqui non habuisset debilem uirtutē retentiuam. Græce est, *ἢ οὐκ αὖ ἀρρώστων εἶχε τὴν καθ' ἑκπικὴν δυνάμιν*.

Quod etiam legitur, Propter cōtrarias temperaturas. In nostro antiquo codice sunt duæ lectiones. una dicit, *ἁρμῶσις*, idest temperaturas; ut etiam habet Aldinus codex.

Alia dicit, *αἰτίας*, idest Causas. Vtraque lectio conuenit.

Quod etiam legitur, Ex his autem quod parum appetunt. Græce est, *πύτων δὲ τὸ μὲν ἦσαν ἀρέζουσι*. idest, Ex his autem quod parum quidem appetunt.

Vbi etiam legitur, Quoniam ad sicciorem uergunt temperaturā. in nostro antiquo codice eodem modo habetur, *ξηρότερον* scilicet; itaq; Aldinus habet. Alij uero codices in superlatiuo legunt Siccissimam.

Quod etiam legitur, Quoniam ciborum exitus festinat. Græce est, *τῶν φαχίων τῶν ἀξέσθων τῶν σπυγῶν*. idest, Quoniam ciborum exitus festinabit.

## APHORISMVS XXI

**F**Amem, thorexii (idest uini potio) soluit.

## BRASAVOLVS

QVVM doctoralibus insignibus munitur, fortē fortuna hic aphorismus mihi contigit exponēdus: cuius sensus hic est, Fames illa extrema, quam homines habent, dum illa uexantur, ex similitudine famis canum, qui nunquam explentur, sed uoracissime tuburcinantur, à uini potione sanatur.

*λίμου*. idest, Famem. ] Per excellentiam de illa rabida intelligitur, qua ut canes nunquam expleri possunt: imò nonnulli egregie læduntur, nisi comederint. De fame & eius causis dictum est abunde à nobis in octauo præsentis libri aphorismo, & quomodo naturalis fames esset suctionis sensus, quoties difflata cutanea partes in continentem aerem ne uacua essent, continentem aerem attrahebant, & illæ aliæ ab alijs, quousq; ad uentriculum peruenirent, qui à propinquis partibus se euacuati sentiens, appetere incipiebat. Propterea Galenus quarto De symptomatum causis libro, dicebat, famem esse suctionis sensum. De hac uero fame, hic non est intelligendus Hippocrates: nempe uini potio ipsam non soluit, sed cibi potius sumptio: cum quo tamen & uinum miscetur, ad sitim extinguendam, quæ ex cibi masticatione fit, & ut id quod infumitur, facilius concoquatur. Sed nunc Hippocratis sermo est, de illa fame agere, quam medicum expellere necesse sit. Est uero fames præter naturam, uel appetentia præter naturam: sed potius famem nuncupemus, quam appetentiam, ut Hippocratem imitemur, qui dicit *λίμου*, sua lingua, idest famem: quamuis fames, appetentia sit: & qui res ipsas curat, & non nomina, uel fames, uel appetentia dicatur, parum curat: tamen hoc nomen Fames, potius in malum, & Appetentia, in bonum sumitur, quamuis & plerunque confundantur. Quum uero appetentia, uel fames, quæ medico indiget

diget, multiplex sit, quot species habeat considerare oportet, & nunquid omnes uini portione fanentur, uel una sola, de qua hic intendat Hippocrates. Hoc autem commode fiet, si illa in memoriam reuocauerimus, quæ à Galeno quarto De symptomatum causis libro, dicuntur: ubi de appetentia loquens, illam in duas partes distinguit, in naturalem, & præter naturam: de naturali, in præsentiarum nihil agemus. Quæ uero præter naturam est, in tres partes distinguitur: in abolitam, quando aliquis nihil appetit, Græci ἀνορεξίαν, idest simpliciter inappetentiam uocant: in difficilem, & est illa quæ imbecilla est. de his nihil agemus, quia fames non uocantur. Tertium uero genus est, quod deprauata appetentia uocatur: & hoc in duas partes distinguitur, in illam quæ nimiam quantitatem appetit, & in illam quæ alienam qualitatem appetit, idest ea appetit quæ non sunt hominibus consueta, ut in utero gerentibus, quæ λιψία à Græcis, idest pica, à Plinio utero gerentium malacia nuncupatur. de hac etiam non est in præsentiarum sermo, quia nec fames dicitur, nec uino sanatur, sed potius esu seminum citrorum. Nunc de appetentia & fame solū ratione quantitatis sermo est, idest quando plus appetimus quàm conueniat. In hac autem appetentia, quæ plus appetitur quàm conueniat, sunt duæ affectiones: una βούλιμος, idest magna fames ex magnitudine, nam βούλιος est particula intensiua apud Græcos, ut βούπαις, idest magnus puer: βούλεστας, ualde superbus. Altera, λυψία, idest canina à uoracitate uocatur. Non defuere antiqui, & illi quidem non pauci, qui exposuere Hippocratē, quum dicit famem, idest uehementem efuritionem, quæ βούλιμος appellatur. Hos uero duobus argumentis reprehendit Galenus: primo, quia Hippocratem nimis arctum & particularem faciunt, quum ipse suam sententiam uniuersaliter protulerit. Præterea absurdum est dictum, βούλιμον esse famem, quoniam est potentia casus ex frigiditate exteriori, qui à fame quidem incohauit, sed non habet amplius coniunctam famem.

At in hæc duo Galeni argumenta dubitare contingit, quoniam in primo (inquit) hos facere Hippocratis sententiā particularem, quum tamen sit uniuersalis. Igitur Galenus innuere uidetur, de omni fame Hippocratem intellexisse, & etiam de bulimo. Igitur & βούλιμος uino sanabitur. Si aliter intelligatur, non est cur uniuersaliter sit dicere fames, caninam intelligentes, quæ est una species, quàm magna & intensa, idest bulimos, quæ est alia species. Recentes putarunt à Galeno oppositum dici, ut Galenus probet hos facere Hippocratem uniuersalem, quum sit particularis: qui decipiuntur. Primo, quia bulimos non est canina fame uniuersalior, imò potius canina fames bulimo. Hoc autem ita demonstrari potest, quia Galenus libro quarto De symptomatum causis, ubi de canina appetentia agit, ex pluribus causis illam fieri dicit, quàm bulimos. Igitur uniuersaliter est dicere canina appetentia bulimo. Adde, Græca Galeni uerba idem ostendere, quæ sunt hæc: πρώτον μὲν ἀντὶ γρηγοῦ τε καὶ καθόλου, ποιούμενον εἰδικῶς τε καὶ ἡπὶ μέρους. quæ si pensillate consideremus, hunc sensum faciunt. Primum quidem pro generali & uniuersali speciale & particularem facientes: unde dicendum est, argumentum inferre Hippocratem fieri particularem, & ad hanc famis particulam contractum: nam & si canina appetentia particularis sit, tamen amplior est quàm bulimos: uel etiam dici posset (nisi secundum argumentum impediret) quod sub fame, tam caninam quàm bulimum intelligeret. Sed re ipsa scito, bulimon famem etiam uino curari, non tamen puro & meraciore, quia robustis indiget cibarijs, si ea fames tolli debeat, qua omnia membra appetunt, & uentriculus non appetit: propterea bulimos quidem fames ad sui curam uinum recipit, ut membra re cito nutriente reassumantur: & ideo ad hanc etiam ampliari potest: sed uinum solum hoc non facit, imò alijs etiam indiget. Canina uero fames solo uino curari potest, quamuis & alia adhibeantur passim à medicis præsidia. De hac igitur præcipue Hippocrates intelligit, unde & à Philotheo dicitur, λιψίαν ἐπιταῦδα τῶν σφοδρῶτον καὶ ἀπαιστων ὀρεξίαν ἢ σπινθὸν ὀνομάζει, ἢ γῆρας λυψία δὲ πρὸς ἀνορεξίαν. idest, Famem hic intensiorem & incessantem appetentiā ciborum nominat, quam nonnulli caninam uocant.

Aliud Galeni argumentū ambiguitatē habet, quia bulimos est fames. Respondemus, non esse uentriculi famem: nam uentriculus in principio quidē appetebat, postea imbecillior effectus nihil appetit, & hæc appetentia ratione uentriculi est deperdita, ratione uero

aliorum

aliorum membrorum aucta.

Ad rem igitur, opus est intelligere Hippocratē in canina fame. Galenus uero præcitato quarto De symptomatū causis libro, duplicem famis caninæ causam ponit: una est, quoties uentriculi os humoribus acidis infestat, qui frigidi sunt. Sed in huius aphorismi commēatione hanc causam in duas partitur, ut nos hoc modo dicere possemus, Canina fames ex frigidityte oris uentriculi fit, quæ posset uel esse pura intemperies frigida sine materia, uel cum materia, quæ alia esse nō potest, quàm humor acidus in ore uentriculi imbibitus. Altera causa est, ubi totum corpus dissipatum & dissolutum assiduâ nutritione indiget. Hæc autem fames fit uel propter uim caloris, quoniā ut Alexander Trallianus libro tertio, capite secundo, docet, Si in uentriculo fit uehementissimi mala caliditas, quæ uētriculum rarefaciat, & eadem caliditas sit in membris, ut rarefiant adeo ut exeant quæ alere deberent in uapores dissipata, etiam canina fames inducitur: uel, ut addit ibi Galenus, quia uis retentrix est imbecilla: ideo illa quæ infumitur, cito transmittuntur: propterea fames intensa fit, ut continua edendi sollicitudine teneantur. & ideo inanitio per totum corpus caninā famem excitat, quæ inanitio uel caloris uim sequitur: quia calor, quæ ingestā sunt, plurimum deicit: uel ob retentricis facultatis imbecillitatem, propter quam cibus per corpus statim meat. Cum igitur caninam famem ex caliditate faciat, dubitare poteris, an hic uino sanari possit. Respondemus, uino potius augeri: quia uinum calidum, præsertim id de quo nūc intelligimus: propterea non est intelligēdus Hippocrates de hac canina fame quæ à caliditate fiat: unde in hac commēatione de hac nullam mentionem facit Galenus, sed illius tantum quæ à frigiditytate fit: unde & Alexander Trallianus libro tertio, capite secūdo, ubi caninam famem ex caliditate curare docet, Inter prima inquit maxime abstinentum esse à uino & à rebus calidis, iubetq; dandam esse bubulam carnem, struthionis, qua etiam caremus, forte eius loco anserinam dare possemus, & iuuenæ pedes. Aetius uero libro nono, capite uigesimo secundo, huius appetentiæ curam longioribus uerbis prosequitur, quam Trallianus fecerit. In summa igitur de illa solum canina appetentiā uerba facit Hippocrates quæ ex frigiditytate fit, uel modo fit mala qualitas pura, uel materia pura. Quod & Philotheus ipse testatur, inquit, *Αὐτὴ δὲ δίψη, ἢ μὲν γὰρ δι' ἀμετροῦ γίνεται διαχρησιμῶ, ἢ δὲ διὰ ψυχρῶν χυμῶν ἐσοκείμενον ποδὶ πλὴν γαστέρα, ὅς τῃ ψύξει μὲν ἐπιγάρῃ πλὴν ὀρθῶν, κατὰ λυγὰ δὲ καὶ ἀμβλυαίᾳ πλὴν πῶς, λιανὸν δὲ ποτὶ πλὴν διατροφῆν λαμβάνουσι, οὐ πέποιθον δὲ ἄλιμα χροῖται ὅλον τὸ σῶμα, ταύτην οὖν ἢ δάσφεις, ἢ καὶ ἀκρατοποσία πάσαι. πράσσεται γὰρ αὐτῶν ἰδιώτως ὁ λιμὸς, ἢ δὲ τῇ πρῶτῃ σφίτη, ἢ πλῆσιν χρόνῳ πρᾶτῆσταιν οὕτω πάσεται τὸ ὄργανον μὲν δὲ πλὴν ἄλλῃ πῶν λιμὸν ἐργασίαν τῇ δόμασι τῷ οἴνῳ.* idest, Ipsa autem duplex: hæc enim per immodicam fit alui deiectionem, illa uero propter frigidum humorem circa uentriculum adiacentem, qui frigiditytate quidem appetentiā excitat: dissoluit uero & obtundit coctionem, & hinc multum cibum accipiunt, non concoquunt autem, & totum corpus absumitur, hanc enim thorexix, idest meracioris uini potatio sedat. Ita enim famis his placatur. In tali autem uiciis genere hoc facientibus multo tempore, sic definit exhalarē materia faciens famem ob uini caliditatem. Verum quia tempore posses, cuius generis materiæ sit illa frigida, quæ hanc famem infert. Paulus libro secundo, capite quinquagesimo secundo, & Aetius libro nono, capite uigesimo primo, respondent, esse acidam pituitam in ore uentriculi existentem: nos uero addimus, & atram bilem. Imò unum in præsentiarum addemus, quod forte lectoribus mirum uidebitur: & certe mirum est: hoc anno millesimo quingentesimo trigésimo octauo, caninam hanc appetentiā Ferrariæ fuisse morbum epidemicum, & potius fuisse ex atrabile os uentriculi occupante, quàm ex acida pituita. Omnes autem quos curauit (fuerunt autē non pauci) ex infusione fenæ sanitati restituti sunt. & adhuc religiosam quandam ex hac affectione nunc curo die sexta Nouembris, quæ tamen sanitati ferè restituta est. Erat autem hæc appetentiā potissimū in principijs accessionū: rariq; ex his fure, qui quartanā non inciderent, sed breui terminū habebat. De hac igitur canina fame, quæ à frigiditytate fit, uerba habet Hippocrates, nam hæc proprie & simplici uocabulo fames appellari potest, quia cum naturali fame similitudinem habet ut Galenus dicit quarto De symptomatū causis libro, frigidi etenim humores in ore uentriculi rorionem quam



dam inducunt, quæ suctioni proportionē respondet, & non aliter quàm naturale pathema facit. & etiā si sit pura qualitas frigida ipsa hoc idem facit, quia ut eodem loco dicit Galenus, frigis uacua reddit corpora, & ipsorū tunicas cogens, constringensq; famem suscitāt. de hac igitur fame loquens Hippocrates, quam caninam uocant, ex frigiditate, uel frigidis humoribus factam, eam dicebat sanari uino, quod intelligo uino puro, etiā sine alijs cibarijs, nam qui eam patitur, si generosum uinum biberit, sanatur, & alia re non indiget. tamē prima uice non sanatur: sed si per aliquod tēporis spatium tali uino utatur. At quia non possumus tam diu uiuere sine cibus, propterea Galenus pingues & oleagineos cibos insumēdos iubet, & uinū generosum bibendum. Qui uero sint hi cibi, Trallianus libro tertio capite secundo enumerat, & copiosius Aetius uigesimalimo primo capite noni libri, ut autem à carnibus ipsis exordiamur, pinguiōres exhibet uolucrū partes & cerebella, & bulbos ex melle multo, oleo, pinguedine anserino, gallinaceo, ac suillo. De oleribus, maluam edī iubent, panī miscent cuminum, anisum, petroselinum. Imò & hæc eadem uino miscent, adduntq; piper, mel, nardi spicam, bellaria dant pistacia, amygdalas, nuces pineas, oliuas colymbades, sed ex melle: dant & lac per se, & cum passo, dant ex lacte potiones, & parant placentas, dantq; oryzam, uiscera cataplasmate hordeaceæ farinæ circumlinunt, dantq; medicamenta hieram picram. Sed omnia conueniunt quæ pituitam acidam, uel atram bilem educunt, si ex atra bile sit. Si uero sit mala qualitas frigida absque materia, caliditatem inducere satis est, & uinum potare.

Si uero petas cur canina fames, uel appetentia uocetur, Aetius uigesimalimo primo capite noni libri respondet: ita uocari, quia plures cibos appetunt, cum uero appetētiā cohibere nequeant, in ingerendis nimijs cibus modum excedunt, deinde multitudine eorum aggrauati, & assumptos citra nocumentum ferre non potentes, ad uomitum diuertunt, deinde rursus cibo se explentes rursus ad uomitum reuertuntur, quemadmodum canes, propterea canina appetentia nuncupatur. Nobis autem uidetur, ideo caninam appetentiam dici, quia uehementissima est, similis appetentiæ canum, quæ nunquam expletur.

Non desunt etiam recentes, qui caninam appetentiam ex uermibus fieri contendunt, imò eorum dux est Auicenna decimatertia tertij tractatu secundo, in capitulo De cura appetitus canini: & Serapio tertio libro sui Breviarij capite primo, & huius rei ratio in promptu esse potest, quia titillationem faciunt circa os uentriculi, quæ speciem quandam famis repræsentat, & forte talis canina appetentia potu uini copiosiore soluitur, quia uermes ex eius impetu deorsum deducuntur. At nihil refert an generosum uinum sit, nec ne, hi uero potissimum picra sanantur, unde & Trallianus libro tertio, capite tertio historiam quandam refert, se scilicet matronam quandam nouisse, cuius aluus pluribus diebus adstricta fuerat, tamen magnam ciborū copiam infumebat, & probe concoquebat, propter hoc lancinationem, & morsum quandam in uentre sentiebat, & de iugi capitis dolore conquerebatur. hoc uidens Trallianus hieram illi dedit, hieram inquam illā quæ cathartica est, ut illam ab eo morbo liberaret. cum hiera suam operationem incepit, uermem inanem amplitudine duodecim cubitorum eiecit, & statim à rabida ciborum appetentia liberata est. Vnde existimabat hanc pati bulimum, sed erat σκωληκωλιμω, idest famiuermis. hoc est ex uerme facta fames, unde nō ab re Auicenna, Serapio, & recentes hanc famem ex uermibus quandoq; factam putarunt.

Θόρηξις λυει. idest, Vini potio soluit. 1 Hoc à Galeno adeo clare in commentatione ostenditur, ut expositione non indigeat, nam Hippocrates aquam bibentes contra thorexemenos distinguit. Illi igitur thorexemeni sunt, qui uinū bibunt, quamuis aliquis hic ambigere possit de his qui ceruisiam, zythum, birra, atq; ceriam bibunt, quod hi distingui possint contra bibentes aquam: nam per aquam, puram aquam intelligit, per thorexemenos quemcūq; alium potum qui non sit aqua. Medones etenim sunt potus ex fructuum succis, & non aqua. Re autem uera ibi Hippocrates uini potatores intelligit, quia hi alij potus sub aquā potius referuntur. Tamen si quis per thorexin, potum substantia & potentia calidum intelligere uoluerit, non iremus inficias quemlibet potum calidum hanc caninam famem sanare aptum esse, præsertim si egregie calidus sit, ut sunt

ut sunt ex pipere, & aromatibus potus, quibus Germani, & Pannoni utuntur. Tamen non dubitamus, Hippocratem hic per Thorexemenos uini potatores intelligere, & per Thorexim, uini potionem. Dicitur autem *θώρηξις* uini potio, quia uini potione thorax & pectus incallescere uidetur, atque armari.

Aristoteles quarto septimę particule problemate, ex frigore quidem uoluit caninam appetentiã induci, sed calorem intus repellente. Immo dicit hyeme fieri, ut suspicer ego Aristotelẽ non de hac canina Hippocratis appetentiã uerba fecisse, sed de illa naturali fame, quã quiscunque hyemis tempore in seipso experiri potuit, problematis uerba hæc sunt, ne quicunque omitamus quod huic expositioni prodesse uideatur: cur tempore frigido maxime uis illa famis intolerabilis incidit, quæ canina appetentiã uocata est, & hiberno potius quę æstiuo, Respondet, An quoddam uitium hoc ob inopiam alimẽti sicci soleat accidere, tempore autem frigido, hiberno cum calor in angusta se contrahit, ocium interdum deficit alimentũ, quod cum defuerit, uitium id exoriendi accidere cõsentaneum est. At si in ea cibi uitiosa cupiditate resolutio imbecillitasque secuta est, materia statim interna corporis à collecto calore colliquescit. quæ si ad locum cibo à natura destinatum influxerit, pro cibo seipsam corpori applicabit, sed si spirandi sedem aduerit, obmutescere, atque languere necesse est. obmutescere inquam, quoniam spirandi meatus intersepitur, atque oblidetur. languescere autem propter inediã, consumptionemque corporis. Celeriter tamen paucisque remedijs subuenitur, eo quod eius mali ortus extrinsecus est. frigus enim calorem corporis nostri intus compellens ac contrahens, insatiabilem illam edendi cupiditatem inicit atque intendit. Quamobrem quomodo qui in metuendo tremebant, pallescantque, periculo demum liberati subito ad priorem redeunt statum, sic etiam esurientes illi ubi parum sumpserunt panis, citissime recreantur, ut qui ui paulo à natura ratione summoti aberrent, non qui penitus corrupti desciscant. Quod enim naturæ tenorem in partem aduersam uiolat, idem suæ naturæ eundem restituit. Ergo dimisisse tantummodo fat est, quemadmodum cum aduersi inter se pueri funem enixi retrahunt, quippe qui si ne dimisso resupini protinus decidunt. Hæc Aristoteles, Quem tu ipse considera, nam facile uidere poteris ab Hippocrate quodammodo discrepare, si de hac canina Hippocratis appetentiã uerba fecerit.

## GALENVS

**V**ini potionem thorexim nominare consueuit. In libro igitur De natura hominis, & de uictus ratione in hunc modum scripsit. Liqueat igitur quod uictus singulorum non sunt causa, quando omnes subinde morbo corripiantur, iuniores scilicet ac seniores, uiri simul, ac mulieres, similiter & thorescemeni, & aqua potatores. Cum ergo aque potatores thorescemenis ex aduerso distinguat, hinc ostenditur ipsum per thorescemenos uinum potantes intelligere. Quare & thorexim uini potus ab ipso dicitur, quem dicit famẽ soluere, non per iouem quęcunque defectum famẽ nominans, sicuti nonnulli arbitrantur, sed neque illam quæ cum appetitu fit, sed eam quam habent qui hac passione laborant, quæ uehemens & sedari contumax ciborum appetentiã dicitur, quam & quidam medicorum appetentiã caninam nominant. Talem enim famem uini potio sanat, non eã quę ex longa inedia, uelalui profluuiio, aut fluxu sanguinis, aut aliqua alia facta est euacuatione. Nam qui ex tali aliqua indigent causa, ne dum aliquam ex uini potu capiant utilitatem, etiam plurimum offenduntur, quoniam & conuulsionibus, atque delirijs cõfestim corripuntur, si antequam cibos assumpserint uinum potauerint. Qui uero famem quam diximus patiuntur, his uini potus, non cibi multitudo, remedium est. Equidem multos ipse sanauit qui indefinenter famecebant, uinum ipsis abundanter exhibens, ex eorum genere quæ sufficenter calefaciunt. Neque enim acerbata uina talem famem sanant, siquidem neque calefaciunt, sed quę colorẽ subrubeum habent, uel rubeum absque acris sapore, maximo sunt illis remedio qui canino laborant appetitu. Oportet siquidem cum ad prandium accedunt, primũ illis afferre pinguiã edulia, atque ut ita dixerim oleaginea, & quęcunque alia ex plurimo parantur oleo, sed in primis nihil austerum, aut acre offeratur: postea unum aliquid ex uinis quę diximus, etiam si nondum sitierint ad potandum dari precipimus. Statim enim sedatur fames, & talẽ longo tempore uictum exhibẽdo, cessat omnino. & hoc mihi magis uidetur in præsentia aphorismo Hippocrate docere. Cum enim caninam

appetitus, uel propter solam intemperaturā frigidiorē, uel propter humores acidos fieri consueuerunt quos exforbit os uētriculi, hæc uerò ambo sanare potest uinū quod diximus, nō sine ratione cessare facit caninos appetitus. Qui uerò putant uehementē esuritionē quā Græci bulimonia uocant, fuisse nūc famē ab Hippo. nominatā, nō satis recte mihi uident sermone accipere. Primū quia ipsum pro generali, atq; uniuersali faciūt specialē, ac magis particularē. Deinde est mētūt, nā passio bulimos nominata, est casus potētiae ex frigiditate exteriorē, qui à fame quidē inchoauit, sed nō habet eā plius adiunctā.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet Thorexim uini potione significare per distinctionē à contrario arguens.

Quod legitur, in libro igitur De natura hominis, in aliquibus cōtextibus legitur γὰρ non igitur. In aliquibus γού, idest, igitur. potius probo ut legamus γὰρ, sensusq; fiat, in libro enim De natura hominis.

Quod legitur, liquet igitur, quod uictus singulorum non sunt causa, quando omnes subinde morbo corripantur, Græce est φανερόν γὰρ ὅτι ὅτι τὰ δεικνύμενα τὰ ἐκαστὸν ἡμῶν ἐκ αἰτίας ὅτι. ὅτι δ' ἀπὸ τῶν πάντων ἢ νόσος ἐστίν, idest, Liquet igitur quod uictus unicuiusq; nostrum, non sunt causa, quod omnes subinde morbo corripantur.

SECUNDO docet, per famem caninā intelligendā esse, nō aut illam quæ fit ex inedia, uel alui profluuio, uel sanguinis fluxu, uel aliqua alia euacuatione, quia his potius uini potio obest, q; profit. nam hi uinū potare nō debēt, nisi prius comederint, aliter aut deliria, aut conuulsiones sequuntur.

Quod legitur Quemcunq; defectū famem nominans, Græce est ἀπασιν γίνεσθαι ἐνὸς μάλιστα λιμόν, idest, Quamcunq; indigentiam famem nominans.

Quod etiam legitur, sed eam quam habent qui hac passione laborant, lege Qui ea passione laborant.

Quod etiam legitur Et sedari contumax, Græce est ἀπαισθητοῦ incessabilis. TERTIO modū docet quomodo multos habētes famē caninā sanauerit, magnam eorum uinorū copiā exhibens quæ calefaciunt sufficiēter, idest, satis. propterea nō sunt danda uina acerba, quia non calefaciūt. Est aut acerbus sapor terreus ac frigidus, ut Galenus quarto De simpliciu medicamentorū facultatibus libro capite septimo docet. Vina aut acerba illa sunt, quæ ex immaturis uuis expressa seruantur. Ideo in illa parte à Galeno ostenditur ex re acerba, (modo coqui possit) fieri austerum saporem acidū dulcem ac pingue: hoc aut fit cum res acerba incalescit, & magis coquitur. In genere igitur res acerba frigida sunt, & terrea, & ideo acerbū uinum tale erit. propterea calefacere non poterit, nec famem caninam, ex frigore uel frigidis humoribus factam auferre: sed id uinum hoc faciet, quod in se egregiam caliditatem habet. Græci acerbum uinum σφουγγόου οἶνον uocant. nam dentes stupescere facit, ut sunt uina illa, quæ à nobis dicuntur albana, quæ & ex uuis non bene maturis exprimuntur.

QUARTO docet quæ nā uina sint potui danda in hac fame, Rubra inquit, uel subrubra, sine acri sapore, sua lingua dicit ἀλλ' οἶ γὰρ κίρροι πλὴν χροῶν, ἢ ἐρυθροί, χρωῖς τῶν σφουγγῶν, idest, Sed quæcūq; colorē cūrrū, uel erythron, absq; hoc quod in gustu adstringat, scilicet habēt. ubi nota à Leoniceno κίρρον colorē pro subrubro interpretatū. Sūt uero qui κίρρον gilūū exponāt. Immo Aulus Gellius in Noctibus atticis dicit tres esse colores, albū, nigrum, & mediū, quem κίρρον uocant, idest, gilūū. Multi uerò buxi colorē cirrum & gilūū uocāt, uoluntq; colorē uulgo gialū nuncupatū eo dici quasi gilūū. Seruius in Georgicis, ubi de equorū coloribus Virgilius agit, & gilui coloris mentionē facit, ipse interpretatur gilūū, idest, mellinū colorem. Aliqui uerò per κίρρον flauū intelligūt, aliq; fuluū. Nos uerò per uinū κίρρον, flauū intelligimus Galeni autoritate freti, qui libro quinto De sanitate tuenda, ubi docet quæ uina senior bibere debeat, inquit in substantia tenuis simū esse debet, colore, quod Hippocrates κίρρον uocat. poterat aut & ξανθὸν appellare, quibus uerbis manifeste dephenditur, colorē esse κίρρον ξανθὸν similem. est aut ξανθὸν flauus, unde Aristoteles tertio De natura animalū libro Scamandrū fluium Troianum ξανθὸν appellari tradidit, quoniam oues quæ in ipso potare consueuerunt flauas reddit. Quare quod hic dicit Galenus uinum κίρρον, nos interpretandum putamus flauum, & hoc

hoc rationabile est, quoniam ut præcitato loco Galenus dicit, calidissimum est flauum uinum ex his quæ enumerauit. nam capite decimonono tertij libri De simplicium medicamentorum facultatibus prope finem, quæ simpliciter sint calidissima uina enarrat. Indigemus autem in canina fame, calidissimo uino. Pro *κίρρα* igitur flauum intelligamus, & non ut Leoniceus facit, subrubrum. forte Leoniceus per subrubrum flauum intelligit, tamen per magis & minus in coloris intentione differunt.

Addit postea uel rubrum sine acri sapore, quod sua lingua erythron uocat, & re uera erythron rubrum est, sed quia omnia rubra non sunt calida, propterea addit sine acri sapore. Quod ad rubrum, & non ad flauum addi debet, quia flaua acrem saporem non habent. hoc autem est si Galeni contextus ita dicat, At re uera in Galeno non adest hæc particula, Sine acri sapore, sed ista, *χωρίς τὸ στυπτικόν*, idest, absque eo quod stypticitatem habeat, uel adstringat, *στυπτικόν* enim est obstruo. Reperiunt uero rubra uina styptica, & quæ adstringant. Styptica autem os uentriculi comprimunt, & famem inducunt potius, quam leuent. nam adstringendo illam faciunt, sicuti frigida adstringendo idem efficiunt. Præterea quod acres dicere non possit, in promptu ratio est, quia acres sapes, quos *σπίμυς* Græci uocant, omnes calidi sunt. immo quarto libro De simplicium medicamentorum facultatibus illos deridet, qui dubitant an res acres calidæ sint, cum sensu ipso constet esse calidissimas. Est autem *σπίμυς* apud Græcos sapor acer, & acutus, qualem habent piper, allium, cæpe, pyretum, nasturtium. quo in loco concludit acrem saporem omnium calidissimum esse, & ideo non dicebat Galenus, nec dicere poterat, absque acri sapore: sed potius quæ acrem saporem habent, in hac cura sunt recipienda, quia calidissima. At dicebat, sine aliqua stypticitate, uel adstrictione. hoc enim *χωρίς τὸ στυπτικόν*, potius significat, idest, absque aliqua stypticitate, uel adstrictione. ut huius partis sententia sit, Vinum, quod in hac fame propinandum est, uel flauum, uel rubrum sit, sed rubrum sine stypticitate uel adstrictione, quia illa uina, quæ & rubra & styptica sunt, frigida etiam (idest minus calida) esse oportet, & famem potius augere apta sunt, quam sedare.

QUINTO curationem huius famis prosequitur Galenus, iubens, ut his hominibus dentur pinguia edulia, quæ scilicet uel ex multo oleo, uel multa pinguedine parata sint. nam & oleum & pinguia, hanc famem contundunt: unde quando his carnes exhibentur, ea partes potissimum sumuntur, quæ in animalibus pinguisimæ sunt, & quæ in sanis nau seam mouere solent, & fastidium cibi, ut quisque in omnibus facile experiri potest.

SEXTO notat Galenus, priusquam hæc cibaria, quæ oleaginea, & pinguia sunt, exhibeantur, nihil præcesserit, quod austerum uel acre sit. In qua re de Leoniceo non possum satis mirari, qui acre iterum uertat, cum de acredine nihil dicat Galenus, & acre do in hac canina appetentia conueniat, quia calida sunt. Galeni autem uerba hæc sunt *μάλιστα δὲ μὴ δὲ ἰσχυρόν, ἢ στυπτικόν ἔστω*, Quæ hoc modo interpretanda iudicamus, maxime autem nihil austerum, aut acerbum sit. unde quod Leoniceus interpretatus est acre, acerbum interpretari oportebat. Est autem (ut superius à nobis dictum est) acerbus sapor, frigidus.

SEPTIMO notat, etsi non sitierint (quod ut plurimum contingit) tamen esse propehendos ad bibendum, quia citius sanantur. At tibi forte uidebitur in Galeno contradictio, qui dicat statim sedari famem: postea dicit, quod exhibendo talem uictum longo tempore omnino cessat. uidetur ergo contradictio, quippe si statim sedatur, cur exhibere longo tempore talem uictum, & cur dicit omnino cessat? Sciendum hanc famem sedari, & deinde iterum superuenire: quia uini copia una uice sumpta non est satis ad resol uendos omnes humores, qui in ore uentriculi continentur, tamen aliquos resoluit, & famem indutias præstat, sed iterum accedit. propterea si diu eo uictu utamur, tota denique aufertur, ut hic possit omnia quæ lubuerint, comedere: tamen hanc famem non incidet. Vel dicas, à Galeno dici Sedari, idest, placari aliquantisper, non tamen perfecte sanari, quod Græcum uerbum ostendit *παύνηται* mitigatur, idest, placatur, sed ex longo usu penitus remouetur.

OCTAVO docet, & ex sola frigida intemperatura, & ex materia frigida fieri hanc famem, sed utraq; uino sanari possunt.

NONO dubium facit de bulimo, quem Galenus ad Glauconem dicit nihil aliud esse

esse, quàm quendam animi defectum: sed cum de hoc dubio nos inter exponendum aphorismum plura egerimus, illuc lectorem transmittendum esse iudicauimus.

Quod legitur Non satis recte, Græce est ἀλογώτατα.

Vbi legitur, Specialem, ac magis particularē, hæc particula Magis, uacat, nam Græce est εἰδιώτερον, καὶ ἤ μᾶλλον.

Quod etiam legitur, est casus potentiæ, illa particula Potentiæ, Græce est δυναμικῶς, idest, uirtutis.

Quod legitur, Quia à fame quidem inchoauit, intellige à fame uera. Vnde illam uocat πένωλον.

## APHORISMVS XXII

**Q**uicunq; morbi ex repletione fiunt, curat euacuatio: Et quicunq; ex euacuatione, repletio, & aliorum contrarietas.

## BRASAVOLVS

**E**X hoc egregio Aphorismo maxima quædam, atq; dignitas, immo totius nostræ artis fundamentum colligitur, unde hic ab Oribasio dicitur, Hippocratem ostendere quomodo apud eum sit definita medicina. Philotheus uerò præcedentem Aphorismum huic ita continuat, ὅτι τῷ πρό τούτου ἀφορισμῷ μερικῶς ἐποίητο θεραπείαν, τὴν λιμὸν ὁρίων τῶν νόσων λύων. ὅτι δὲ τῷ πρώτῳ, καὶ βολικῶς ποιῆται τὸν λόγον, idest, in eo aphorismo qui hunc præcedit, particularem curationem fecit, famem per uini potionem soluens. In hoc autem uniuersalem facit sermonem. Est autem maxima & principium immediatum hoc, Contraria contrarijs curari. Hippocrates in aliquibus contrarijs specificat, postea uniuersum circa omnia idem profert. particulariter inquit, omnes morbos ex repletione factos, & non ex alia causa, euacuatione curari. nam materia illa quæ implebat euacuata, is qui repletus erat, non est amplius repletus, sed quantum sit huius ratione, sanus effectus est. E contrario quilibet morbus ex euacuatione factus, in quo sola euacuatio morbum faciat, repletionem curatur, non quidem simpliciter, sed tali, ut quod uacuum est, repletur. His etenim partibus repletis, quæ uacua erant, & ob id morbus fiebat, cessat morbus. Verum ut rei summam complectatur, & ostendat contraria contrarijs curari, addit, unamquamq; contrarietatem sua contrarietate curari, ut calidi morbi frigidis, frigidi calidis, humidi siccis, siccis humidis: & si compositi sint, compositis contrarijs uel mixtis, quæ talis generis sint, ut unum fiat quod morbo opponatur. Et si id obijcias, quod à Galeno dicitur decimo Methodi libro, frigida aqua non semper curanda esse febrem, cum tamen sit febris contraria, nos huic dubio ex Galeni uerbis respondendum debimus. docet prius præsidia illa quæ docet hys ægris esse applicanda, quos seruari spes est: quando ægris, qui insanabiles sunt, his nec tempus ullum opportunum, nec præsidium est. Atq; hoc mihi per omnem sermonem teneri memoria uelim, quominus præcipua illa primaq; omnium curationis indicatio conuelli aliquando posse uideatur. Quippe cum dicat Hippocrates, contraria esse contrariorum remedia, quid uetat omnibus tebricitantibus frigidam uno ordine exhibere? Verum nec exhibenda est, nec subuertitur eo tempore generalis omnis curationis indicatio. unum enim ex hys quæ actu refrigerant, aqua frigida est, sed & alia plura sunt, quæ partim potestate (ut dictum est) refrigerent, partim ex accidenti, quorum alijs propter concursum pugnantium inter se indicationum aliàs utimur. Porro tradita iam methodus est, eius quod conducit, ante alia semper deligendi. Ostensum præterea est, ipsius febris, prout febris est, aquam frigidam semper esse remedium, quod ad alia spectat non semper: ueluti cum ex obstructione glutinosa & crassi humoris putredo oritur. Hæc Galenus, quibus facile prædictæ ambiguitatis solutio haberi potest, & eo magis si reliqua quæ in Galeno sequuntur, considerabis.

Hic notare potes, optime ab Hippocrate primo dictum esse, Morbos qui ex plenitudine fiunt uel satietate, euacuatione sanari: & qui ab euacuatione, repletionem. postea de alijs

de alijs contrarijs generalem propositionē edocuit, quia generalis illa propositio in qualitatibus potissimum intelligitur, quarum una, quæ alteri contrariatur si ea fortior sit, alterando illam expellit. Tamen si in aliquo morbo qui à bile ortum habuerit, quæ calida est, medicus quispiam Rhabarbarum præbeat, quod bilem educens, sanitati agrum restituat, hic à suo contrario sanatus esse non uidetur, sed potius à simili, immo hæc est Galeni sententia, quod medicamenta ob substantialem similitudinem educant, & non ob aliud, quando aliquis per euacuationem ex medicamento in qualitate simili sanitati restituitur, sed hæc ambiguitas facile solui potest. Nam hic duo sunt, unum est humoris peccantis quantitas, aliud qualitas ipsa bilis, quæ calida est. In eo qui ex Rhabarbari potu à biliosa febre sanatus est, sanitas ratione quantitatis humoris est per se facta, quia ille his humoribus ad inducendam febrem aptus plenus erat: sed ratione qualitatis quæ similis est, per accidens inducitur sanitas, nam ad quantitatis euacuationem qualitatis euacuatio consequitur, quæ simul cum quantitate mixta est, itaque morbus quilibet per se à contrario sanatur. Contingit uero & sanitatem induci à non contrario, sed id per accidens est.

Hippocrates in libro De hominis natura hunc aphorismum ad uerbum referre uidetur, inquiens: sic medicum morbis mederi oportet, habita bene cuiusque quod in corpore, pro tempore & eius natura uiget ratione: in primisque præterea non ignorare debet, morbos qui ex repletione proficiuntur, exinanitione curari: qui à labore, hos quiete: qui ex otio, eos exercitatione euinci. In summa oportet medicum scire obistere instantibus, & morbis, & formis, & temporibus, & ætatibus, & contenta laxare, & laxata contendere. tali namque modo morbi uitium facillime desistere poterit, & hoc mihi sanatio esse uidetur. Idem Hippocrates in principio libelli De flatibus, huius aphorismi sententiam ex uerbis quæ sequuntur, confirmauit. Nam si quis morbi causam cognoscat, hic poterit quæ corpori conducere ualeant, adiuuere, quippe qui ex contrarijs ægritudines fieri non ignorat. nam hæc medicina in primis est naturalis. Mox siquidem famem ægritudo est, quicquid enim molestia afficit hominem, id ipsum ægritudo uocatur. quod est igitur famis remedium: quod famem amouet, hoc autem est cibus, illo hoc curandum. Rursum sitim amouet potio. Contra repletionem sanat euacuatio, euacuationem repletio. laborem quietes, quietem labor, atque ut una breuique oratione complectar, Contraria contrarijs curantur, etenim medicina est additio, subtractioque, subtractio superantium, additio deficientium: quique hoc optime facit optimus est medicus, qui autem ab hoc plurimum discessit, plurimum etiam ab arte discessit. Hactenus Hippocrates, Hinc habes unde illud rei medicæ axioma habeatur, Contraria contrarijs curantur.

Galenus etiam in libro De sectis, casum quendam ponens simul edocet contrarium contraria esse remedia. Casus autem hic est. aliquis sit, qui acriter febricitet, & qui grauitatem corporis sentiat ad motum segnat, & sit tumidus, & rubicundior quæ prius, & uenæ tumidiores appareant, quis dubitat sanguinis calidioris copiam huic redundare: Quod igitur remedium? Nimirum euacuatio, quæ abundantia est contraria. nam contrariorum contraria sunt remedia. In libro sibi adscripto, qui Introductio, uel Medicus uocatur, medicorum sectas referens, & earum notas subscribens, tres sectas refert, Rationalem, Empiricam, & Methodicam. Rationalis naturæ rationem præbet, morborum causas inquirat, & signis ad illarum inuentionem utitur, curationem capit à contratio. nam contrariorum contraria sunt remedia.

Idem Galenus primo De ratione uictus in morbis acutis libro, ubi Hippocrates primum sanam in morbis acutis, cæteris frumentaceis condimentis præfert, in illius partis commentatione inquit, Hippocratem febrem magnam uocare ignem, quasi non aliam habeat naturam, præter quam ignis substantiam: postea addit, si igitur contraria contrariorum remedia sunt, sane febris peculiare remedium est, ut uirtute, tum frigidum, tum humidum exhibeamus.

Idem Galenus in quinto De satietate tuenda bis terue hanc maximam repetit, & in libro De constitutione artis idem facit, non modo uolens contrariorum contraria esse remedia, sed particularium particularia. Cum uero sexcetera Galeni loca sint, quibus hæc

propositio exponitur, refertur, atq; repetitur, nobis illa referre præter rem potius uidetur, quàm data opera filere. Satius autem erit, Aphorismi particulas cõtemplari, quàm hæc quæ quisq; uidere potest, referre.

*ὅτι οὗτε νοσήματ' ἐστὶ τὸ πλῆσμονή, idest, Quicumque morbi ex repletione uel ex satietate fiunt.* Hic pro exquisitiori quorundam uocabulorũ expositione, discutere oportet, quid apud Hippocratem & Galenũ significet uocabulũ *πλῆσμονή*, idq; fiet cõmodius, si unã edocuerimus, quid *πλεονεξία*, quid *πλήθ'⊙* uel *πληθῶρα*, & quid *καρροχμία*. Etenim hoc loco Leoniceus interpretatus est uocabulũ hoc *πλῆσμονή*, idest, plenitudo. In alio aut aphorismo dicente Non satietas, non fames, quod sua lingua dicit *ἢ πλῆσμονή*, Leoniceus interpretatur satietas. Est autẽ differentia inter plenitudinẽ & satietatem, quia plenitudo amplior est, quàm satietas, præsertim apud medicos. quippe apud Galenũ *πλῆσμονή* uidetur esse ciborum plenitudo, quæ satietas dicitur; unde superius Aphorismo septimodecimo dicebat, *ἢ γὰρ πλείων τροφῆ τῆς τῷ σώματος φύσεως, ὀνομάζεται πλῆσμονή*, idest, plus enim cibi, quàm modo naturæ conueniat, *πλῆσμονή*, idest, Satietas nominatur. Ita enim potius interpretandum iudicamus, quàm ut facit Leoniceus, repletio. quæ uis apud Aristophanem, & alios authores Græcos id uocabulum *πλῆσμονή* pro cuiuslibet rei satietate usurpatũ inueniatur. Est autem talis satietas, in qua is qui satur est, plenus est, sed potissimum apud Græcos medicos in cibis intelligitur. *πλεονεξία* uerò est uocabulum, quod Galenus tam qualitati, quàm quantitati coniungit. nos interpretari possumus abundantia uel exundantia, uel superabundantia. Adde locus Galeni octauo Methodi libro in principio ubi ostenditur, *πλεονεξίαν* de sola qualitate dici, inquit enim, Intemperiei febricitantium excessus in caloris *πλεονεξία*, idest, abundantia consistit. At *πλεονεξία*, idest, abundantia secundũ quantitatem, si sit in omnibus humoribus *πληθῶρα*, & *πλήθ'⊙* à Galeno dicitur, idest, plenitudo. Recentes eodem uocabulo utuntur dicentes plethoria. At si *πλεονεξία*, idest, redundantia in uno solum sit humore, *καρροχμία*, idest, humoris prauitas, uel succi uitium nuncupatur: & ideo Galenus in *πλήθος* uenæ sectione utitur, in *καρροχμίας* medicamẽto purgante. Ad Aphorismi uerba redeuntes cũ *πλῆσμονή*, idest, satietas, uel plenitudo ad satietatẽ sit, uel quo ad uasa, uel quo ad uires, ut superius aphorismo septimodecimo docuit, in omni satietate uerus est aphorismus, quia hæc plenitudo (ut nũc tali uocabulo utamur) euacuatione sanatur. nẽpe si uasa sint nimis plena, tamen uires corporis copiam illam superare possint, sed à uasis contineri non possint, quia & uehementer intumescunt, & extenduntur, ut fere disrumpantur, immò quandoq; disrumpi possunt, uel saltem hæc extensio operationes lædat; hi sanantur euacuatione. Si unã iuncta sit mala qualitas aliqua, suo contrario & ipsa expellitur. Per uasa autem, & uenas, & uentriculum, & omnem aliam nostrĩ corporis cavitatem intelligimus, quæ humorum capax sit. Satietas autem, uel plenitudo quo ad uires (si tali uocabulo uti uoluerò) est cum aliquis adeo ingessit, ut eius uires coquere non possint, sit morbus ex repletione, quo ad uires, quamuis uasa ipsa extensa non sint, nec multum plena, & ex hac morbi omnes fieri possunt, qui ex cruditatibus ortum habent, hi quoque euacuatione sanantur.

Scito præterea id uerbum fieri à Galeno pro his morbis intelligi, qui nondum facti sunt, sed fiunt, & forte ob hanc causam, quia aliqui sunt morbi ex repletione & satietate facti, qui per solam euacuationem non curantur: ut si repletio continui solutionem fecerit, hæc solutio morbus est ex repletione factus, tamen ob euacuationem non sanatur sed unione indiget. forte ob hanc causam Galenus intelligere uoluit morbos qui fiunt, idest, (ut Recentiorum uerbis utar) in fieri sunt. Tamen & si in hoc casu, morbus ex euacuatione non curetur, nos simpliciter de omni morbo intelligimus, qui ex repletione ortum habuerit, modo repletio causa sit quæ morbum induxerit, & quæ illum conseruet. Verum in hoc casu morbus semper fieri uidetur, quia semper dependet à causa. unde cum sanare morbum sit eius causam remouere, morbus autem à plenitudine dependeat, ideo plenitudinem remouentes, statim & morbus ipse remouetur. propterea Galenus in commentationis principio notat Hippocratem de morbis ex repletione intelligendum esse, quando adhuc repletio perseverat, & illum facit, non autem de illis in quibus non perseverat unã repletio, sed abiit relicto morbo. In hoc enim casu non est

non est opus repletionem remouere, sed morbi contrarium agere: ut in prædicta continui solutione, non est opus plenitudinem remouere (nisi multi humores etiam sint qui solutionem augeant) sed opus est unire partes. Hippocrates igitur secundum Galenum de morbis, dum fiunt, intelligendus est.

*κρῆσις ἰᾷται.* idest, euacuatione sanatur, modo plenitudo ipsa perseueret. *ἡ δὲ ὄρεσις ἀπὸ κρῆσις πλεονομῆ.* idest, Et qui fit ex euacuatione, satietate uel repletionem sanatur. Ita intelligentes, quod ab euacuatione, ut euacuatio est, fiat, & per repletionem uel satietatem illam intelligere oportet, quæ euacuationem illam corrigat. nam repletio morbi causam significare uidetur. Repletio autem euacuationem corrigens, alterius morbi causam remouere potest. unde nihil aliud erit hic repletio uel satietas quæ euacuationem faciat, quàm repletio & restauratio, si autem petas qui nam morbi illi sint, qui ex euacuatione fiant, Galenus in commentatione responderet, in primis notans per euacuationem forte euacuationem intelligendam esse, quæ uel sit ex utero muliebri, uel ex uenis hæmorrhoidibus, uel ex ulcere. adde tu, uel ex aluo, uel ex fluxu sanguinis narium, uel ex inedia, uel ex labore. ex his euacuationibus uariæ operationes lædi possunt, unde & morbi plures fiunt. Nam ex sanguinis defluxu, quocumque fiat, aqua intercus fieri potest, iccore ob magnam sanguinis copiam quæ exierit, imbecilliore facto. Potest & hic uir supra modum euacuatus stuporem incurrere, deliria, uertigines, & multa alia, quæ repletionem & satietate sanantur, præsertim dum fiunt, non autem postquam facta sunt. Diuturne etiam inedia corpus exiccant, & ethicam febrem, atque marasimum inducere possunt, unde omnes morbi, qui euacuatione fiunt, dum fiunt, repletionem, idest, refectionem sanantur.

*καὶ τῶν ἄλλων ἡ ἐναντιότης.* idest, Et aliorum contrarietas. In genere nunc breuius edocet contraria omnia contrarijs curari. nam omnis curatio fit per contrarium latius contrarium accipientes ut se extendit ad omne id quod alterum pellit, hicque est (ut Philotheus dicit) secundum Hippocratem, medicæ facultatis finis. Nempe Hippocrates medicinam hoc modo definiuit ἡ ἰατρικὴ ὄρεσις καὶ ἀφαιρέσις, πρόσθεσις μὲν τῶν ἐλαπίπτων, ἀφαιρέσις δὲ τῶν πλεονάζοντων. idest, medicina est additio, & ablatio, additio quidem eorum quæ deficiunt, ablatio uero eorum quæ supersunt, uel redundant.

Recentiores medici ambiguitates quasdam in medium proferunt, quibus probare conantur contrarium à contrario non curari, sed potius à simili, uel à non contrario. habetur aphorismus decimus nonus quinti libri apud Hippocratem, quo dicitur, Quæcunque refrigerata sunt, excalfacere oportet, exceptis ijs, quibus sanguis fluit, aut fluxurus est. uides igitur in his non esse opus refrigerata calefacere, sed potius infrigidare.

Præterea in aphorismo uigefimo primo eiusdem quinti libri docet Hippocrates distinctionem, quæ fit à pituita, sanari per multam frigidam aquam perfusionem, tamen hæc curatio non est à contrario, quia pituita frigida & humida est, quas etiam qualitates habet aqua.

Adde morbum calidum à naturali calore curari, tamen calor non est calori contrarius. Quarto, scammonio calido & sicco biliosa febris arcetur, bilis autem calida & sicca est. Ambigunt & de morbis in numero & in quantitate, quomodo curari possint si omnis curatio per contrarium fiat, nam in prædicamento quantitatis contrarium non ponitur.

Habetur & tertio De sanitate tuenda libro, oportere labore laborem soluere. Denique alia quædam argumenta recentent in particularibus quibusdam ægritudinibus, quæ sine contrario sanari uidentur. Adduntque ab Hippocrate in secundo Epidemiorum dici, dolore dolore solui, & ab Hippocrate inferius dicitur, duorum dolorum eundem locum infestantium maiorem obscurare minorem. Nos igitur hanc propositionem, contraria contrarijs curari, simpliciter theorema esse medicum, quod nunquam fallit, aut fallere possit, dicamus, quod quidem theorema & à Philosophis etiam probatur. etenim Aristoteles primo De generatione & corruptione libro, & in primo Ethicorum, uniuersaliter scriptum reliquit, omnem actionem fieri per contrarium. Curatio uero morbi actio est. sed hoc elucubratus secundo Ethicorum libro ostendit, ubi dicit, medicinas innatas esse fieri per contrarium. & primo problematili, problemate secundo idem celsit. Nunc Hippoc. & Galeni sententias de hac re superius adductas omittamus, id solum addentes,



Galenum libro undecimo Methodi edocuisse, Hippocratis preceptum, contraria contrariorum esse remedia, nūquam subuerti; ubi diffuse ostendit esse uerum id principium, licet in omnibus febribus aqua non utatur.

Non est etiam opus eodem modo nos hic contraria distinguere, ut recentiores faciūt, & conari, quid sint uera cōtraria, totis uiribus edocere, & quod sint qualitates in eodem genere maximè distantes, ut in libris Primæ philosophiæ ab Aristotele edocemur: sed in præsentiarum eo modo contrarium accipimus, quo Aristoteles in primo De physico auditu libro usus est, ubi dicebat, formam & priuationem esse contraria. Imò nos hic Galenum imitabimur, qui in undecimo Medendi methodi notat, si dicere nolueris, cōtraria contrarijs curari, quoniam tibi forte hoc nomen, contrarium, nimis arctum uideatur, saltem dic opposita oppositis curari, ut ostendat Galenus non esse intelligendam contrarietatem pro illa exquisita, quæ est una oppositionis species, & est maxima inter duo extrema distantia, sed contrarietatem accipit pro quacunq; oppositione, etiam si parum distet, modo sit remotiua contrarij. Nosq; hic addimus, in expellendo morbo semper esse notabilem distantiam. Vnde cum nobis æger quispiam præsentatur, ut in undecimo Methodi, & in præcedentibus libris ubertim habetur, prima curatiua intentio occurrit, quæ est remouere ægritudinem. hoc remouere, ægritudinis perseverantiæ opponitur, hæc autem ægritudinis remotio fieri non potest, nisi instrumentis, & aliquibus quæ sunt ægritudini opposita. & hoc semper intelligo in curatione quæ per se fit; quoniam per accidens quandoque curatio fit à simili. Tamen si id simile considerabimus, semper per contrarij naturam habere inueniemus, ut in argumentorum dissolutione uidere licet. nam remouenda sunt, ne lectoris animum diutius perturbent.

Ad primum Galenus eodem loco optime respondet, notans & ipse argumentum quod ex Aphorismo fieri poterat. propterea dicit, quod non euerit theorema illud, contrariorum contraria esse remedia, de quo in Methodo medendi plura edocuerat: ubi dicebat, esse ante hoc theorema, contrariorum contraria esse remedia, aliud magis necessarium, scilicet, illa prius curare oportet quæ magis urgent, idest, quæ maius periculum afferunt, ut in proposito fluxus sanguinis narium casu. Tamen si tibi placeat & nunc dicere, hanc curationem fieri à contrario, scito hic duo esse: unum quod frigidity peccat, & hoc calefacientibus indiget: aliud quod apertum est, uel aperietur, & hoc adstrictione indiget. Veruntamen quia periculosior est hic sanguinis defluxus, quam illa frigiditas, propterea huic potius attendimus, & adstringimus, quod tamen fit contrario: posteaquam ex hoc sanus euaserit, sanabitur etiam ab ægritudine frigida, sed calido, quia iam tutus erit, quod sanguis amplius non exhibit. unde cum Hippocrates dicit, in frigidata calefacere, hoc intelligit ut sanentur. ubi uero addit, nisi uel fluat, uel fluxurus sit sanguis: non intelligit quod illa refrigerata, in quibus uel fluit, uel fluxurus est sanguis, sint alijs sananda & non calidis, sed quod ob sanguinis periculum calidis uti nō debemus. cum uero calidis non utemur, refrigerata non sanabuntur, imò maius clementum forte accipient; sed posteaquam à sanguinis fluxu libererimus, refrigerata (absq; sanguinis suspicionem) sanare poterimus.

Ad secundum Galenus in commentatione optime respondet. nam Hippocrates inquit distentionem sanari, quæ est à pituita, per aquam frigidam, sed id fit per accidens, & non per se. per se uero sanatur à calore naturali fortificato. quippe Hippocrates dicit, In iuvene bene carnosæ ætatis tempore si distentionem habeat, multa aqua frigida per fusa sanat. nam illa aqua calorem reuocat, calor autem hanc soluit. unde uides & ipsum Hippocratem non dicere, ab aquæ frigiditate sanari, sed potius à calore. aqua uero quæ frigida est, & naturali calori aduersatur, calorem reuocauit, & excitauit, qui ferè sopitus iacebat, & in materiam non agebat. Tamen & hæc curatio perraro fiat, & non nisi in carnosiss, & iuuenibus, & in media ætate, & in naturis biliolis, atq; robustis, aliter & morbus crescere posset, & ægrum interimere.

Ad tertium, falsum est atq; absurdum dictu, quod naturalis calor, & morbus calidus non sint contrarij calores, imò sunt adeo contrarij ut unus alium expellat. nam & si utriusque calores sint, tamen unus est naturalis, alter præter naturam. naturalis etiam calor non expellit eum qui præter naturam est ut calor est, sed expellit, ut præter naturam

ram. hoc autem facit causas adimendo.

Ad quartum (& si prius etiam reſponſionem exhibuerimus) Scamoniũ, & Rhabbarũ febrẽ quidẽ curant, quia euacuãt quod plenũ eſt, ad hanc uero euacuationẽ caliditatis bilis extinc̃tio conſequitur: propterea hæc curare non dicuntur, quia calidum extingunt, ſed quia calidam materiam educant, qua educ̃ta, non eſt amplius calor offendẽs: & ideo nõ curat febrẽ ut caliditas eſt, ſed ut febris ab humorũ plenitudine dependet. & hoc intelligo in omni medicamento ratione qua educit, & ſanitatẽ infert, hanc inquã infert ratione euacuationis, & nõ ratione qualitatis. Si uero poſt bilis euacuationẽ aliqua febrilis qualitas abſq; materia relinqueret, frigidis extingui deberet, & nõ calidis.

Ad quintũ, Morbi in numero per cõtraria curantur, nempe remouendo, tamẽ eſt contrarietas non exquisita, ſed oppoſita ſunt. Etenim auferre, ei opponitur quod eſt in eodẽ ſtatu perfeuerare. Idẽ de morbis in quantitate dicere oportet: & illud eſt uaniſſimũ argumentũ, quod morbi in quãtitate cõtrarijs non ſanentur, quia in quãtitate prædicamẽto non eſt cõtrarietas. nã & in quantitatũ prædicamẽto hæc cõtrarietas lato modo accepta quæ oppoſitio quædã eſt, inuenitur. Et adde hos morbos in quãtitate ſubſtantix inniti.

Ad ſextũ, Cum reperitur dolore dolorem ſolui, aut laborem labore, hæc ſunt per accidens, naturam prouocantes, ut ad unum locum, in quo prius non erat, conuertatur. Itaq; naturalis calor, ad locum in quo eſt dolor proritatus dolorem ſoluit, eodem modo de labore tranſpirationem faciente dicere oportet. Quod uero Hippocratis aphoriſmo dicitur, duorum dolorum eundem locum inſtantium minorem maior offuſcat, non intelligitur, quod maior minorem ſanet, ſed quod tanta eſt maioris uehementia ut minor ſentiri non poſſit, & ſi duo lumina accenſa extent, minus à maiori offuſcatur. hæc de iſta ambiguitate dicta ſint ſatis & ſuper, quam ita ueluti per tranſennam potius expedire uoluimus, quã in multis diſtinctionibus aſſignandis tempus contere.

## GALENVS

**N**ON ſi quid factũ ex repletionẽ, neq; ipſa, non amplius exiſtente, ſi quid remanſerit curat euacuatio, ſed quæcunq; eo ipſo quo ſunt tempore curare aggredimur euacuatione indigẽtia, quod quidẽ igitur multitudo morbũ efficiat, antea dictũ eſt: quod autẽ euacuatio ſit eius curatio, nõ opus eſt dicere, ſicuti neq; de omnibus alijs cauſis quæ morbos cõmittunt, quod per cõtraria curentur. Neq; enim aliud quicquã quimus excogitare, præter contrariũ cauſis ipſis efficientibus morbos, ſicuti in morbis ipſis iam factis ruruſus conſiderabimus, quẽadmodũ & in caſibus qui ad eos ex neceſſitate conſequuntur, ſed nunc de his qui adhuc ſunt, ſermo à nobis habetur. Liqueat igitur quod unã cũ cauſis ipſos facientibus deſtruunt, cauſarũ uero facientiu abolitio ſit ex contrarijs. Si enim ex refrigeratione morbus fiat, curatio eſt per calefactionẽ: ſi uero ex calefactione, per refrigerationẽ. Sic & ſi propter repletionẽ morbus cõſtituatur, tunc oportet multitudinẽ euacuare, ſicuti & ſi propter euacuationẽ, reſicere protinus cõuenit. Atqui nõnullis uidetur nõq; fieri ab euacuatione morbũ, exiſtimãt autẽ ut apparet huiuſcemodi homines, ſolã febrẽ eſſe morbũ, quod ſi didiciſſent quamlibet lædentẽ operationẽ diſpoſitionẽ, morbũ eſſe, & quod à uehementibus intemperaturis operationes læduntur, haud quãq; dubitarent, an fortes euacuationes morbos efficiãt. Sanguis enim cũ ſupramodũ, aut ex utero muliebri, aut ex uenis quæ hemorrhoides appellantur, aut ex ulcere fluxerit, tunc uel omnes, uel plurimas operationes hi qui ita affecti ſunt offenſas habẽt. Nõnulli uero ipſorum nõ modo hæc patiuntur, uerũ etiã aqua intercutẽ corripuntur. Longæ autẽ inedia hi qui calorẽ habent ad igneã naturã propenſiorẽ, præter alia mala, inſuper afferunt febre. Quantũ ueritas ipſa, atq; utilitas exigebat dictũ à nobis eſt. Sed & his addamus aliquid propter deliros, quales ſunt quidã medici recentiores, qui de nominibus altercantur, & putãt ſe de rebus ipſis habere ſermonẽ. Hi igitur ſunt qui aiunt, cauſarum efficiẽtium morbos abolitionẽ non eſſe curationẽ, ſed præſeruationẽ. Qui primũ quidem docendi ſunt, quod de nomine litigãt. Deinde q; neq; de hoc ipſo recte. Vbi em̃ cauſa nõ adeſt quæ morbũ efficiat, hic ſola curatio factorũ relinquitur. Vbi uero ea quæ ineſt corpori diſpoſitio, nondũ aliquid facit, uelut quæ plethora, id eſt, plenitudo uocatur, hoc ad præſeruationẽ artis attinet partẽ, ſi huiuſmodi cauſe deſtruantur. Cum uero iam aliquid agit, in ætũ iam eſt huiuſmodi opus ex præſeruatione, ac curatione. Nam quod facturæ erant cauſæ

causæ illæ, prohibitum est fieri, & hoc ad artem attinet præseruatiuam, Quod uero iam factum est ex morbo, propriam curationem. Quapropter cum mixta sint talia ex præseruatione, ac curatione, proprio caremus nomine, atq; idcirco alias alia utimur appellatione, nonnunquam præseruari dicentes, ne morbus qui iam incipit generari ad complementum perducatur, nonnunquam uero curari, quemadmodum in his quos canis rabidus momorderit, quæ enim ipsis adhibentur medicinæ duplicem habent appellationem. Nam & nonnunquam rabiei remedia dicuntur, ac si rabiem faciētis dispositionis dicerentur. Nonnunquam uero non remedia præsentis dispositionis appellantur, sed à rabie futura præseruantia.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, Aphorismum in his morbis intelligendum esse qui fiunt existente euacuatione, & non in his qui fiunt euacuatione absente.

Initium huius commentationis hoc est in Leoniceni interpretatione, Nam si quid factū ex repletione, neq; ipsa nō amplius existente si quid remāserit, curat euacuatio. Græce uero ita habetur, *εἰ τι γινώσκοντες ὑπὸ πλησμονῆς εἰδὲ ἐκείτ' ἔσσης αὐτῆ, εἰ τι μὲν, ἴδωρ ἰάσεται κήρωσις*, idest, Idquod non adhuc fit ex satietate uel ex repletione, neq; ipsa amplius existente, si quid remanserit, hoc curatio euacuat.

Quod etiam legitur, Euacuatione indigentia, Græce est *κήρωσις χήζει*.

Vbi legitur, Quod quidem igitur multitudo morbum efficiat, id uocabulum multitudine Græce est *πληθὺς*, quod plenitudinem omnium humorum significat.

SECUNDO docet, nihil aliud in morbis excogitandum esse, quam contrarium causis facientibus morbos, quia contraria cōtrarijs curantur, postea considerandum de symptomatibus uel casibus qui morbos consequuntur; pro qua re scire oportet, morbos auferri cōtrarijs remouentibus causas. At quia symptomata morbos sequuntur, propterea ipsis morbis remotis symptomata auferentur, modo non sint talis generis symptomata, quæ ad se curationem trahant; ut sunt dolores, qui aliquā malam temperaturā sequuntur; quibus (omnibus alijs derelictis) ob eorum sæuitiam, statim opem ferimus, & quandoq; ad philoniū, & ad ipsum opium peruenimus, ne æger doloris uehementia succumbat.

Quod etiam legitur, Sicut in morbis ipsis iam factis rursus considerabimus, lege postea considerabimus.

Quod etiam legitur, liquet igitur quod unā cum causis ipsos facientibus destruantur, Græce est *ὅθεν ἄλλοθεν ὅν ὡς ἅμα τοῖς ποιεῖσιν αἰτίοις ἀναιρεμελίοις, ἀναγκάειον ἔστι καὶ αὐτῆ στωματικῆ ῥᾶδι*, idest, liquet igitur quod unā cum causis ipsos faciētibus, necessariū est ipsos quoq; coauferri uel simul auferri. Scito Leonicenum in hac parte interpretari hoc uocabulum *πλησμονῆ* repleto, & statim iterum idem uocabulum interpretari multitudinem; semper uero significare uidetur repletionem ad satietatem.

TERTIO notat, aliquos fuisse, qui putarunt nunquā factos esse morbos ex euacuatione, quia hi putabant solam febrem esse morbum, sed hi ignorabāt quid esset morbus. Galenus uero docet, omnem dispositionem lædentem operationes, esse morbū, & ideo fortis euacuatio morbum facit, de quo superiore in aphorismo diximus.

Quod legitur, An fortes euacuationes morbos efficiant, Græce est *τὰς ἰχυρὰς κήρωσις αὐτίκας γινώσκοντες*, idest, fortes euacuationes causas fieri morborum.

Quod legitur, offensas habent, Græce est *βλάπτονται*, idest, læduntur.

Quod etiam legitur, calorem habent ad igneam naturam propensioem, Græce est *πυρρὰ εἶσορον ἔχουσι τὸ θερμόν*.

QUARTO, In deliros quosdam inuehitur, qui in hoc uocabulo curatio, alterari uolunt, nam cōsiderantes, quod remouere causam morbi, est præseruare à morbo, propterea nolēbāt dici curari, quādo morbi causam remouemus, sed potius præseruari. hi igitur considerabant, si in corpore sit morbi causa, tamen nondum faciat morbum, remouere illam causam non est curatio, sed præseruatio. Ideo ab Hippocrate recte dictū non est, morbos qui fiunt ex plenitudine κήρωσις ἰᾶται, idest, euacuatio curat, sed potius dicendū erat præseruat. Imò hi hanc ansam habebant, præsertim si de morbo dum fit & nondum factio intelligamus. Galenus autem ostendit, hos deliros non intelligere quid sit curatio, & solum de nominibus alterari, non autē de rebus, nam factio morbo, si causa

abit

absit quæ morbum efficit, non est opus causam remouere, quia non adest, sed solum remouere quod iam factum est: ut in solutione continui non est opus remouere causam, præsertim si ab extrinseco facta sit, sed bene opus est solutionem remouere, quæ iam facta est. Quando autem fuerit dispositio in corpore, quæ sit apta morbum facere, sed nondum faciat, ut est plethora, id est, plenitudo, hanc dispositionem remouere, ad partem præseruatiuam pertinet. Cum autem morbus sit partim factus, & partim futurus, ut sunt fere omnes morbi, ratione qua est una pars facta, remouere illam pertinet ad partem curatiuam: sed prohibere ne altera materia illuc defluat, & ne morbus alterius procedat, ad præseruatiuam partem spectat. & hæc est causa cur hi deliri decipiantur, qui nesciunt, cum non adfit commune nomen ad hos morbos qui sunt partim facti partim futuri, nos uti nominibus indifferenter, ut quandoque dicamus de aliquo morbo, quod quis præseruatur, quandoque quod curatur: tamen in eodem modo ob uarios respectus, ad quos conspiciamus. Datque Galenus pulcherrimum exemplum, si quis à cane rabido morsus sit, statim rabidus non fit, neque hydrophobiam patitur, sed per tempus. imò omnia animalia prius rabiunt homine, quia reperti sunt qui usque ad sexdecim annos peruenerint, nunquam tali affectu affecti sunt. Si hos curare tentemus, quandoque dicimus nos curare morsum rabidi canis, quandoque præseruare ne in hydrophobiam, & rabiem ueniat, ut breuibus nihil aliud uelit Galenus, quam edocere, apud Hippocratem, & reliquos authores confundi uocabula, ut quandoque euacuare dicamus, quando præseruamus, & curatio sit, ab aliquo morbo præseruatio.

Quod legitur, Vbi uero quæ inest corpori dispositio, hæc particula dispositio, Græce est *ἀρτιος*, id est, causa.

Vbi legitur, Mixtum iam est, adde aliquo modo, nam Græce dicitur *μικτόν πως ὄν*.

Quod legitur, Alias alia utamur appellatione, græce non habetur, utimur appellatione, sed habetur *πλεονεξία ἢ ἰατροί*, id est, Medici utuntur appellatione.

Vbi legitur prope finem cōmentationis, nonnunquam uero non remedia præsentis dispositionis appellatur, hæc particula, præsentis dispositionis, superflua, nam græcus con-  
textus hoc solummodo habet, *γίνεται δὲ ἐν ἡμέραις πλεονεξία*.

## APHORISMVS XXIII

## Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur.

## BRASAVOLVS

ABRE NON fuisset, si medicæ rei parens Hippocrates post illum aphorismum, Acutorum morborum non omnino sunt certæ prænunciationes salutis aut mortis, hunc subieciisset, in quo de eisdem acutis morbis agens, docet eorum terminum esse decimum quartum diem. nam ut in præcedenti dixerat, acutos morbos non habere certa aut salutis, aut mortis indicia, statim unum saltim edocuisse, in quo de morbis acutis certi sumus, hoc autem est dierum numerus quo finiunt, uel iudicantur. At putare non oportet quod semper uero iudicio iudicentur, quod est subita ad salutem uel malum mutatio: sed satis est, quod uel illo modo mutantur, uel excellens ad bonum uel malum mutatio fiat, postea paulatim incedant, uel aliqua mutatio subita non fiat, sed morbus paulatim ad mortem, uel ad salutem incedat, ut est in multis lateralibus morbis, in quibus paulatim iudicium fit, & in undecima, uel decimaquarta die paulatim incedentes sanantur, propterea & si hoc in præsentiarum non uocetur crisis, id est, iudicium à Galeno, sed potius solutio, & Hippocratis aphorismus dicat *κρίσις*, id est, iudicatur: ob hoc tamen non est opus, uerum iudicium intelligere, quod est subita mutatio: sed iudicium intellige, ut etiam solutionem quæ paulatim fit, complectitur, & uerum iudicium ac perfectum, quando subito sequitur salus uel mors, uel magnum momentum ad mortem uel ad salutem facit, postea paulatim incedit, quam crism uel iudicium imperfectum uocauit Galenus. hic igitur dicit cum magni sint morbi acuti, ideo in paruo tempore magnas faciunt permutationes, quod idem est atque iudicari. Nam Hippocrates istas mutationes uniuersim in morbo factas, crises, id est, iudicatio-  
nes appel-

nes appellare consuevit. Galenus uero solum quatuor crises, idest, iudicationes enumerat, scilicet ad salutem, ad mortem, ad bonum, ad malum, ut fecit Hippocrates in primo Epidemiorum. eorum uero, qui paulatim soluantur, nullam mentionē facit, cum tamē & de his mentio fieri debebat. nec ualet, quod hi morbi qui paulatim incedunt acuti non sint, quia multos uidemus laterales morbos ita paulatim finire, & non per aliquem motum notatu dignum. propterea hic forte erit Hippocratis sensus, si de uero iudicio loquatur, quod est subita mutatio, aut ad bonū aut ad malum, aut ad mortem aut ad salutem, acuti morbi qui iudicationem habent, in quatuordecim diebus iudicantur, uel modo sit perfecta quæ est subito ad mortem uel ad salutem, uel imperfecta quæ subito est ad bonum uel ad malum. uel intelligamus, acuti morbi iudicantur, idest, soluntur, ut uel cum iudicio, uel sine iudicio, in quatuordecim diebus finiant, ut hinc discamus, ad quantum tempus acuti morbi se extendere possint.

Τὰ ἀξία τῶν νοσημάτων κένεται ἐν ταῖς ποσάρθκαίδεκα ἡμέραις. idest, Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur. Codex noster antiquus ante hunc aphorismum talem inscriptionē habet ποδὶ κείσεως τῶν ἀξίων νοσημάτων, idest, de iudicatione acutorū morborū, qui uero sint acuti morbi superius dictum est. per acutos uero simpliciter acutos intelligit, & omnes illos qui in minori etiam tempore finiunt, unde & si in undecim diebus terminantur, uel in septem, uel in quatuor, acuti adhuc sunt. propterea Hippocratis sensus est, acuti morbi decimumquartum diem non transeunt, quod iudicantur, sed hoc faciunt uel in ipso decimoquarto, uel ante decimumquartum. & ratio in promptu est, quia acutus morbus magnus est, ideo celerrime ad statum festinat: non potest autem quartumdecimum diem transire, quin uel æger succumbat, uel superet. si igitur morbus primis diebus mitior sit, & quarto uel quinto die multum uexare incipiat, in hac magna afflictione quatuordecim dies transire non potest, propterea decimoseptimo die terminū suum habebit. si uero usq; ad septimum uel octauum mitis sit, postea in crudescere incipiat, & hoc æqualiter facit, quatuordecim dies transire non potest. propterea uigesimo die iudicatur. si uero primo mitis sit, postea intendatur per aliquot dies, deinde mitior fiat, & iterum intendatur, mitiorq; fiat, hic morbus breui terminū non habet, sed quadragesimum diem attingere potest. & hæc est causa cur à recentioribus acuti tropici nuncupentur, idest, conuersiui, quia conuertunt se modo ad intensionem, modo ad remissionē: ab Hippocrate uero nuncupantur acuti cum hac additione, qui in quadraginta diebus iudicantur. tamen Galeno placet, quod illi manifestius declarent hos morbos qui eos uocant ἐκ μεταστάσεως ἀξία, idest, ex decidentia uel ex relapsu acutos, & hoc eadem ratione qua recentes illos uocant tropicos. nam qui hos morbos habent, in morbos decidere uidentur, & deinde sanari, atq; iterum in morbos decidere. Hippocrates in libro De crisi, idest, de iudicatione, hunc aphorismum ad uerbum serè ponit inquiring: morbi uero graues & acuti quatuor & decem diebus plerumq; decernunt.

Recentiores medici præter materiæ motum in morbo acuto, qui fit à naturali calore, uel à ui naturæ, uolunt etiam à motu lunæ adiuuari, dicentes acutos morbos secundum lunæ influentiam moueri, quia ipsa est humiditatū, & consequenter humorum dominatrix. propterea & fluxum & refluxum maris facit, & ea crescente inquirunt medullam inter ossa crescere, & in plantis medullium, & cerebra in animalibus secundum lunæ crementum crescere. unde & humores mouentur, & acutæ ægritudines eius motu reguntur. Imò experimentū in lignis adducunt, quæ si in plenilunio incidantur, nō marcescunt. In alio tempore & marcescunt, & à tineis erodentur. An uero istud uerum sit, tu ipse auctores legere poteris: nam Plinius libro decimosexto, & alij silente luna, idest in coitu, ligna cadenda esse præcipiunt, ut non marcescant. Præterea cōueniens est lunæ in ægritudines acutas agere, quia est planeta cæteris nobis propinquior, & ideo facilius nos immutare potest. Addunt esse uelocissimam omnium planetarum, ideo supra hos morbos potest qui uelocissime mouentur, quales sunt acuti morbi, qui ueloci motu in iudicium tendunt. Deniq; inquirunt quadraturarū aspectus, qui experimento inuenti sunt, multū facere. Ut etiam exquisitius rem suam corroborent, notant cum luna erit secundum quadraturam opposita, tunc opposito modo influat, quam fecerit. cum erit in illo signo, in quo morbus incepit. cum etiam est in opposito è directo, adhuc magis influat

influit, ideo fiunt motus oppositi. hoc autem potissimum est in septimo die, & in quarto decimo: quia in septimo die est in quadrato, in quatuordecimo est in oppositione. His igitur diebus iudicationes potissimum fiunt.

Re autem uera nos putamus hos motus per lunæ quadras ad morbum nihil facere, & Hippocrates atq; Galenus de illis parum curarunt. Quod autem Luna tot non faciat, ut recentes illi attribuunt, ubertim à Ioanne Pico contra astronomos disputatum est, ut uideremur nos laterem lauare, si eandem cantilenam canere uoluerimus, quam summus ille uir & docte & egregie cecinit. Vnum est quod in præsentiarum nos dicemus, nunquam inuentos esse morbos, qui cum sua magna acutiè quartumdecimū diem transire potuissent, hocq; naturæ attribuimus & materiæ, quæ per maius tempus pugnare non possunt, ut experientia edocuit. Hippocratem in epidemijs contemplare, nullū inuenies ex morbo simpliciter acuto ultra quartumdecimū diem iudicatum. Galenus idem ubiq; affirmat, & Lunæ ac ipsius motui parum fedit.

Non desuere tamen antiquiores interpretes, qui Hippocratem hoc modo intelligerent (ut Galenus prope finem secundi libri De diebus decretorijs refert) cum acutorū morborum finis sint dies quadraginta, complectentes & acutos ex decidentia, & simpliciter acutos, in hoc spatio dicebant esse solū quatuordecim dies iudicatorios. Ideo aphorismi sensus secundum istos est, acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur, id est, in uno quatuordecim dierum decretorijs, qui infra quadraginta diem continentur, nam dicunt in spatio quadraginta dierum esse quatuordecim dies iudicatorios. Imò author illius cōmentarij supra aphorismos, quod Orisatio inscriptum est, eandem sententiam sequitur.

At Galenus hos egregie reprehendit, nam per iudicatorios uel hos solos perfectos intelligunt qui per quaterniones se sequuntur, uel omnes iudicatorios ab Hippocrate nominatos. Si per quaterniones hi incedere uoluerint, manifeste apparet, infra quadraginta diem non esse quatuordecim, sed rātum duodecim dies iudicatorios, propter septimanarū coincidentias, quos si enumerare uoluerim, hi sunt: quartus, septimus, undecimus, decimusquartus, decimusseptimus, uigesimalis. hic sunt tres hebdomadæ, in quibus sunt solū sex dies iudicatorij per quaterniones cōnumerati. Si uerò usq; ad quadraginta diē progredi uoluerimus, habemus tres alias hebdomadas, quæ sex quaternionibus cōstant, ut duodecim efficiatur. Quaterniões uerò hi sunt, uigesimalis quartus, uigesimalis septimus, trigesimalis primus, trigesimalis quartus, trigesimalis septimus, & deniq; quadragesimalis, ut sex etiam sint iudicatorij dies in hac trium hebdomadarū numeratione. propterea infra quadraginta diē duodecim solū erunt iudicatorij dies, unde illi perperam Hippocrate intelligunt, quod de perfectis & per quaterniones enumeratis diebus loquatur, & dicat quatuordecim esse intra quadraginta diē. Si uerò tā de his qui per quaterniones, q̄ de alijs qui decernunt, Hippocrate intelligere uelint, non aberrare statim deprehendetur, si Hippocrate in primo Epidemicon inspexerint, in cuius libro plures q̄ quatuordecim iudicatorij dies leguntur. Nos uerò ut ostēdamus plures esse q̄ quatuordecim, tres saltē referamus. Intelligo autē tres supra duodecim quaterniones enumeratos, qui sunt hi, Tertius, Quintus, Nonus, & Decimusquintus, in eo libro pro decretorijs enumerati: unde numerū decimūquartum excedunt, quia sunt sexdecim, si predictis duodecim hos quatuor cōiungamus, præter alios etiā, quos in presentiarū data opera prætereo. Præue igitur illi intelligunt qui intra quadraginta dies solū quatuordecim iudicatorios faciunt, tā quaternarios q̄ alios intelligentes. propterea dicere nō oportet quod hæc sit Hippocratis mens, immo potius illa est, quam superius adduximus, morbos acutos in quatuordecim diebus iudicari, id est, infra spatiū quatuordecim dierū, & hos non excedūt, unde & Philotheus dicit, ἡ τὰ αὐθὰ ἐσχάρου ὄρου τῶν ὀφθαλμῶν οἱ πικράτης τὴν δεκάτην καὶ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας πρὸς δὲ δὴ τῶν. τὰ γὰρ ὀφθαλμῶν νοσήματα τὰ ἀπὸ λέπτις ἢ δριμύτης ὄλη γίνονται. ἢ τὸ δὲ μὲν τὴν σύστασιν ἔχει τὸ δὲ δριμύτητος. δὲ δὲ τὴν δριμύτητος τὸ δὲ κρισην. δὲ κρισην γὰρ ἢ ἀνίσταται τὴν φύσιν ἐπεγείρει αὐτὴν, ὡς καὶ ἀπὸ δριμύτητος τὸ δὲ σώματος, καὶ τὰ χεῖρος ὡς πῶς ἴσως τὴν κρισην, id est, Hic extremū terminū acutorū morborū decimum quartū diem Hippocrates tradit, acuti enim morbi ex tenui & acri materia fiunt, quæ ob consistentiā suam habet, quod bene resolubilis est, ob acrimoniā uerò bene iu-

dicabilis. etenim naturā mordens, & lacessens excitat ipsam, ut ea quæ in corpore dolore afficiunt, depellat, & cito iudicationem constituat.

GALENVS

**A**cuti morbi magni sunt, & ad suum uigorē celerrime properant. Non absq; ratione igitur in paucō tēpore, & magnas faciunt permutationes, quod idem est quod iudicari. Huiuscemodi enim permutationes, quando uniuersim in morbo fiunt, Hippocrates crises uocat, id est, iudicationes, in quibus nonnunq; subito integra sanitas restituitur, nonnunq; uerō moritur eger, aut magna fit, uel ad salutē, uel ad mortē permutatio, non tamē aut subito sanantur, aut moriuntur. Ita ut quatuor sint in ipsis subitæ permutationes, quas ipse docuit in primo libro Epidemiarū, inquit, Ad salutē, aut mortē, uel inclinatio ad melius, aut ad peius. Quod uerō sit necessariū ob morborū magnitudinē, ac casuum uehementiā, uel cito uires prosterni adeo, ut homo moriatur, uel li ad noxiorum humorū excretionem impetū faciant, & quos inuasit, exuperent, bonā sequi iudicationē, si uerō exuperentur malā, unicuiq; fit manifestum. Propterea igitur est impossibile, ut in longū tēpus iudicatio differatur in morbis acutis. Terminū igitur in hisce omnibus Hippocrates posuit duarū septimanarum, tanq; nullus eorū ulterius progrediat, Verum ante quartū decimum diē multi possint iudicari. Etenim undecimus, nonus, septimus, & quintus, multos uisi sunt iudicasse in libris epidemiarū. Iudicat autē & sextus nonnullos, sed nō bene, sicuti in libris de iudicatorijs diebus plenius ostendimus, in quibus si quis debeat exercitari, illū uolumus ea cōsecrari, quæ Hippocrates breui sermone perstrinxit. Quæcūq; uerō iudicationes sunt, ueluti imperfectæ, his finē imponit aliquis alius, ex eorū numero, qui deinceps sequuntur, de quibus quales nam sint, in libris Prognosticis Hippocrates docuit, sed & de ipsis aliquid in sequenti docebit aphorismo. Est autē & harum imperfectarū iudicationū terminus quidā exterior, post quem non amplius fieri progressus natura potest, dies quadragesimus. Quicūq; igitur morbi intra diē quartū decimū integre iudicantur, hos solet Hippocrates acutos simpliciter nominare. Quicūq; uerō imperfecte iudicati, seruari sunt in processu dierū, usq; ad quadragesimū, hos nō solet simpliciter acutos nominare, sed appellatione cōposita per hæc uerba simul, acuti qui in quadraginta diebus iudicantur: uerū manifestius illi declarant, qui eisdem morbos, acutos ex decidentia uocāt. De his igitur in Prognostico scribit in hūc modū. Oportet autem existimare spirandi facilitatē magnam habere uim ad salutē in omnibus acutis morbis, quicūq; febres habent adiunctas, & in quadraginta diebus iudicantur. Nunc uerō in aphorismis de acutis simpliciter ostendēs, ait eos intra quartū decimū diē iudicari. Non per louē hoc dicens quod nonnulli existimarunt, q; quatuordecim sint numero dies qui in his morbis faciant iudicationē. Nam secundū hanc expositionē etiam illos qui iudicāt morbos acutos ex decidentia nominatos, dicemus esse numero quadraginta, cum idē loquendi modus in utrisq;, hic quidē cum ait, morbos acutos in quatuordecim diebus iudicari: In Prognosticis autē, quicūq; cū febris in quadraginta diebus iudicantur. Verū hi cū non inueniāt, qui possint ostendere utrosq; sermones, & hūc qui in Aphorismis scribitur, & alterū qui in Prognostico, sibi inuicē esse cōcordes, hanc absurdā excogitarunt expositionē. Neq; enim quatuordecim sunt, usq; ad quadragesimū, dies iudicatorij, sed cū intercidētibus quidē plures, absq; illis uerō pauciores, quæ admodum clare in nostra ostenditur De diebus iudicatorijs tractatiōe. Sed & ipsa rerū natura suffragatur ei ratiocinio, quo dicif, acutos morbos habere terminū iudicationis quartū decimum diē. Nullus enim inuentus est unq; qui ab initio uelociter moueretur, hūc transgredi terminū, qui aliquam ex dictis non acceperit mutationem, sicuti quidā leues, ac paruī circa primos dies existētes, quarto, aut quinto die, continui, uehemētes, & acuti fieri incipientes, ad decimum septimum terminarunt. Alij uerō sexto, aut septimo die exacui incipientes, ad uigesimum terminarunt, adeo quod morbi continui acuties nunquam potest plures quam quatuordecim obtinere dies. Ex his uerō qui motus habent inæquales, multi extēduntur usq; ad aliquod tempus exterius præfinitum. Dico autem inæquales habere motus eos, qui aliquot diebus fuere uehementiores, postea sine aliqua significatione torpuerunt. Deinde rursus adacuti, continuitatem acceperunt. Si quis igitur, ut dixi, faciat in agrotantibus obseruationem, omnes inueniet qui duas septimanas

ptimanās uelociter mouentur, nunquam ad exteriorem progredi terminum.

## BRASAVOLVS

PRIMO acuti morbi essentia à Galeno quodāmodo ostēditur, quia magni quo ad essentia, & quo ad symptomata, & quia celerrime finiunt. Ex his reddit causam, cur in quatuordecim diebus finiant acuti morbi.

Quod legitur, Celerrime, in aliquibus codicibus legitur *ὅτι ταχέως*, in aliquibus *ὅτι ταχέως*, in alijs *ὅτι ταχέως*, Celeriter legendum est.

Quod dicitur, uniuersim. Græce est *ἀθρόως*, significat autem simul totum, sed statim. Leoniceus eandem particulam interpretatus est subito.

SECUNDO, Quatuor iudicationum modos enumerat secundum Hippocratem, subita sanitas, subita mors; magna mutatio ad sanitatem, magna mutatio ad mortem.

De his uerò superius aphorismo duodecimo, & decimotertio huius libri egimus, propterea lectorem illuc remitemus. Scitoq; Galenum seipsum exponere, ut ostendat quod per morbi magnitudinem, tam magnitudinē quo ad essentiam, quam quo ad symptomata intelligat. quia inquit, quod uerò sit necessarium ob morborum magnitudinē ac symptomatum uehementiam, & reliqua.

Quod legitur, Vel cito uires profterni, Græce est *δυνάμει*, quod in singulari est, uim, nam satis est uim uitalem profterni.

Quod legitur, Et quos inuasit, si consideremus seriem, uidetur legendū Inuasit, & quod dicit, si uerò exuperentur. legendum est, Si uerò exuperetur, *καταθέρει*.

TERTIO docet, acutorum morborum terminum esse duas septimanas, & de alijs terminis, ac diebus decretorijs, ante quartumdecimum diem plura commentatur, quæ in præsentiarum omitemus, quoniam in sequenti aphorismo omnia ad unguem exponit sumus, imperfectas etiam iudicationes addentes.

Quod legitur, In quibus si quis debeat exercitari, Græce habetur, In quibus si quis uult exercitari.

QUARTO notat, Imperfectas esse acutorū iudicationes, quādo transcēdūt quartūdecimū diē, tamē habēt & suū terminū. s. quadragesimū, ppter ea his morbis sua nomina assignat, nam qui in quatuordecim diebus iudicatur, simpliciter acuti dicitur, qui uerò in quadraginta acuti ex decidētia, uel acuti qui in quadraginta diebus iudicantur.

Quod legitur, ueluti imperfecte, Græce est *ὄϊον ἡμιβροποι*, & ubi græcus Galeni codex hoc uocabulo utitur, semper Leoniceus imperfectum interpretatur, & re uera, quod semifactum est, imperfectum est.

Quod statim sequit, his finē imponit, in prima lectione nostri antiqui codicis habetur eodē modo, *τάυτως τὸ τέλει*, sed in secunda habetur *τάυτως τὸ ταχέως*, .i. ijs celeritatem.

Quod etiam legitur, est autem & harum imperfectarum iudicationū terminus quidam exterior, addi debet hæc particula Alius, ut legatur, alius quidam terminus exterior, Græce enim dicit *ἔτι δὲ διὰ καὶ τὸ πῶν τῶν ἡμιβροπων κρείσσων ὄρος ἄλλος τις ἐξωτέρω, ἡμιβροποι*, semiuergentes & dubij. tracta est ea uox à bilance, quando neque recta est neq; in totum propendet; sed quasi anceps consistit, *ῥοπή* enim est bilancis inclinatio.

QUINTO ex Hippocratis sententia in libro Prognosticorum docet, spirandi facilitatem habere magnam uim ad omnes acutos morbos, in quibus est iuncta febris, & in quadraginta diebus iudicantur, sed hic de simpliciter acutis loquitur. Vbi etiam notare debes aliquos morbos acutos esse absq; febre, superius aphorismo decimonono morbi attoniti mentionem fecit, & aphorismo trigesimo quinti libri de eodem attonito morbo dicit esse acutum morbum sine febre, cui addit & morbum comitialem, & conuulsionem, & distentionem.

Vbi legitur, ait eos intra quartumdecimū diem iudicari, legendum est, In quatuordecim diebus iudicari. Græce enim est *ὅτι περὶ σαρκαιδένη φησι κρινέσθαι ἡμέρας*.

SEXTO Illorum opinionem reprehendit, qui exponebant acutos morbos in quatuordecim diebus iudicari, idest, in uno quatuordecim dierum iudicatoriorū, qui intra spatium quadraginta dierum cōtinentur, sed quia recentiores in hac parte Galenum non intelligunt, nam eius sententia ita referunt ac si dixerit, Quatuordecim sunt dies iudicatorij, idest, quilibet dies ex quatuordecim est iudicatorius, quod non somniauit Gale-



nus, propterea Galeni sententiam in hac parte referre statuimus. hos Galenus hoc modo reprehendit, qui uolebant intra quadraginta esse quatuordecim dies iudicatorios. Si intelligerēt quod acuti morbi habent quatuordecim dies, quibus iudicātur, etiā in morbis acutis ex decidētia opus esset eodem modo intelligere, cū in libro Prognosticorum dixit, acutos ex decidētia morbos in quadraginta diebus iudicari; unde opus erit intelligere, esse quadraginta dies iudicatorios, in quibus illi morbi iudicabuntur, sed hic sensus est falsus; unde si acceperint solum decretorios dies, duodecimū numerum non excedent; si uerò incidentes accipiant (ut superius dictum est) erunt plures q̄ duodecim, sed hæc à Galeno prope finem secundi libri De diebus iudicatorijs diffuse scripta sunt.

SEPTIMO Galenus notat, quando morbus in septimodecimo die, uel in uigesimo terminari debeat, nam si in principio lētum motū habuerint, postea acui incipiāt, & hoc sit quarto uel quinto die, hi decimoseptimo die finiunt. Si autem sit sexto, uel septimo, uigesimo die finiunt. Notaq; quando acui incepit, in illa acutie non posse transire duas septimanas, p̄pterea in quatuordecim diebus semper habet suā crīsim. & hoc est si equalē motum uehementē habuerint, quia si motus sit inæqualis, quoniam ita acuti non sunt, postea intendantur, iterumq; remittantur, maius tēporis spatium transire possunt.

Reliqua q̄ in cōmentatione sunt, nulla expositione indigēt, si uerba quædā notētur. Vbi legitur, qui aliquā ex dictis non acceperē mutationē, legi debet. Qui unā aliquam ex quatuor crīsimis dictis non acciperet, nam Græce habetur *ἀνδρῶν διέξασθαι πῶς τῶν ἐργασίων τεσσάρων κρίσεων μίαν.*

Quod etiam legitur, adeo ut morbi continui acuties, Græce est *ὡς ἐμὴ ἐποστὶ ἰθύται, καὶ νοσήματ' ὁ σωχῆς.*

Quod etiam legitur, multi extenduntur usq; ad aliquod tempus exterius præfinitū, Græce est, *ἐκτάνεται πῶς ἀπὸς πῶς ἐξωτέρω προβεσιμῶν.*

Qd̄ etiā legit, postea sine aliqua significatione torpuerūt, Græce est *μετὰ ταῦτα ἀσπίως ἐβραστήθησαν.* ubi uidetur uocabulū *ἀσπίως* significare sine signo, & ferē deficientes.

Vbi in fine legitur, Omnes inueniet qui duas septimanas uelociter mouentur, nunquam ad exterius progredi terminum, deest una particula scilicet Totas, nam Græce legitur *πάντα ἐυρήσει τὰ δὲ ὅλων τῶν δυνῶν ἐβδομάδων ἄξως κινήθηεντα, μηδ' ἐπὶ ἐξωτέρω προεργάμηναι,* idest, Omnes inueniet, qui per totas, uel per integras duas septimanas uelociter mouentur, nunquam ad exteriorē terminum progredi.

## APHORISMVS XXIII

Septenorum quartus est index. Alterius septimanæ octauus principium. Est autem & undecimus contemplabilis. Ipse enim quartus est alterius septimanæ. Rursus uero & decimoseptimus contemplabilis, ipse siquidem quartus est à quatuordecimo, septimus uero ab undecimo.

## BRASAVOLVS

Pro exquisitiori huius aphorismi intellectu, necessariū est, multa in mētem reuocare, quæ à Galeno in libro De diebus iudicatorijs scripta sunt, & ab Hippocrate in libro Prognosticorū, atq; Epidemicon. ut autē hac in re, ordine quodā incedamus, opus est numerū dierum triū septimanarum accipere, & dies oēs in ipsis cōtētos speculari, quoniam singulæ tres septimanæ deinceps eodē ordine se habent, Primæ tres septimanæ apud Hippocratē in uiginti diebus terminum habent, ut ex tertio Prognosticorum habetur, & in hac cōmentatione à Galeno, & in libris De diebus decretorijs. Secūde tres septimanæ in quadraginta diebus finiunt. Tertiæ tres septimanæ in sexaginta diebus. Quartæ tres septimanæ in octuaginta diebus. Quintæ tres septimanæ in centū diebus finiūt, itaq; in infinitū procedi potest. unde dierū trium primarū septimanarum rationē habētes, omnīū aliorum dierū, qui in alijs tribus septimanis cōtinentur, rationē habebimus, & ita de alijs intelligētes, semp̄ per uiginti & uiginti dies discurrētes. Ad rē igitur redeuntes, prima septimana secundū Hippocratē septima die finit. Secūda decima quarta die. Tertia uigesima die, unde dies septimanarū numerātes primus secūdæ septimanæ dies

dies octavus dies esse debet, & finis secundæ septimanæ debet esse decimus quartus. primus autem tertiæ septimanæ dies debet esse idem decimus quartus, quia uigesimalis dies est finis tertiæ septimanæ secundum Hippocratem & Galenū, & nisi tertiã septimanam inciperemus à quarto decimo die, uigesimalis dies non esset eius terminus, sed uigesimalis primus, & ideo prima septimana erit distincta à secunda, & secunda erit tertiæ coniuncta. Eodem modo in omnibus alijs tribus septimanis considerare oportet. nam prima finit uigesimali septima die, & incipit à uigesimali prima die. Secunda incipit uigesimali octava die, & finit trigesimali quarta. Initium uero tertiæ septimanæ est idē dies trigesimalus quartus. Eodē modo usq; ad sexagesimū progredientes quadragesimus septimus est finis primæ septimanæ, quinquagesimus quartus finis secundæ. Idē sexagesimus quartus est initium tertiæ septimanæ, itaq; in infinitū discurrendo, per singulos uiginti dies semper in ipsos hoc ordine tres septimanas disponere debes. Cur uero ab Hippoc. uigesimalis dies pro ultimo tertiæ septimanæ statuatur Galenus rationē reddit ex lunari cursu tertio diebus decretorius libro. Luna etenim in uiginti septē diebus et octo horis suū cursum in zodiaco perficit. Si totū hoc spatium in quatuor partes diuidamus, quæ erūt quatuor septimanas, nulla septimana integros septē dies habere poterit, sed unicuiq; deerūt quatuor horæ, id est, sextās unius diei. nā uiginti septē dies & octo horæ per quatuor diuisi, unaqueq; harū quatuor partū sex dies & uiginti horas cōplectetur. Si uero tres septimanas simul exaggeremus, sunt uiginti dies, & horæ duodecim, quare uigesimali primū diē attingere nō possunt. Addūt præterea, experientia uisum esse uigesimali multos iudicasse, et nō uigesimali primū, ut in libris Epidemiorū frequēter ab Hippocrate referi, & in libris etiã Prognosticorū. Si uero dubites cur hi dies æquales nō sint, Hippocrates in Prognosticis docet, nō esse mirū si septimanæ integræ nō sint: nam neq; annus integer est, quippe qui puenit ad trecetos sexagintaquinque dies & quadratē. Nec mēsis integer est, quia ad hoc ut triginta dies cōpleat, duodecim horis indiget, hic uero per mensem apud Hippocratem et Galenū intelligo, nō circuitū illū, quo Luna zodiacū circuit, qui in uiginti septē diebus & octo horis fit, sed spatium à coitu Lunæ ad aliū coitū. nā cum Luna à coitu recedit, nunq; redit in locū, in quo fecerat coitū, nisi in uiginti septē diebus & octo horis, uerū, quia in hoc tēporis spatio Sol progressus est uiginti septē fere gradus, propterea si Luna coire debeat, necessariū est illā adeo progredi ut hos gradus equet, quod facit in duobus diebus, & quatuor horis uel circa: quos dies si addiderimus uiginti septē diebus, & octo horis iā trāsactis, efficiuntur dies uigintinouē, & horæ duodecim, & tūc Luna cū Sole coitū facit: hicq; dicitur mēsis à coitu ad coitū, qui nō implet nisi uigintinouē dies, & horas duodecim. nā Luna singulis diebus tredecim gradus fere peragit, semper autē dico fere: quia hic cōputus minutissima quæq; nō recipit. Ad rē igitur, non mirū si septimanæ integræ non sint, cum nec annus nec mēses integri sint. Vigesimalis igitur dies est terminus tertiæ septimanæ, licet duodecim horæ supersint, integrum Lunæ cursum per zodiacū accipientes. At Galenus tres dies abijciēdos considerat, quibus Luna coit. nā in istis licet sint aliqui effectus, tamen pauci sunt, nec lumine suo agit: ideo à mense integro, qui uiginti nouem dies cōplectitur, & duodecim horas, si tres dies auferamus, quibus Luna non lucet, erunt uigintifex dies, & horæ duodecim, si hos dies in partes quatuor diuidamus, quelibet pars sex dies habebit, & horas quindecim. sed cū in nostro corpore duplex mutationis genus reperitur propriū & cōmune, propriū respicit propria principia, cōmune respicit cōmunem usum. Eodē modo in Lunæ motu fit proprius circuitus, & cōmunis. proprius circuitus est ille signiferi, cum Luna per signiferū circuitū in uiginti septē diebus & octo horis suū cursum perficit. Cōmunis est ille, quo Luna iterum accedit ad coitū. nā omnibus hominibus cōmunem effectū ostendit. At si tres dies auferamus, quibus Luna silet, & aerē non immutat, erunt uigintifex dies, & horæ duodecim. In illis igitur uiginti septē diebus, & octo horis, in quibus Luna in zodiaco suum cursum peragebat, aliquod tēporis spatium erat, in quo Luna non apparebat mortalibus, nec aerē immutabat, & hoc est spatium quandoq; trium dierū, licet imperfecte, unde in toto illo mēse, qui uigintinouē dies cōplectitur, & duodecim horas, tres dies integri auferuntur: propterea in uiginti septē diebus & octo horis, & in uigintifex diebus & duodecim horis necesse est terminum cōmunem inueniamus, in quo conueniant. hoc autē

facile fiet, si inter hos numeros mediū inueniamus, idq; breui assequemur, si uigintifex dies & duodecim horas, & uigintiseptē dies & octo horas simul iunxerimus. Simul igitur iuncti hi numeri, quinquaginta tres dies & horas uiginti faciunt, quos si partiamur, habebimus cōmune medium, diuiditur autē in uigintifex dies & horas uigintiduas. Si autē uelimus unicuiq; septimanæ suā portionē assignare, qualibet septimana sex dies & horas decē & septē cōplectetur, propterea si tres septimanas simul iūxerimus, faciunt uiginti dies & sextā dici partē, uel horas quatuor & semihorā, ex quibus facile colligitur uigesimalū diē esse magis iudicatoriū, q̄ sit uigesimalus primus, quia horæ etiā magis ppin quæ sunt, nā sunt quatuor solū & semis illæ quæ uigesimalū excedūt. Nos igitur Galenū in tertio De diebus decretorijs hoc modo intelligimus, unde cum in Lunæ motu in zodiacō, qui est proprius motus, & in Lunæ motu ad coitū apparitionis dies accipiētes, si mediū accipiamus, p̄dictus numerus efficiē, septimanæ etiā numerus hic erit sc̄dm hūc statutū numerum: itaq; dies .xx. erit iudicatorius, & merito tertiæ septimanæ ultimus.

Duo uerō hic dubia occurrunt. unum est cum in præcedenti Aphorismo dixerimus secundum Galenum Lunam nihil facere ad iudicationes, tamen idem Galenus præcitatō loco Lunam iudicationum præsidem facit. Præterea dubium est de uigesimalodie, an sit iudicatorius ob Ptolemæum, qui uigesimalum primum iudicatoriū esse putauit.

Ad primum, Cum superius dicebamus iudicationes secundum Galenum non regi à Luna, intelligebamus eo modo non regi, quo recētes intelligunt, qui uolunt principū ægritudinis esse principium motus Lunæ: quod nunq; excogitauit Galenus, sed putat Lunam ægritudinibus præesse secundū suū uerū cursum, non autē quod tunc sit eius motus inītiū, cum aliquis egrotare incipit. hoc uerō solū facit Galenus, septimanas secundū motus Lunæ normā regulat. nā si Luna in tot diebus suū cursum perficiat, mēsem facit, qui in quatuor septimanas diuiditur: itaq; nos debemus ægritudinē mēsem mensi lunari equalem facere, & in quatuor septimanas diuidere, quia ita per experientā inuentū est.

Ad secundū certum est Astronomos uigesimalū primum diem ueluti finem tertiæ septimanæ, & exquisitè iudicatoriū posuisse, recentēsq; Ptolemē in Centiloquio adducunt, qui uoluerit uigesimalū primā diem esse iudicatoriā. Nos autē locum querentes, inuenire nesciuimus, nisi sit sexagesima sententia ipsius, qua dicit, super ægrotis criticos dies inspice, ac Lunæ peragrationē in angulis figuræ sexdecim laterū. ubi enim eos angulos bene affectos inuenies, bene erit languētū: cōtrā male, si afflictos inuenieris. In hac parte Pōranus interpres nōnulla de diebus iudicatorijs disserit, & uigesimalū primā diē iudicatoriā facit, & forte Ptolemē secutus, qui in eodē Centū sententiā libro, sententiā octuagesimaseptima mēsem uigintiocto diebus, horis duabus, & ferē minutis decē & octo cōstare dicit. Huius uerba ne desideres, hæc sunt, Mensiū cōuersiones fiūt ex diebus uigintiocto, horis duabus, et minutis ferē decē & octo. Secundū hæc cōputationē lunaris mēsis in quatuor integras septimanas diuideretur, & principū tertiæ septimanæ esset dies decimus quintus, finis uerō dies .xxi. Tamen & ipse Ptolemæus alibi, & oēs alij astronomi, ut Ioānes de Sacrobusto in sua sphaera ostendit, ponūt lunare cursum esse uigintiseptē dierū & octo horarū. Quicqd de hac re sit, cōstat Astronomos simul cū Eralustrato uigesimalū primā diē iudicatoriā fecisse, propterea sententiā suā astronomis relinquamus, & nos cū Galeno, & cum magistra rerū experientia dicamus, uigesimalū diē esse iudicatoriā, & magis iudicatoriam uigesimalū primā: hæc q; est Hippocratica sententiā, quam Galenus sequitur, sciens & ipse astronomos .xxi. diem fecisse iudicatoriam, sed ipse sola experientia, Hippocratis auctoritate iuncta, uigesimalū diē uigesimalū primæ prætulit. nam ipse non it inficias, uigesimalū primā quandoq; esse iudicatoriā, immo tertio De diebus iudicatorijs libro, priusq; sui lunaris mensis rationē disponat, dicit. Quorum accessiones imparibus eueniunt, horū & iudicia ad uigesimalū primā diē delabunt. Imò rationē addit quia mēstruum etiā tēpus apparitionis uirtutē quandam in nos possidet, tamen uigesimalus p̄ maiori parte inuentus est iudicatorius, & raro uigesimalus primus. nā secundū sui mensis diuisionē, in quo mediū terminum sumit inter uigintifex dies, & duodecim horas, et uigintiseptē & octo horas, uigesimalus magis participat de fine tertiæ septimanæ, q̄ uigesimalus primus. Conciliator autē differentia ceterisima quarta, Galeni mensem & sententiam totis uirtibus conatur euertere, & nonnulla argumenta facit, quæ nos referre statuimus, ut ab ipsis facilius Galenum liberemus. Primum argumentum est, si id uerū sit, quod à

Galeno scriptū est, sequeretur, ægritudinem esse quando mensuratur medicinali mense. hoc consequens est falsum, igitur & id falsum est à quo sequitur. cōsequens falsitas probatur, nam ægritudo per tēpus notabile staret, quod tamen tempus non esset cōputandum inter dies iudicatorios, quod absurdum est. nam Galenus & omnes medici à principio ægritudinis usq; in finē omnes dies numerāt, uolentes iudicatorios inuenire. Cōsequentiā probat, quoniā in illo tēpore, in quo luna nō apparet, quod est spatiiū triū dierū secundū Galenū, nō est mensis medicinalis, quia luna nō apparet, tamē per illos tres dies egrotat, & est notabile tēpus, & inter dies iudicatorios nō notatur. Secundo si uera sit Galeni sententiā, sequitur tertiādecimā diē esse magis iudicatoriā quartādecimā cōtra se ipsum, hoc cōsequi probatur. nam duę medicę septimanę secundū Galenū, nō cōplectuntur nisi dies tredecim, & horas undecim. At si debeamus ad decimūquartū peruenire, de sunt dies tredecim, ideo decimūtertius uidetur esse propinquior termino septimanę, q̄ decimūquartus, propterea decimūtertius erit potius iudicatorius q̄ decimūquartus. Hoc argumentū ualeat, si illud Galeni cōueniens est, quo probat uigesimalē diē esse iudicatoriā, qui finis tertie septimanę, qui est uigesimalis dies, & quatuor horę, & semis, est magis propinquus uigesimali diē, q̄ uigesimalis primus, quia sexagesimū, quia sexagesimus primus habet tredecim horas cū dimidia, sed sexagesimus habet decē cū dimidia, propterea sexagesimus primus maiorē rationē habet iudicationis q̄ sexagesimus, & ita octuagesimus secundus, & per multos alios posset hoc argumentū augeri. unde si modus argumentandi Galeni de uigesima die ualeat, etiam hic modus cōueniens erit. Quarto probat Galeni argumentū uanum esse, quando quidem rei falsę innitatur. nam supponit lunam semper per tres dies occultari, cum tamē quandoq; soleat mane solis radios ingredi, & secunda die ita egreditur ut appareat. Quod nō solū experientia, sed & Alpheraganus ostendit. imō adde, ex lunę Theoricis & cōiunctionibus optime cognosci, ideo hic mensis quo luna apparet, quādoq; erit uigintiocto dierū & semis: & hoc nō ab re ob motus in Epicyclo diuersitatē, in quo quādoq; uelocius, quādoq; tardius mouetur. Hęc sunt argumēta, quibus Conciliator in Galenum utitur, & putat eius sententiā deiecit atq; uicisse.

Non defuit etiam quidam Federicus Chryfogonus Iadertinus qui in eadem re Galenum reprehendit, sed nullis rationibus, imō Galeni mensem non intelligit, si quis recte illum consideret capite quinto sui libri De prognosticis ægritudinum per dies criticos inscripti: contra hoc solum argumentari uidetur, quod dixit, dies non computari silente luna: imō inquit, lunam illis diebus plus operari mali, quā boni, quia unita sunt duo luminaria ad unum effectum producendum, ex quo omnia elementa, & contremiscunt, & patiuntur. nam retia in mari, & omnes panni corroduntur, & cætera, quæ bonus ille uir Galenum non intelligens adducit.

Nos uero utā Cōciliatore Galenū liberemus, annotamus, Galenū in diebus iudicatorijs nō fidere aut lunæ, aut alteri planetæ, sed solum experientię: & quod longa ueterum experientia uidit, id reperit ab Hippocrate scriptū atq; comprobātū, ut primo libro De diebus iudicatorijs edocuit, unde ante finem tertij libri inquit, si quis eum iudicet nimis longū, solum legat primū librū, si uero non satis uideatur, legat etiam secundum, & relinquat tertium, quē tertium dicit se scripsisse inuitū. & (ut paucis expediam) hoc nulla alia de causa dicit, nisi quia in tertio de diebus iudicatorijs sermonem habet, ad lunæ motū comparans, quē tamen motum ipse nō magni faciebat, nec putabat esse causam iudicationis. imō expresse fatetur, ueram iudicationis causam non haberi, sed solum esse experientiam & sensu inuentam, & comprobatam, quod in libro De diebus iudicatorijs saepe reperit.

Scito præterea recentiores, quando aliquis ægritudinē incidit, considerare principiū ægritudinis, & tunc lunæ motū considerant, & in quocunq; tēpore fuerit luna, ibi mensem incipiūt, sed Galenus considerat dispositionē & locū lunæ ratione suæ portionis motus, quā fecit in zodiaco: & ob aliū finē mensem illum lunarē nō considerauit, q̄ ut quibusdā satisfacere, qui ex luna horū dierū iudicatoriorū rationē haberi uolebant, imō ab antiquioribus multis, qui ante Galeni tempora scripsere, istud lunæ attribuitur. sed ipse facta numeratione, & perfecto illo suo penes lunarem mensem computo, aliud etiam supponit, his semper addendum esse sensum & experientiam, quæ rerum magistra est. At ne Conciliatoris argumenta digna esse arbitreris, illa statim perimere curabimus.

Ad primum, non putat Galenus tres illos dies quibus luna silet, à diebus iudicatorijs esse abijciendos & non esse numerandos, sed illos abiecit ut inueniret quomodo uigessimus dies esset iudicatorius radicalis, idest, ut normā quandam ex diebus mensis lunaris acciperet, quæ uigessimā diem iudicatoriā faceret, non quia & illi tres nō sint non numerandi, quando horum dierum computū facimus. unde nihil aliud fecit Galenus per suū illum computū, q̄ quod rationē aliquam eorū quæ experientia comprobatur, & ratio non adest, inuenire studuit. Tamen nō putat rationē hanc esse perfectam, quæ ex lunæ motu accipitur. Ad secundū non ita inficias Galenus decimamtertiam diē quandoq̄ esse iudicatoriam, tamen radicalis est decimaquarta, ut experientia docet. nec illud dicere cōuenit, opus est esse decimamtertiam, quia terminus secundę septimanę est illi propinquior, nam (ut dictū est) ad hoc ut aliquis dies sit iudicatorius radicalis, duo requiruntur: unū est dierum numerus, aliud experientia. hic & si dierū numerus sit propinquior decimamtertiae diei, tamen plus est q̄ sit decimamtertiam, & experientia hoc ostendit; experientia uero multū consideranda est, quæ à seculo usq̄ uidit decimamquartā ut plurimū iudicare, & raro decimamtertiam, propterea facit decimamquartā iudicatoriā radicalem, nō aut decimamtertiam. Nec argumentū hoc Cōciliatoris simile est Galeni argumēto de uigesima die factō respectu uigessimę primę, hic in decimaquarta die iudicatoriā esse experientia habetur, quod in uigessimę primā solū raro habetur. Præterea in decimaquarta diuidit septimanas per septē & septem, ideo totus progressus qui factus est, fuit ut rationē aliquā inueniret, quomodo possit uigessimā diē finē alicuius septimanę facere. Ideo id semper erit pro cōputo tertie septimanę, & nō pro cōputo alterius septimanę, quia in prima & secūda rationē dierū numerat. Quare Galenus hunc computū nō exquisiuit, nisi ut uigessimā tertie septimanę finem esse ostenderet. Adde Galenū etiam nō putasse hanc rationē esse necessariam. Ad tertium, semper Galenus iubet omnes septimanas distribuendas esse, ut primę tres, & per singulas tres septimanas computū fieri uoluit, semperq̄ tanquā ad principū redeundum. Ideo uigessimus primus dies erit principū secūdi ternarij triū septimanarū, & quadragessimus primus tertij ternarij, nec opus est horas simul coniungere que supersunt. Ad quartū, id certe sciebat Galenus, lunā minori & maiori tēpore occultari: sed illi hoc arrisit, maiore terminum accipere, in quē frequētius incidit, ut aliquā rationem suę cōputationi redderet. Illa uero prope unitatē, ne dicā stultitiā, accedunt, quæ à Iadertino scripta sunt, nam Galenū non arguūt; & quod dicit retia in mari corrumpi, dispereā nisi experimentū feceris, nā uidebis (ut nos Comaclij uidimus) uanissimū hoc esse. Itaq̄ Galenus ab his authoribus, Cōciliatore in quā & Iadertino, liber, ut lubet uagetur. nam ipse in his iudicatorijs diebus experientia solū fidit, quæ rerum magistra est: propter amicos autem, & (ut dicit) paucissimos, id de lunari ratione suo libro adiunxit.

Ad rem igitur primam redeunt, scito omnes etiam septimanas in duas partes diuidi, nam quilibet diem mediū habet, qui ostendit quid futurum sit in medio septimanarum, ut in prima septimana quartus dies qui à principio est quartus, & à fine primę septimanę est quartus. In secunda septimana adest undecimus, qui à septimo est quartus, à decimoquarto est quartus. est uero decimusquartus finis secundę septimanę. In tertia septimana est decimusseptimus, qui est quartus à decimoquarto, & est quartus à uigesimo. Vigessimus autē est finis tertie septimanę. Et quod in his tribus septimanis dicitur, in tribus sequentibus intelligere oportet, & in alijs tribus usq̄ in infinitū, si morbi rādiū perduraret. hi medij dies inter septimanas ab Hippoc. *ἐπιδιδου* scilicet *ἡμῶν*, idest, indicatiui, indices, & *θεωρητῶν*, idest, cōtemplabiles dicuntur, quia iudiciū ostendūt, & cōtemplationē, quid futurū sit in medio septimanarū. sicuti autē septimanę ita se habēt quod initium tertie est finis secūdę, ita hi dies medij distant per septē, & secundus septenarij de se principū habet; tertius uero incipit à secūdo, idest, ab ultimo secūdi, nam quartus de se est primus medij; secundus est undecimus incipiendo à quarto, nō est opus quartū numerare: decimusseptimus est tertius dies medij, qui à secūdo, idest, undecimo per se ptem distat: sed hoc ab ipso undecimo incipiēdo, & ipsummet undecimū computando: sicuti tertia septimana à quartodecimo incipit, qui est etiam finis secūdę septimanę.

Scito etiam, quod hi dies qui indicatiui dicuntur, & contemplabiles, licet non sint exquisiti iudicatorij & radicales, tamen in ipsis sit quandoq̄ uera iudicatio & perfecta, ut in

ut in quarto & undecimo . propterea Philotheus undecimum & finem & principium  
 nominat, & contemplabilem atq; decretorij esse iudicat. Ipse etenim hunc aphorismum  
 ita commentatur. Αλλά φησὶ τῆ ἐπιδή ή τέταρτη ἐπίδηλο, πῶς; ἐπαδή ή τέταρτη κείσμιος  
 ὄν. ἐάν δν τῆ τέταρτη γήνησεται. s. ή κείσμιος ἐστὶ τὸ ἀκμῶν ἰσθμῶν ἐν τῶν δυνάμει, καὶ μὴ  
 δυνάμει πῶς ἀποδοῦναι τὰ νοσοποιὰ αἴτια. εἰ δὲ μὴ φη τῆ ἐξέδομι γεγονε πλεία, φη τῆ ἐνδοκίῃ  
 τῆ πλεία γήνησεται, εἰ δὲ καὶ φη τῆ δέκατη πρώτη ἀπλή, φη τῆ δέκατη τέταρτη πλεία. αὐταὶ  
 μὲν ἐν αἰ κείσμιος ἐπίδηλοι, καὶ θεωρητῶν ἐπίδηλοι μὲν ὅπ μιλῶν σῶν τῶν κείσμιος ἢ ὅπ κείσμιος  
 σῶν κείσμιος, θεωρητῶν ἢ, ὡς αὐο τῶν τῶς ἀφορῶν τῶν πῶ λέγομεν. αὐταὶ μὲν ἐν αἰ τέταρτη κείσμιος πῶ  
 εἰσδοι, αἰ μὲν ἢ σῶν κείσμιος κείσμιος. αἰ δὲ ἢ δέ κείσμιος. ὅπ κείσμιος τῶ πῶ κείσμιος ἢ πῶ κείσμιος  
 κείσμιος γινεται. ἢ ἢ τέταρτη πῶ κείσμιος, ἢ σῶν κείσμιος πάλιν. ἢ γὰρ ἐνδοκίῃ καὶ ἀρχῆ καὶ τέλοσ νο  
 μίζεται. εἰ δὲ πῶ εἰποι, ὅπ ὄρῶ μὲν ὄφια νοσήματα, καὶ δεκάσμιος, καὶ τῆ εἰσδοι κείσμιος, λέγο  
 μὲν, ὅπ ταῦτα τῆ σῶν κείσμιος. εἰ δὲ πῶ πάλιν εἰποι, ὅπ πῶς φη τῆ πῶ γῶν κείσμιος λέγει, τῆ μ ἢ κείσμιος  
 τῆ κείσμιος ὄρῶ τῆ ὄφια νοσήματα, νῦν ἢ τῆ δέκατῶν τέταρτῶν. λέγομεν, ὅπ ἐκ αἰ τῆ ἀπλή  
 ὄφια λέγει τῶ μὲν κείσμιος ὄρῶ τῆ ἀλλὰ τῆ κείσμιος μετα πῶ σῶς ὄφια. Nos hanc Philothei cō  
 mēntationē cōsiderantes uerba facilia esse uidemus, sed falsas sententias & decurtatas.  
 propterea quicquid sit, & quicquid sua uerba praeferant, nos hoc modo illū interpre  
 tandū iudicamus, & intelligendū: ipse enim una cōmentatione praecedentē aphorismū,  
 & hunc exponit. In hac autē parte quae ad hunc spectat, praescripta uerba faciunt, quorū  
 sensus (me iudice) esse debet, sed dicit, septenorū quartus est index, quomodo? quoniam  
 quartus iudicatorius est, est quidē iudicatorius. Quod si in quarto nō fiat scilicet iudica  
 tio, propter uigorē & uim adhuc imbecillem, quē nō possit celeriter causas morbi depel  
 lere, in septimo fiet. Si uero in septimo non fiet, scilicet perfecta iudicatio, in undecimo  
 perfecta fiet. Quod si in undecimo adhuc erit imperfecta, in decimoquarto perfecta  
 erit. Ipsi igitur dies indices & cōtemplabiles sunt. Indices quidem, quoniā indicāt quan  
 do futura est, uel nondū futura sit iudicatio. cōtemplabiles uero, ut supra eos spectātes di  
 ximus, ipse igitur quaternariae periodi, aliae per continuationē numerantur, aliae per diuī  
 sionem, in quibus idem terminus sit & principiū quaternionis. quarta uero quaternio fit  
 rursus per continuationē. nam undecimus & finis & principiū putatur. Quod si quis di  
 cat, quod uidemus morbos acutos & decimosextimo & uigesimo iudicari, dicimus, hoc  
 raro fieri. si iudicatus quis dixerit, quomodo in Prognostico dicit quadragesimū diem esse  
 extremū terminū acutorū morborū, nunc autē decimum quartū; dicimus illic de simplici  
 ter acutis nō dixisse quadragesimū diē extremū terminū esse, sed de acutis ex decidentia.

Scito praeterea ista quae de iudicatione dicuntur, in morbis illis intelligi debere, in quib  
 us fit iudicatio, id est, subita ad mortē, uel ad salutē mutatio, uel ad momentū quoddā  
 ad quod paulatim mors sequitur uel salus, non autē in illis morbis, in quib. aeger paulatim  
 sanatur uel moriuntur, quia hic nō fit iudicatio, sed sola mors uel solutio. Si uero petas  
 quomodo isti dies indicatiui dicantur, Respondemus secundū Galenū, quia id quod se  
 qui debeat, praestendūt: ut si in quarto die aliquis sudor appareat, in septimo per sudorē  
 morbum terminaturū praestendit, si in quarto sanguis ex naribus appareat, in septimo  
 copiose profluet, idemq; erit in omnibus alijs nostri corporis euacuationibus, siue per  
 urinam siue per aluū fiant, idemq; in omnibus alijs indicatiuis diebus iudiciū ferri debet.

Sed ne in hac diertum iudicatoriorū tractatione quicquā uel minimū praetermittatur,  
 singulatim secundum Hippocratem & Galenum omnes dies trium septimanarū cōtem  
 plemur. nam ex harū trium septimanarū diebus omnes alij dies aliarum septimanarum  
 iudicari poterunt, etenim eadem est inter omnes proportio.

PRIMUM dies nec iudicatorius est, nec indicatiuus, sed morbi initium est, in quo die  
 nullus materialis morbus. finit, sed sola diaria febris (si de hac iudiciū dici possit) iudicatur.  
 Galenus uero in principio secundi libri De diebus decretorijs illū putat esse morbi pri  
 mum diem, in quo aeger operationū laesionem sensu percipit, in hoc autē die omnia imbec  
 illiora sunt, iuxta illud Hippocratis decretum, circa principia & fines omnia imbecillio  
 ra. ob hanc causam Galenus huius diei nullam mentionem fecit.

SECUNDVS dies & ipse nihil habet, quo decernere possimus, uel indicare,  
 est solum finis diarium febrium. unde Galenus de ipso nullam mentionem fecit.  
 si uero nonnulli secunda die sanari uideantur, id fit uel quia non est morbus ma  
 terialis

terialis, sed diarius spiritibus solis innitens, uel per aliquot dies præcedentes eger morbum non pensit. Si uero dicas, ex Galeno tertio De diebus decretorijs li. sumi posse, diem hanc secundam esse iudicatoriam, quia dicit: tuta igitur crisis euadet que in secundo totius mensis die accidet, cum prima & manifesta luna, & Iōgo satis tempore super terram iam apparet, tum lumen sensibile de se mittit, ad hæc umbram euidenter ostendit: Imò & eodem loco de prima die sermonem facere uidetur, & ex consequenti de prima ægritudinis die. sed dicere oportet, Galenum nec de primo, nec de secundo ægritudinis die uerba fecisse, at de primo aut secundo die quo luna cœpit apparere, si in eo iudicatio fiat: tamen iudicatio ista quæ uel in primo, uel in secundo die lunæ erit, ratione ægritudinis septimus erit, uel decimusquartus, non aut in secundo die, quia hoc die non fiunt iudicationes, sed bene secunda lunæ die, quæ est aliqua ægritudinis iudicatoria, iudicium fieri potest.

**TERTIVS** dies iudicatorius est, & Galenus sæpe iudicationes tertio die uidit, nam ubi quarto die iudicatio futura est, & materia uelociter mouetur, tertius dies id sibi uendicat, & in tertio fit iudicatio non expectato quarto, quare tertius erit iudicatorius, non tam perfecte, sed incidens: sicuti etiã dicemus de quinto, qui & ipse iudicat, quando materia in quarto defatigata iudicationem perficere non potuit, postea in quinto perficitur, & ita propter tardum motum iudicatorius efficitur, sicuti tertius propter uelocitatem iudicatorius effectus est. Gale. uero dicit, diem tertium esse iudicatorium, quia iudicatorio propinquus est.

**QUARTVS** dies indicatiuus est, atque iudicatorius, indicatiuus quidem, septimi diei ex sua natura, nam ut Galenus dicit li. primo De diebus iudicatorijs, intelligi esse indicem ex sua natura, quia si nullum rarum & magnam incidat, uel extrinsecus uel ex ipsa morbi conditione, uel etiã egrotantis habitu, quartus omnino septimum indicat, tamẽ & idem quartus sextum indicat, ut eodem loco ostendit: imò dicit ita indicare sextum, sicuti septimum indicat, quod intelligit ratione indicationis, non aut ratione modi indicandi, quia in uno ut plurimum bonum, in alio ut plurimum malum indicat. unde dicit, qui quarto ad peiorem statum decidunt, plerumque sexto moriuntur. si uero ad meliorem statum recidunt, septimum expectant. Galenus etiã præcitato loco ostendit, non solum quartum esse indicatiuum, sed etiã iudicatiuum: unde si quis prima die acuta febre infestatur, & nullum periculosum signum adfuerit, sed in urinis coctionis nota, non extra quartum diem morbus discutietur. Quinetiam si multa letalia primo die statim deprehendantur, morietur plane non extra quartum diem. si uero acuta sit febris primis diebus, & nullum periculosum, uel letale signum adfuerit, nec etiã aliquod signum coctionis, hic non peribit quarto nec sanabitur, sed ad alium terminum deueniet: non transibit autem decimumquartum, quia morbus (ut supponitur) acutus est.

**QUINTVS** dies & ipse iudicatorius est, sicuti & tertius, & etiã indicat supra septimum & nonum. est autem iudicatorius, quia loco quarti nonnunquam iudicat, quando natura quarto die lassata fuerit, nec quouis modo concitata quiescat, tunc quinto die ad iudicium commouetur, propterea & indicatiuus, & iudicatiuus hic dies nuncupari poterit.

**SEXTVS** dies iudicatorius quidem est, licet (ut Galenus inquit in primo De diebus iudicatorijs) raro, & cum symptomatibus difficilibus, & periculo non mediocri: ad hæc, absque fide, imperfecte, obscure, sine notis, tum sinistre. Paulo deinde addit, sextum quanto pauciores in eo iudicantur, quam in septimo, tanto quoque malignior inuenio, ut qui ferè ex aduerso natura septimo oppositus sit. Quin etiã qui in quarto ad peiorem statum recidunt, plerumque sexto moriuntur. In eodem lib. deinde addit, Nam periculosus symptomatibus presentibus, una cum coctionis nota quarto die apparente, iudicium si paribus diebus accessio fiat, sexto expectandum est, quod si hunc excefferit, octauo tamẽ addit: quãdoque etiã si accessio fit in diebus imparibus propter celeritatem morbi sexto die intereunt. Nos sexceteris 1523. experientia uidimus in Epidemico morbo omnes ferè sexto die obiisse, & in pestilentibus morbis ut plurimum egri sexto die intereunt, ut in presentiarum quibus uestrum uidere potuit, in Hieronymo Cantalupo, qui naturalis philosophia in hoc almo Gymnasio egregie profitebatur. hic ex pestilenti & uenenosa febre sexto die interiit in hoc mense Nouembri. Propter hæc Galen. hunc diem tyrannum uocat, quoniam si non interficiat, quando iudicat, saltẽ male iudicat. quippe tyrannus si non interficit, saltẽ bona surripit, uulnerat, percutit: ita sextus dies uel pernicio illius quem iudicandum accepit, gaudet, uel salute dolet, queritque ubi animam expleat, & male ægrum trahet, tum longa punitione exerceat. Denique multis exaggeratis infert

is infert sextum diem male decretorium esse.

**SEPTIMVS** dies iudicatorius est, & quem Galenus secūdo libro De diebus iudicatorijs, omniū fortissimū uocat, qui semper à quarto indicatur, qui quartus est minor decretorius. intellige uero, ut plurimū fieri bonū iudiciū, non tamē semper, nam quandoq; ægri in septimo moriuntur. Imò docet si fuerint mala signa in quarto, & morbus diebus imparib. accessiones habeat, hic in septimo moritur, nili uehementis sit egritudinis motus, tunc enim in sexto moritur. Septimū uero ob id laudat, quia multi in septimo & ad bonū iudicatur. propterea dicit, primū itaq; omniū dierum decretoriorū septimū dicimus, nō numero uidelicet & ordine primū, sed potētia & dignitate. Omnes enim summam decretoriorū notas occupat, quin etiā plurimos iudicat, & absolute. Itē cū manifesta excretionē, uel abscessū, sine periculo uehementi, & ut plurimū quartus cum prænuntiat. Ali quibus postea interpositis addit, plerunq; igitur bona iudicia eueniūt in septimo die, etenim hoc ei præter cæteros accedit, unde quibusdam lineis interpositis inquit, mihi equidem frequenter in mentem uenit, septimi diei naturam regi assimilare, nam clemens tamquam bonus aliquis princeps, ijs quos iudicat, uel supplicij partē adimit, uel illustrat uicioriam: ut simpliciter diem septimum bonum Galenus iudicet.

**OCTAUVS** etiam dies iudicatorius est, putatq; Galenus, & ita experiētia cōpertum est, iudicationē octauū diei minus laudabilem esse iudicatione noni diei. ostenditur etiā à quarto die. nam cū in quarto mala signa apparuerint, & morbus accessiones per dies pares habuerit, nec multum uelox sit, octauo die iudicatur: sed octauū diei iudicatio cum sexti diei iudicatione aliquam affinitatem habet, tamen adeo mala non est, quia saltē prolongatur ægritudo: sit igitur & in octauo die iudicatio.

**NONVS** dies & ipse à Galeno iudicatorius nuncupatur, imò (ut secūdo li. dicit) plurimos nonus iudicat, & coincidunt nonus, tertius, quintus: & eodē loco dicit tutiorē esse iudicationē & magis fidā, quæ nono q̄ quæ octauo: & hoc merito, quoniā qui in nono iudicantur, illi sunt qui effugiūt septimū propter tardū egritudinis motū, uel qui propter celeritatē undecimū diem non expectant. unde in tertio De diebus iudicatorijs li. dicit, iam uerò & nonus inter duos iudicatorios septimum & undecimum medius, uel nondum factum in septimo die iudicium, uel undecimo futurum, ipse sibi uendicat. dicit tamen quod raro septimi iudicationem sumit, undecimi uero frequenter. nam septimus suam iudicationem facit, nisi sit error cōmissus. undecimi propria iudicatio ē contrario habet, nempe cum exacte etiam omnia gesta sint, & uiolenta noni diei accessio inuadat, ob uiolentiam anticipat iudicatio suum statutum diem.

**DECIMVS** dies in primo libro à Galeno iudicatur in eundem ordinē ponendus, in quē octauus, octauū uero ponebat in ordinē sexti, quia octauus semper est malus, sed minus quàm sextus: ita & decimus, sed minus adhuc malus q̄ octauus, quia motus egritudinis est tardus. Si enim in quarto mala signa appareant, & morbus habeat accessiones diebus paribus, iudicatio in sexto fieri debebat, sed propter tarditatē fit in octauo. Si adhuc tardior sit materia, fit in decimo. itaq; decimus naturam sexti sapit, quia raro cum fide soluitur morbus, sed nec bene ac salubriter, nec perfecte, imò obscure, & citra notas. Ideo subito non soluunt, sextus, octauus, decimus.

**VNDECIMVS** dies est quartus à decimo quarto, decimus autem quartus est finis secundæ septimanæ. ideo (ut præcitato libro Galenus dicit) eandem proportionem habet undecimus ad decimum quartū, qualem habet quartus ad septimum: quartus autē erat septimi iudicatorius, ideo & undecimus erit decimi quarti indicatiuus, tamen & ipse est iudicatorius, sed minor iudicatorius, sicuti & quartus est minor iudicatorius, ut secundo li. dicebat Galenus. Quare undecimus est perfectus indicatiuus, & minor iudicatorius, nos uero infinitos ferē uidimus laterales morbos undecimo die iudicari.

**DVODECIMVS** dies nec iudicatiuus, nec indicatiuus est, & ideo nullum habet officium, nisi quia addit numerū diebus, unde Galenus primo De diebus decretorijs libro fatetur, nunquam uidisse aliquem duodecimo die iudicatum, tamen si iudicaret, haberet proportionem ad decimum, sed tardius moueretur.

**DECIMVSTERTIVS** & ipse decernit, & præsertim in morbis qui habēt impares accessiones, sed est omniū imbecillissimus eorum dierū qui decernunt. est autē fortissimus eorum qui



eorū qui non decernunt, ut secundo libro docet. In primo autē libro hunc ordinē dierū facit, ut primo ponat bene decernētes, inde nō bene, postea dicit decimumtertium diem nec ita fortē esse ut hi bene decernunt, nec ita debilem ut hi male decernūt. Quod uero aliqui dicūt, in omni morbo acuto fieri debere iudicationē decimotertio die, quia mouetur ut plurimū per dies impares aegritudo, Respondemus, hoc nō esse necessariū, sed fit in his morbis ut plurimū iudicatio in decimoquarto, & ab undecimo indicatur, quando morbus uehemens est atq; fortis, nō expectatur decimusquartus, sed à decimotertio anticipatur, hoc tamen frequenter nō est. Vnde Galenus primo De diebus iudicatorijs libro hanc regulam ponit, imparibus diebus si aeger magis laborauit, propriū magis diei imparis iudiciū: quemadmodum si paribus, illius proprium. nam in accessionibus plurimum iudicia contingunt, unde quæ in imparibus affixerint, decimotertio decernentur, propterea decimustertius dies ut experientia ostendit, decretorius est.

DECIMVS QVARTVS dies à Galeno primo De diebus decretorijs lib. in perfectione septimi ponitur, septimus autē erat omnium potentissimus, ideo & decimusquartus potentissimus erit. ob hanc causam secundo libro De diebus decretorijs dicit, uehementissimæ itaq; iudicationes, sicut antea diximus, quæ ad decimumquartum diem ueniunt. Imò hic est terminus morborum simpliciter acutorum, & est finis secundæ septimanæ, in quo die plures morbi decernuntur.

DECIMVS QVINTVS dies à Galeno parū consideratur, tamen & ipse quandoq; decernit, & nonnulli qui decimotertio die iudicari debent, propter motus tarditatem decimoquinto die decernuntur, quare diei decimotertij naturæ non nihil habet.

DECIMVS SEXTVS dies nunq̄ uisus est à Galeno quenq; iudicasse, neq; aliquid indicasse, ideo hic dies nec iudicatorius, nec indicatiuus est, & quāuis antiquiores nonnulli (ut etiam de duodecimo) uoluerūt aliquos morbos in his iudicari, id imperfecte fuit incerte, periculose, obscure, & sine signis: ideo & hic dies à Galeno iudicatorius non existimatur, quia neminem in eo iudicari uidit.

DECIMVS SEPTIMVS à decimoquarto tertiā septimanam incipiente, medius est inter decimumquartum, & uigesimalū, propterea indicat quid uigesimo die futurum sit, & ipse etiam decretorius est, sicuti quartus, & undecimus. ueruntamen, ut Galenus docet secundo libro De diebus decretorijs, hic decimusseptimus inter coincidentes nō est numerandus, sed inter ualidos & primos annumerari debet. ideo quæ decimoquarto cœpere frequenter decimoseptimo perfecte decernuntur: propterea decimusseptimus multos morbos decernit, ut experientia ostendit.

DECIMVS OCTAUVS quādoq; de uigesimo primo die iudicat, secundū antiquos qui uigesimalū primum diem tertiæ septimanæ finē faciebāt, unde decimusquintus erat eius principium, decimusoctauus medium, & indicatiuus dies, uigesimalū primus decretorius. tamen hoc nō negat Galenus, qui secundo libro De diebus decretorijs fatetur decimusoctauū ad uigesimalū primū se habere, ut quartus ad septimū se habet, & undecimus ad quartumdecimū. hoc autē raro esse dicit, tamen quandoq; eueniebat. Archigenes autē & Diocles ita perpetuo esse existimarunt, & in tertio eiusdem uoluminis libro hoc fieri docet, quando diebus imparibus accessiones fiunt. Igitur decimusoctauus uigesimalū primū quandoq; indicatiuus est, quandoq; & ipse decernit, sed imperfecte.

DECIMVS NONVS nunquam uisus est à Galeno decernere, & simul ipsum numerat cum duodecimo, & decimosexto: unde intra tres septimanas duodecimus, decimus sextus, & decimusnonus nunquam uisi sunt à Galeno decernere: Si autem decernāt, imperfecte, infide, non tute, & sine notis decernunt. Tamen & si Galenus non uiderit, antiquiores extant, qui hos dies decreuisse, scriptis reliquerunt.

VIGESIMVS dies, ultimus est tertiæ septimanæ terminus, & est decretorius, non tamen ut septimus, & decimusquartus, qui perfectissimi sunt, imò & decimusseptimus his addendus, sed in comparatione ad undecimum, uigesimalus decimusseptimū diem profundius habet, quamuis & ipse iudicatorius sit.

VIGESIMVS PRIMVS dies secundū Archigenē & Diocle tertiæ septimanæ finis ponit & iudicatorius, tamē Galen. iudicatoriū esse nō ita inficias secūdo & tertio de diebus iudicatorijs. Id autē raro cōtingit, & solū quando accessiones habēt motū per dies impares

pares. Ad hanc usq; computationē Hippocrates exacte peruenit, & secundū hunc ordinem in suis libris sparsim habētur isti dies: & Galenus in libro De diebus iudicatorijs addit, quod iudicationes in morbis sunt efficacissime usq; ad decimum quartū diē, proximo loco succedunt quæ usq; ad uigefimū habētur, postea à uigefimo usq; ad quadragefimū paulatim efficacia remittitur. Ideo ab Hippocrate nō numerantur nisi pauci dies inter uigefimū & quadragefimū in quibus fit iudiciū, nam reliqua dierum multitudine, decernēdi omnino expers est. Sunt uero hi, in quibus fit iudicatio isti, uigefimus septimus, Archigenes uero uigefimum octauum putabat, non uigefimum septimum, sed experientia Hippocrati & Galeno demonstrauit, uigefimum septimum octauo esse præferendum. trigefimus quartus habet potentiam mentione dignam, & quadragefimus magis, uigefimus quartus & trigefimus primus minus his decernunt, multo minus trigefimus septimus decernit, ideo inter eos qui decernūt & qui non decernunt, medius esse uidetur, ut Galenus iudicet ipsum non decernere. Sunt uero hi (si in ordinem disponere uelimus) uigefimus quartus, uigefimus septimus, trigefimus primus, trigefimus quartus, trigefimus septimus, quadragefimus, & etiam uigefimi octauum mentionem facit, quia quandoq; decernit. Reliqui sunt duodecim decernēdi experites, & hic est ordo à uigefimo die usq; ad quadragefimum, à quadragefimo usq; ad sexagesimum dierum ordo non datur, apud Hippocratem & Galenum, quamuis aliqui antiqui quadragefimum secundum, quadragefimū quintum, & quadragefimum octauum speculati sint, qui potius quadragefimum quartum & quadragefimū septimum cōsiderare debebāt. Nam nos ipsi uidimus in quadragefimo quarto multos esse decertos, & quādoq; in quadragefimo septimo. Hippocrates uero data opera de his diebus mentionem non facit: quoniam ut dicit Galenus primo de diebus iudicatorijs libro, qui post quadragefimum sunt, omnes languent, coctione potius, & abscessibus, quam iudicationibus morbos finientes. accidunt tamen his quoq; per excretiones interdum iudicia, sed raro, nec magnam habent uehementiam, & frequenter pluribus diebus iudicia cōplentur, maxime cum in abscessum finiunt. Nihil deinceps Hippocrates de alijs diebus agit: sed solum sexagesimi, octuagesimi, centesimi, centesimi uigefimi mentionem facit. Postea per menses numerare incipit. nam dies ille cētesimus uigefimus, qui est quarti mensis finis, & ipse mensis de septimo mense decernunt, & ita undecimus mensis de decimo quarto, postea transit ad annos, & ad annorum septimanas, ut quartus annus de septimo anno. Et hæc est ratio dierum ægritudinum apud Hippocratem & Galenum.

Si uero morborum nomina querās, quo ad genus, quæ diebus iudicatorijs uere attribuantur, Galenus secundo libro De diebus iudicatorijs in hunc modum satisfacit. ἀκεῖβως κάρφου, quem Latini exacte peracutum morbum uocant, habet quartum diem. οὐδὲ ἀκεῖβως κάρφου, idest non exacte peracutus, uel κάρφου, idest peracutus septimum habet. οὐδὲ ἀκεῖβως, idest exacte acutus, uel οὐδὲ, idest acutus simpliciter decimum quartum diem habet. οὐκ ἀκεῖβως οὐδὲ, idest non exacte acutus, uigefimum diem habet. ἐκμετρησώσεως οὐδὲ, idest ex decidētia acutus, uel (ut recentiores dicunt) acutus conuersius, quadragefimum diem attingit. Reliqua morborū genera in quantamcumq; temporis distantiam producantur, semper χρονία, idest longa & diuturna uocantur.

Si etiam aliqua morborum iudicia scire cupias: scito si materia sit usq; ad septimum diem cruda, ante uigefimum iudicari nō posse. Si uero sit usq; ad decimum quartum, ante quadragefimum non finiet. At si usq; ad uigefimum cruditatem seruet, ante sexagesimum iudicari non poterit. In reliquis non adest ordo perfectus, nec iudicium exquisitum. Hæc Galenus pro primo saltem & secundo termino, secundo De diebus iudicatorijs libro.

His ita constitutis, reliquum est ad Hippocratis aphorismum considerandū descendere, cuius sententiam in præsentiarum allequi facillimum erit. primo igitur inquit,

Τῶν ἐπὶ τῆ ἡ τριτάτη ἐπίδηλον. idest, Septenorum quartus est index. Nam die quarto indicia sumuntur de his quæ in septimo futura sunt, si in septimo iudicium fieri debeat, aut etiam nihil à natura immutandum sit: mirandumq; hic est de Orbasio, qui dicat, per inuersionem ab Hippocrate maiorem numerum minori esse præpositum, septimum

mum inquam quarto, & hoc esse aliquando doctorū uirorum. Sed quo ad sensum, nulla inuersio est; imò in sensu, minor maiorem præcedit, nam nomina & uerba transposita idem significant iuxta Aristotelis sententiam secundo De interpretatione libro.

ἑτέρως ἐβδωαδίδω ἢ ὄγδοβ ἀρχῆ. idest, Alterius septimanæ octauus principium. ] Hoc ab Hippocrate necessariò erat edocendum; quia tertia septimana incipit ab ultimo die secundæ; secunda uero statim incipit post ultimum diem primæ.

Hic Oribasius dubium facit à nobis superius solutum: Quum iudicatio in die impari fiat, cur in decimoquarto fieri dicat, qui non est impar? Respondet, Decimum quartum compositum esse ex septem & septem, qui sunt impares. Sed hæc uana sunt; nec iudicatio & in paribus & in imparibus diebus fit secundum egritudinis motum; nec sequitur, decimum quartum esse imparē, uel alium quemlibet numerum, quamuis ex duobus imparibus resulet.

Θεωρητὴ δὲ ἡ ἐνδεκάτη, αὐτὴ γὰρ ὄβι τετάρτῃ ἐπὶ ἑτέρως ἐβδωαδίδω. idest, Est autem & undecimus contemplabilis; ipse enim quartus est alterius septimanæ. ] Hæc est nostri antiqui codicis prima lectio. Secunda cum Aldino ita habet, ἐπὶ δευτέρως ἐβδωαδίδω. idest, Secunda septimanæ; quamuis idem ferè uideatur dicere, Alterius septimanæ, & secundæ septimanæ. Est uero contemplabilis, idest indicatiuus. Nam in hac secunda septimana, ita se habet ad suum finem, qui est decimus quartus, sicuti se habebat ad septimum quartus.

Θεωρητὴ δὲ πάλιν ἡ ἐπὶκαιδεκάτη, αὐτὴ γὰρ ὄβι τετάρτῃ μὲν ἀπὸ ἐπὶ ποσάδηνκαιδέκατι, ἐβδωαδίδω δὲ ἀπὸ ἐπὶ ζυδεκάτι. idest, Rursus uero & decimus septimus contemplabilis, siquidem quartus est à quarto decimo, septimus uero ab undecimo. ] Oribasius in hoc loco de decimo quinto agit, de quo nullam mentionē fecit Hippocrates, imò ipse ita refert Hippocratis uerba, Inspeciendus est & quintus decimus dies; hic enim tertiæ septimanæ cōtemplatorius est. Sed nos in nullo codice Hippocratis Græco hæc uerba inuenire potuimus; imò & si Galenus quintum decimum diem quandoq; iudicatorium faciat, tamen nunquam illum facit cōtemplabilem. Dicit uero Hippocrates, decimum septimum esse quartum à quarto decimo, ut edoceret quartum decimum esse primum, à quo incipit enumeratio, nullam uero fecit uigesimali mentionem; quia sicuti in prima septimana quartus erat indicatiuus septimi, & in secunda septimana undecimus, qui erat quartus secundæ septimanæ, erat indicatiuus decimi quarti: ita censendum est de decimo septimo, quum sit quartus à uigesimo, qui est finis tertiæ septimanæ, quod indicat quid futurum sit in uigesimo. Ideo relinquit uigesimalū tanquam manifestissimum diem iudicatorium, à decimo septimo secundum ordinem aliorum indicatum. Sed de tertiā septimana unde inciperet, quia dubium erat; propterea & in principio, & postea hoc annotare uoluit. Oribasius Hippocratis seriem distulius refert. Nam ipse sequitur in suo Hippocratis contextu (quamuis sint diuersi aphorismi) considerandus & uigesimalus primus, & uigesimalus quartus, & uigesimalus septimus. Similiter uero trigesimalum primum, trigesimalum septimum: necnon quadragesimalum, quadragesimalum quartum, & quadragesimalum septimum inspicere oportet. Sed hæc ab Hippocrate non dicuntur.

Quidam uero ex recentibus, cui nomen est Federicus Chryzogonus, ausus est in Hippocratem & Galenum absq; ratione debacchari, capite quinto De prognosticis ægritudinis per dies iudicatorios, & potissimum Hippocrate in hoc loco reprehendit, quem dicit non posuisse theoreticam in presentiarum de diebus iudicarijs, sed confusionem. Primo ad uerbum refert Hippocratis uerba, postea dicit, Omnia esse uoluntarie dicta, & absq; ratione instituta: primo quia secundam septimanam non ponit continuatam cum prima, sicuti tertiam septimanam secundæ continuam facit, & hoc est primum inconueniens secundum hunc uirum. Secundū inconueniens est, quòd undecimus est quartus decimi quarti, qui est & quintus ab ipso septimo. Eadem ratione, quartus tertiæ septimanæ, qui est decimus septimus, deberet esse quintus à decimo quarto; tamen posuit esse quartum, & non quintum. Tertium inconueniens, quòd absurdius putat esse, quòd hæc iudicialiū dierum diuisio adæquate non conuenit cum lunæ cursu, quo ad eius aspectus; & minus conuenit cum particularibus horis accessionum tertianæ acutæ, quæ habet motum de tertio in tertium, uel eiusdem proportionem

tionem, qui circuitus applicandi sunt ad lunæ cursus uel aspectus, cum gradu hora decubitus. Post hæc in Auicennam particulariter inuehitur, cuius tempore astrologia extabat: tamen addiscere noluit, sed incedere uoluit secundum experientiam scientiæ sensatæ, ut eius uerbis utar: ideo errat Auicenna, quia per posteriora, & per effectus sci re uoluit, & non per causas adæquatatas. Postea Galenum reprehendit, qui dies, quibus luna silet, auferendos esse uoluerit: imò, inquit, tunc maxime agit, quia maximo luminari iuncta est: propterea magnos effectus producit.

Nos uero admiratione afficimur, quomodo aliquis absq; maximis & certis rationibus in tam summos uiros, & à toto seculo comprobatos inuehi audeat. Vidistis quibus rationibus moueatur, & quam leuibus argumentis tam celeberrimos uiros reprehendere putet. Ad primum eius inconueniens, Hippocrates necessarium esse arbitratur; & hoc experientia duce, primam septimanam à secunda distinctam esse, tertiam uero secundæ in ultimo die coniungi, ut uigesimalis dies finis tertiæ septimanæ efficere tur, quem serè semper Hippocrates iudicare uidit, & Galenus longa experientia comprobauit. Ad secundum inconueniens, ipse id putat inconueniens, quod Hippocrates & uerum & necessarium esse iudicat: nam undecimus est quintus à septimo, & decimus septimus est quartus à decimo quarto, quia in diuersis locis sua initia sumunt. Ad tertium inconueniens Galenus ostendit, quodammodo diebus lunæ cõuenire, tamen uel conueniat, uel non conueniat, nihil refert: quia Hippocrates uel lunam uel eius motum nunquam considerauit, sed solum euidentibus experientijs ductus, illa omnia prodidit de diebus iudicatorijs quæ hinc inde sparsa inueniuntur. Imò unum hic esset aduersum Chrysogonum disputandum, quid intelligat per horam decubitus, quam considerari iubet: nam uel intelligit præcisum morbi principium, uel sensibilem læsionem. Si principium illud exactum intelligit, id serè impossibile scitu est, & nondum est pugna naturæ cum materia: propterea enumeratio inde incipere non debet. Si uero intelligat læsionem sensibilem, quomodo recte iudicare poterit per lunæ cursum, quia principium ægritudinis præcisum unum habet aspectum, secundum quem si iudicet, contrarium forte præ se feret, quàm si iudicet secundum aspectum, qui in læsione sensibili erit. Propter hæc, illa recentiorum ambiguitas prætermittenda non est, qua ambigere solent, unde medicus ægritudinis dies computare incipiat, an à sensibili læsione uel ab exacto principio. Nos Galenum in libro De diebus iudicatorijs, sequentes dicimus, Quum medicus sit sensuualis artifex, nihil iudicare debet, nisi sensibiliter percipiat: propterea à sensibili læsione computum exordiendum censemus. Illos uero non audimus, qui à decubitu incipiunt, nisi per decubitus, sensibilem læsionem intelligant: quia multi sunt, qui per aliquot dies sensibiliter læduntur, tamen non decumbunt: unde medicus dierum computum ab hora illa incipere debet, qua naturæ pugna cum materia inceptit. Hæc autem hora quandoq; est hora decubitus, quandoque non est: tamen semper est hora sensibilis læsionis. Nam statim quum pugna incipit, sensibilis læsio percipitur.

Ad id quo Auicennam reprehendebat, dicimus, Auicennam simul cum Hippocrate & Galeno uoluisse iudicium fieri debere, ut sensu & experientia compertum est, & non secundum lunæ motum. & quod dicit, Auicennam ignorasse astrologiam, quæ extabat suo tempore, & non tempore Hippocratis, absurdum est: nam & Hippocratis tempore astronomia in magno usu erat: & illam nouit egregie Auicenna; at fatuitates illas despexit, quas hic uir sequi tentat.

Ad id inconueniens quod in Galenum fecit, superius dictum est, scilicet Galenum abstulisse dies illos, ut rationem dierum iudicatoriorum cum luna saluet: non tamen quod ipse lunam in suo numero curet.

## GALENVS

**I**NDICES & contemplabiles solet Hippocrates nominare dies, in quibus aliquod signum apparet futuræ iudicationis indicatiuum in altero aliquo iudicantium dierum, quos ipse in Prognosticis, unamquaq; septimanam in duas diuidens partes, per quaternarios digessit. Primum itaq; quaternarium septimi diei ab initio indicem esse ait: undecimum autem quartidecimi, quoniam & hic secunda septimana in duas par-

tes diuifa prouenit. Eadem ratione, & decimus septimus uigefimi est index, quoniam ex diuifione tertiæ feptimanæ in duas partes efficitur, nifi quod hanc tertiam feptimanam feconde coniungit, quãuis primam à feconda feparauerit. nam eius initium diem octauum effe dixit: non tamen tertiæ quintum decimum, quemadmodum nonnulli poft ipfum exiftimarunt, quoniam neque uigefimum primum pro termino ftatuit: fed principium quidem tertiæ feptimanæ quartum decimum, finem autem & terminum uigefimum. Cur uero duas primas feptimanas fecondum difiunctionem inuicem ordinauerit, tertiam uero fecondæ fecondum continuitatem, in libro De diebus iudicatorijs docuimus. Quantum uero ad præfentia, fufficiat etiam fine caufa nouiffe quod experientia comprobatur. Et ipfe uero Hippocrates plurimos ægros tali ordine dierum iudicatoriorum, & in libris Epidemiarum fcripfit fuiiffe iudicatos. Dixi autem fecondum talem ordinem ex quo primæ tres feptimanas ad uigefimum, fequentes uero tres ad quadragefimum perducantur. Sic enim & feagefimum & octuagefimum diem iudicatorios habebimus, hos pariter ipfos experientia confirmante, quemadmodum in libris De diebus iudicatorijs offendimus, illos qui in libris Epidemiarum notantur iudicari fecondum talem dierum ordinem defcribentes. Illos uero ægros longum effe hoc in loco feruone complecti. Sufficiet autem fola ex Prognofiticis uerba in hunc modum fe habentia fubfcribere. Febres iudicantur in eifdem numero diebus, ex quibus etiam homines liberantur, & pereunt. Nam mitiffimæ febres, & quæ tutiffimis fignis incedunt, quarto die finiuntur, uel antea: peffimæ autem & grauiffima figna præferentes, quarto die interunt, aut prius. Primus igitur earum infultus ita terminatur. Secundus uero ad feptimum ducitur. Tertius ad undecimum. Quartus ad quartum decimum. Quintus ad decimum feptimum. Sextus ad uigefimum. Hi igitur per quatuor ex acutis ad uigefimum, ex adiectione finiunt. Hæc uerba oftendunt manifeffe quod tertiam feptimanam per continuitatem fecondæ annumerat, & quod decimam feptimam indicem facit uigefimæ.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, idem effe *ἡμετέριους καὶ διαρητῶς*. id eft, indices & contemplabiles dies, & quid fint.

Quod legitur, In altero aliquo iudicantium. Græce eft, *ἐν ἑτέρῳ τινὶ τῶν μελλοντῶν ἡμετέρων*. id eft, In altero quodam futurorū dierum. quamuis codex Aldinus dicat, *λεγονουσῶν ἡμετέρων*. id eft, Iudicantium dierum. tamen cōuenientius eft legere Futurorum, quàm Iudicantium.

SECUNDO, ordinem dierum afsignat; de quo fuperius uerba fecimus.

TERTIO, alicui rationi non fedit, nec aliquam afferre uult, præter experientiam.

QUARTO, Hippocratis fententiam refert de februm iudicatione. Omnia luce clariora funt.

Vbi legitur propè commentationis finem, Peffimæ autem. Græce eft, *κακοδίαπι*. id eft, Quæ in peffimam confuetudinem abiere.

Vbi etiam legitur, Primus igitur earum infultus. hæc particula Infultus, Græce eft *ἑφοδῶς*.

Vbi etiam legitur, Ex adiectione; Græce eft, *πεδίσεως*.

Nunc uero non erit ab re, ea referre quæ ab Hippocrate dicuntur primo De epidemijis libro, ubi pares & impares dies iudicatorios enumerās, inquit: Mala uero quæ diebus paribus grauant, paribus etiam decernunt; primusque dies decretorius paris circuitus, eft quartus, sextus, octauus, decimus, decimus quartus, uigefimus, uigefimus quartus, trigefimus, quadragefimus, quadragefimus quartus, feagefimus, octuagefimus, centefimus, ducentefimus. Circuitus autem non paris, primus eft, tertius, quintus, feptimus, nonus, undecimus, decimus feptimus, uigefimus primus, uigefimus feptimus, trigefimus primus. Quare fcito, fi aliter quàm fcriptum eft, decernant, mala reditura, perniciofaque fore. Mentem etiã adhibeto, & fcito, decretoria quæ his temporibus fiunt, femper fere ad falutem, uel ad melius tendere: quæ uero his temporibus non decernent, ad perniciam

ad perniciem, uel ad peius: præterea, febres erraticæ, quartanæ, quintanæ, septimanæ, nonariæq; quo circuitu decernant, obseruato.

## APHORISMVS XXV

**A** Estiua quartanæ magna ex parte breues, autumnales longæ, & maxime quæ hyemem attingunt.

## BRASAVOLVS

ET SI hic sermo de quartanis solum dictus esse uideatur, tamen in summa de omni morborum genere edocetur, quod æstiuo tempore breuior erit, quam in alio quocunq; anni tempore. In autumnno uero erit longior, & tanto magis, quanto autumnus erit hyemi propinquior. Hippocrates uero in longissima febre exemplum tribuit, per quam Galenus omnia alia morborum genera intelligenda esse uoluit.

Celsus in fine octauæ capituli secundi libri aphorismum ita refert, Quartana æstiuæ breuis, autumnalis fere longa est, maximeq; quæ cœpit hyeme appropinquante. Superius etiam in eodẽ capite dixerat, æstiuæ quartanæ fere breuis est. Oribasius hoc modo aphorismum introducit, Absoluens rationem criticorũ dierum, eam ostendit in affectibus, & incipit à quartanis. Philotheus uero ita introducit, ἡ ἐστὶ ἀνωτέρω ἰεραρχικῆς προνοίας ἐπιπέσοιτο τῆ ὀφέλιμῃ νοσηλευτικῇ, ἢ τούτοις δὲ ἡ ἐπι σωτηρίας τῆ νοσήσαντος. idest, In superiorum aphorismo acutorum morborum prouidentiam fecit, in hoc autem per continuationem, diuturnorum.

Ὁ δὲ βρασιολογῶν. idest, Æstiuæ quartanæ. ] Hoc est quartanæ illæ quæ æstate fiunt. Hippocrates tempus docens, quo quartanæ fiunt, & ætates, in fine libri De hominum natura, ubi de febribus agit, inquit: Quod autem febres quartanæ, atræ bilis participes sint, hæc re tibi patebit, quod homines autumnali potissimum tempore, & in ætate uiginti quinque annorum usq; ad quadragesimum quintum annum, quæ ex omnibus ætatibus maxime atra bile detinetur, corripuntur quartanis, quibus autumnus inter omnia alia anni tempora expositissimus est. Quos igitur ultra citraue id tempus, ad eam ætatem quartana accesserit, pro comperto habere debes, hanc febrem minime diuturnam fore, nisi quid aliud homini officiat. Scito autem, non ideo dici fieri in autumnno, quia alijs temporibus non fiunt, & alijs ætatibus: sed quia ut plurimum in autumnno, & in hac ætate fiunt. nam ut Aphorismorũ libro dicitur, Omnes morbi in omnibus temporibus fiunt, & excitantur, quidam uero in aliquibus, & in autumnno quartanæ merito fiunt, quia tempus est humori proportionatum: nam sicut atra bilis, à qua fit, frigida est & sicca, ita autumnale tempus frigidum est & siccum: ob cuius proportionem, atram bilem generari conueniens est, & præsertim quia tempus æstiuum præcessit, in quo humores multum sicci generantur. Quod autem ab Hippocrate dicitur, Fieri à uigesimo quinto anno usq; ad quadragesimum quintum, ideo est, quia in hac ætate ob caliditatem humores exiccantur: nec mirum, quod raro fiunt in senio, quamuis senium frigidum sit, atq; siccum, quia ob caloris paucitatem non corrumpuntur: tamen si senioribus aduenerint, periculosiores sunt. Aetius uero libro quinto, capite octuagesimo secundo Hippocrati aduersari uidetur. Hippocrates enim præcitato libro & in libro De hebdomadibus, cuius principium tantum extat, uult, quartanam in uiginti ætate plurimum fieri, in alijs ætatibus raro: ideo dicebat, A uigesimo quinto usq; ad quadragesimum quintum fieri. Aetius uero uult, ipsam esse peculiarem magis ætate declinantibus. Sed re uera deceptus est Aetius, quoniam experientia ostendit illam raro declinantibus contingere, uigentibus uero frequenter: forte ob prædictam rationem, quia in his frigidis ætatibus, humor non facile corrumpitur, & quia in declinanti ætate multa humiditas adest, quæ & si ratione ætatis non adlit, adest saltẽ per accidens. At unum aliud in hoc loco annotabimus: Hippocratem in libro De hebdomadibus scriptum reliquisse, Homo quartana bis non laborat, neq; laborauit unquam, neq; laborabit, si semel euadit: propterea secundum singulorũ naturam ætate uigenti fit. Quod absurdum esse, quotidiana experientia ostendit: nam aliqui, & ter & quater quartana correpti sunt.

Nos quartanam bis incidimus, sed breui liberi euasimus. Hinc fortè nostrum uirgus suam illam sententiam accepit, Si quis semel quartana correptus sit, posse quidem secundo & tertio corripì, sed breui duraturam: & nos, secunda uice sex solum periodos habuimus. Scito etiam Galenum non modo hic, sed & in libro De iudicationibus, capite tertio, hunc aphorismum in omni morbo intellexisse.

Quid uero per æstiuas quartanas intelligendum sit, explicare oportet, ut facile aphorismi sententia pateat. Æstiuas illas intellige, quæ in æstate fiunt, uel in æstate sunt. nam Galenus præcitato loco, de morbis factis in æstate non loquitur, sed de existentibus in æstate: & ratio ex hac Commentatione habetur, quia æstiuo tempore omnes inutiles humores per corpus uniuersum funduntur, & subtiliantur, ac resoluuntur, & per insensibiles uias diffillantur, quæ uia & ipsa rara & aperta sunt: propterea æstiuo tempore ægritudines omnes breuiiores sunt: ideo de æstiuis locutus est. Hippocrates uero in libro De morbis qui extra, particulariter de æstiuâ quartana uerba facit, primo de tertiana sermonem fecerat: Si hæc (inquit) non curetur, quartana fieri consuevit, & longa. Vbi oppositum dicere uidetur, quam hic dicat. Ibi enim loquitur, In æstiuo tempore: tamen dicit, Fieri quartanam longam: sed hoc intelligendum est in suo genere, quia longior fit, quam fieret, nisi tertianam secuta esset. Fiunt enim quartanæ quandoque repente, & nullum morbum consequuntur, & incipientes quartanæ nuncupantur: quandoque alium morbum sequitur, & potissimum febres erraticas, idest eas quæ ordinem non seruant. Illæ febres quæ incipiunt quartanæ, ut plurimum (experientia teste) breuiiores sunt, quam illæ quæ morbum alium consequuntur: tamen & has quandoque diutinas uidimus. Causa uero cur breuiiores sint, in promptu esse potest, quia ob præcedentem ægritudinem uires imbecillas inueniunt, & atra bilis copiam exaggeratâ, quia febres illæ erraticæ ob diuersas heterogeneas materias fiunt: nec dicere cõuenit, uis in non febriente non fuit satis ad euitandum quartanam, quin superueniret. Igitur à maiori causa facta est hæc incipiens, quam illa quæ morbum alium sequitur. Respondemus, Fortè ab intensiori causa facta est, sed à minori: quia etiam robustæ sunt uires, & minor materiæ copia. Adde, hanc incipientem quartanam ut plurimum fieri ab atra bile natura: si: alias ab atra bile per adustionem alicuius humoris. Sunt autem omnium longiores, ut Rufus inquit, Aetio libro quinto capite octuagesimo secundo referente, illæ quæ uitio lienis fiunt.

Τὰ πολλὰ, uel ὡς τὰ πολλὰ. idest, Magna ex parte.] Quod ab Hippocrate additur, Quoniam non est perpetuo uerum, æstiuas quartanas breues esse: tamen ratione qua æstiuæ, breuiiores sunt. Vnde opus est semper eadem eisdem comparare. Nam fieri posset argumentum probans æstiuas quartanas esse longiores alijs, quia à fortiori causa fiunt: nam sicuti ignis fortior est, qui aqua accenditur, ita glacies solidior est quæ sole non liquefcit, sed æstas prohibere non potuit, quin hæc quartana non fieret: igitur à fortiori causa facta est. & hoc ex eo etiam suaderi potest, quia est tempori improporcionata, nempe non est æstiuâ febris quartana, idest propria æstati, sed autumno. Imò casus quidam addi possent. Si Socrates à pauca materia quartanam incidat in autumno, Plato autem à multa in æstate, certum est Socratis, quam Platonis breuiorem esse quartanam. His igitur & omnibus similibus argumentis respondendum est, singula singulis semper esse per proportionem comparanda, ut si à pauca materia fiat in autumno, à pauca etiam fiat in æstate: si à multa in autumno, à multa etiam in æstate fiat: si ab urgente causa in æstate, ab urgente etiam in autumno. Ita igitur comparantes, semper æstiuæ quartanæ omnibus alijs breuiiores erunt. Semper igitur ad similia argumenta dicas, æstiatem has febres abbreviare. Quod si ab urgente causa, & à multa fiat, tamen quantum sit ratione temporis & æstatis breuior est. Oribasius quatuor causas refert, cur sint in æstate breuiiores: primo, quia sunt à bile perusta. Secundo, quia æstate generantur. Tertio, si fuerit sanguis detractus. Quarto, si crapulis non indulerit. Sed duæ ultimæ causæ ad rem ipsam nihil faciunt. At Philotheus has causas refert, ὅτι ἡ τῶ περιέχοντος θέρμασις λεπταίνει τὸν ὕλιν, καὶ ἀερέσει ὅς πόρον, καὶ διαφορεῖ αὐτήν. idest, Quoniam ambientis, scilicet aeris, caliditas materiâ attenuat, & poros aperit, & discutit ipsam. Videturque Philotheus per æstiuas quartanas illas solum intelligere, quæ æstate fiunt. Nam dicit,

αὶ θέρματι

οἱ θερινοὶ κταρταῖοι, πύττεισι οἱ δὲ τοῦ θέρους γινόμενοι. idest, Æstiuæ quartanæ; hoc est, Quæ in æstate factæ sunt.

οἱ δὲ φθινοπωρινοὶ μακροί. idest, Autumnales uero longæ. ] Tum quia sibi propriæ, tum quia ob tràsactam ætatem uires imbecilles: tum quia non mouentur amplius materię inutiles per totum corpus, neq; attenuantur, neq; euaporant, neq; aperti sunt insensibiles humani corporis meatus, neq; diffantur hæc materiæ. Idem fere dicit Philotheus, & per autumnales illas intelligit quæ in autumnno fiunt; nam dicit, οἱ μὲν τοὶ φθινοπωρινοὶ, πύττεισι οἱ δὲ τοῦ θέρους γινόμενοι. idest, Autumnales uero, hoc est, quæ in autumnno fiunt. Oribasius autem multas causas reddit, cur autumnales longæ sint, in quibus, Multę res conueniunt in unum: primum quia ex melancholica fiunt materia, quæ in autumnno crescit; deinde, si crapulis uacauerit ægrotus; inde si uenam non inciderit; quartum, si sit in tali ætate; postremo, si hyemem attingant, Sed hæc non sunt causæ, quæ à tempore procedunt.

καὶ μάλιστα οἱ πῶς τοῦ χειμῶνα συνωψήσονται. idest, Et maxime quæ hyemem attingunt, uel quæ hyemi coniungunt. ] Nam eo tempore insensibiles, meatus sunt minus aperti, & frigiditas ac siccitas maior est, quàm in alia autūni parte, & hæc febres proprie autumnales uocantur, quia ad autumnnum pertinent; nam ut Galenus docet quarto libro De ratione uictus in morbis acutis; ubi Hippocrates in contextu dicit, Si in febre hyemali, & cætera. Galenus notat, ab aliquibus dici febrem hyemalem illam quæ fit in hyeme; alij eam quæ hyemi peculiaris sit. Ita in proposito hæc quartana est autumnalis, id est autumnno peculiaris. At non est hyemalis quartana, quamuis nonnunquam hyeme fiat. Philotheus etiam dicit, illas esse longiores quæ hyemem attingunt, ὅτι τὴν ψύχει, καὶ ὅτι τὸ πικρὸν οὖρον ἀπὸ ψύχεις αὖθις πύττει, καὶ ὅτι τὸ παχυντέραι εἶναι τὴν ὕλην. idest, ob frigiditatē, & quia densantur à frigiditate meatus, & quia materia crassior est. Quartana igitur, & omnes alij morbi cæteris paribus breuiores sunt in æstate, quàm in quocūq; alio tempore. Si deinde alia tempora inuicem comparare uoluerimus, quartana, & omnes alij morbi qui uere fiunt breuiores sunt, quàm qui in alijs temporibus dempta æstate. At hyemem autumnno comparantes, autumnnus breuiores morbos habet, quàm hyems; quia frigiditas in hyeme maior est, & ex consequenti obstructio maior, & materia crassior.

Quod uero à recentioribus in aphorismum, & Galeni intellectionem obijcitur de ethica primæ & secundæ speciei, quæ facilius sanatur in hyeme, quàm in æstate, & breuius. Etenim per solam infrigidationem & humectationem sanatur. Sed hæc qualitates facilius in hyeme, quàm in æstate introducuntur. Dissoluendum est, Hippocratem & Galenum in morbis materialibus intelligendos esse. Ethica autem non est materialis morbus. Id uero contra hanc solutionem facit. Quod conuulsio ex siccitate facilius & breuius curatur hyeme quàm æstate, tamen est materialis morbus. Et si dicas, hoc conuulsionis genus non curari; nos accipimus, conuulsionem non confirmatam.

Arguunt & recentes de mala temperatura frigida mortali, quæ breuius in hyeme, quàm in æstate interficit. Arguunt & de attonito morbo, qui sit & maior & breuior hyeme, quàm æstate; nam hic morbus suffocando interficit; sed hyeme facilius suffocantur, quàm æstate; nam hyeme insensibiles meatus occlusi sunt. Arguunt & de morbis calidis & siccis, qui facilius in hyeme curantur, quàm in æstate, & ex consequenti breuius. Verumtamen ne in his nugis tempus conteratur, Hippocratis aphorismum in omnibus simpliciter non intelligimus, sed solum in maiori parte. Itaq; maior morborū pars æstate breuior est, quàm in alijs temporibus. Sed hic dubium à Philotheo mouetur, εἰ δὲ τις ἀρρῆσαι λέγων, καὶ πῶς ἐν θέρει γίνεται κταρταῖος, ὅπου θέρμασι καὶ διαφόροις; λέγοντες, ὅτι ὅσον ἐν τῇ θέρει, οὐκ ἔστι γνῶναι, πᾶσι δὲ τὴν διαταὴν γίνεται. ἢ γὰρ θέρμασι παχυντέρας καὶ γλύκους τροφῆς σποσσομένη, οἷον κραιμίδων, ἢ βοείων κραιῶν, καὶ ἢ ποιόντων μελαγχολικῶν χυμῶν γνῶνᾶ, καὶ τὸ θέρει κταρταῖος γίνεται. idest, Si autem quis dubitabit, & quomodo in æstate fit quartana in qua caliditas & discussio? Dicimus, quod ratione temporis fieri non debet, tamen propter genus uictus fit; caliditas enim nutrimentū crassum & terreum nacta, ut brassicarum & bubulæ carnis & similibum, melancholicum humorem generat, & hinc quartana fit.



**N**ON SOLVM quartana breues aestate fiunt, sed & ægritudines aliæ. Propter ea quòd humores funduntur inutiles, & per totum corpus feruntur atq; diffantur. In quibus igitur vires ualidæ sunt, noxijs humoribus euacuatis, morbi cessant. In quibus uero sunt imbecilles, unà cum ipsis euacuatis & ipsæ dissoluuntur. Quare non absq; ratione nulli morbi aestate sunt longi. Hippocrates uero de solo omnium longissimo fecit mentionem, ueluti exemplo de omnibus alijs e isto pronuntians. Sicuti uero aestate, & discuti humores, & vires dissolui contingit, ita hyeme contraria eueniunt, & humores intus remanere, ueluti latibulis incubantes, & vires seruari robustas. Neq; igitur morbi soluuntur, manentibus his qui eos efficiunt humoribus, neq; ægroti moriuntur, uiribus interim sufficientibus.

## BRASAVOLVS

**PRIMO**, Galenus aphorismum ampliat ad alias ægritudines, non tamen ad omnes, ut superius uisum est, sed ad maiorem partem.

**SECUNDO**, aphorismi rationem ponit, quia humores inutiles funduntur per totum corpus, attenuantur, & diffantur.

**TERTIO**, in habentibus robustas vires documentum ponit, inquiens: In his, euacuatis humoribus sanantur: in habentibus uero imbecilles vires, simul & humores euacuatur, & vires dissoluuntur, ideo frequenter moriuntur: quandoq; sanantur, sed imbecilliores effecti. Vnde hinc sumi potest argumentorum in aphorismo factorum solutio, quòd aestate etiam morbi ex humoribus siccis facti, modo adsit materia, citius sanantur, propter diffationem per totum corpus, & resolutionem.

**QUARTO** rationem reddit, cur de omnium longissimo morbo mentionem fecit, idest quartana, ut per hanc omnes alios intelligeremus: quia ex topica regula, Si de quo minus uideretur inesse, inest: igitur & de quo magis.

Quod legitur, Pronuncians: Græce est, *ὑποδεικνύμενος*. idest, demonstrans.

**QUINTO** dicit, sicuti in aestate humores discutiuntur & diffantur, & per uniuersum corpus diffunduntur, & vires dissoluuntur, hyeme contrarium fit: nam humores sistuntur, & manent tanquam in latibulis cubantes, & vires robustæ seruantur, tamen ægri non sanantur, & si vires robustæ sint: propterea rationē addit, inquiring, Non solui morbos, quia humores permanent, qui morbos faciunt. Si uero dicas, Igitur mori deberent, quia morbi perseverant, Galenus respōdet, Non mori ægros, quia vires sufficientiunt, nec dissoluuntur ab hyeme, sed potius robustiores euadunt.

Quod legitur, Incubantes: Græce est, *φωλιθιόντας*. idest, latitantes.

## APHORISMVS XXVI

**F**Ebrem conuulsioni superuenire melius est, quàm feбри conuulsionem.

## BRASAVOLVS

**CONVULSIO** quæ à Græcis *σπασμός* nuncupatur, ab Oribasio ita definitur, esse motum inuoluntarium uoluntaria obtinentem loca; & à Philotheo idem dicitur, *σπασμός ἐστὶ λίνυσις ἀπὸ αἵματος ἢ πρὸς αἵματινους ὀργανοὺς γινόμενον*. Qui duplex est: ex repletionem, & inanitionem: ut Hippocrates deinceps edocebit, & in fine libri De morbis qui intus. Est uero ex repletionem conuulsio, quoties neruus aliquis pituita adeo plenus est, ut incrassescat & cōtrahatur atq; abbreviatur, sicuti fidiculis, idest cithararum chordis contingit, quum in loco humido seruantur, implentur & abbreviatur, adeoq; extenduntur, ut quandoq; frangantur. Nostris neruis idem cōtingit, quum materia impletur, quæ potissimum humida est, frigida atq; glutinosa, quæ multo calore indiget, si resoluui debeat. Ideo ab Hippocrate dicitur,

*Ἐν τῆσδε τῶν ὑπὸ σπασμῶ βέλποιν γῆνέδων, ἢ σπασμῶν ὑπὸ πυρετῶ*. idest, Febrem in conuulsione melius est fieri, quàm conuulsionem in febre. ] Oribasius atq; Philotheus eandem de

dem de duplici conuulsionis specie distinctionem ponunt. Melius uero est, febrem conuulsioni superuenire, quoniam febris has materias exsiccat. Conuulsio uero ex inanitione ob siccitatem fit, quoties nerui a deo exsicantur, ut ad suum principium tendant. In hoc casu non est opus superuenire febrem, quia febris nimum exsiccat: & etiam si conuulsio febrem sequatur, iudicandum est conuulsionem ex inanitione potius esse, quam ex repletionem. Hippocrates igitur de conuulsione ex repletionem intelligit, melius esse superuenire febrem, quam febris superueniat conuulsio. Vel Hippocrates ostendere uoluit, Si conuulsio ante febrem ueniat, esse minus periculosam, quam si febrem sequatur; nam si febrem sequatur, est ex inanitione, praesertim si febris intensa sit. Si uero febrem praecedat, signum est, conuulsionem esse ex repletionem. quoniam (ut a Galeno dicitur) conuulsio quae fit sine febre, repente contingit: quae autem repente contingit, necessarium est fieri ex repletionem. nam quae fiunt per euacuationem & siccitatem, paulatim fiunt: etenim neruus arescit, & facilius est conuulsionem ex repletionem sanare, quam ex inanitione, ut in Galeni commentatione ostendemus. Oribasius etiam docet, Hippocratem intelligendum esse in conuulsione ex repletionem; nam affectus affectum curat, id est febris conuulsionem curat. Quod solum uerum est in conuulsione ex repletionem. In conuulsione uero ex inanitione, affectus est affectui calamitas: nam si febris superueniat conuulsioni ex inanitione, magis arescit conuulsio, & aeger moritur. Vnde in secunda parte aphorismi secundum Oribasium & ueritatem, affectus est affectui calamitas. Philotheus etiam primam aphorismi partem in conuulsione per repletionem intelligit: nam dicit, conuulsionem fieri ἢ ὑπὸ πλῆθει πληρουμένων ἢ ὑπὸ νύκτων καὶ τοῦ ἐλαφροῦ, ἢ στατηροῦ αὐτῶν, ἢ ὑπὸ ξηρότητι στυμφομένων ἢ ὑπὸ νύκτων πρὸς ἀλλήλα. ξηροῦ ἢ ὑπὸ νύκτων γὰρ καὶ στατηροῦ ὑπὸ πλῆθει οἰκίαν ἀρχῆν ἀνατρέχουσι, καὶ ποιοῦσι ἀπελαίεσθαι ἕως ἡμετέρας. βέλτου οὐ φησὶν ἰπποκράτους, ὑπὸ σπασμῶ γινέσθαι πυρετῶν, ἢ τὸ ἀνώπλιον. εἰπεὶ δὲ ὁ πυρετὸς μέγας βλάπτει χρεῖ, εἰσδὲς ὡς τὰ πολλὰ θερμαίνει καὶ λεπταίνει καὶ σταφορῶν αὐτὸ χυμὸς τοῦ σπασμῶ ὄργανός ἐστιν. id est, Vel ex repletionem neruis & cerebro plenis: illis (scilicet neruis) extensis, uel ex siccitate adhaerentibus neruis ad inuicem: exsiccanti enim atque extensi in proprium principium recurrunt, & motum faciunt inuoluntarium. Hippocrates igitur dicit, Melius in spasmus fieri febrem, quam e contrario: nam febris usque ad profunda procedit, consueta ut plurimum humores conuulsionem facientes calefacere & attenuare & discutere.

Quid uero per σπασμῶν, id est conuulsionem intelligere oporteat, iam satis dictum est, si addiderimus, Hunc aphorismum ad omnem neruorum plenitudinem ampliari, etiam si conuulsio non sit; unde Galenus in expositione secundi Prothetorum libri dicit, Aphorismum habere ueritatem in omnibus neruorum affectibus, qui ab humidis, frigidis & pituitosis humoribus fiunt, sicuti apoplexia, paraplexia: in omnibus enim his, febris superueniens iuuat. Et Hippocrates in fine libri De morborum decretorio, inquit, Neruorum dolore, conuulsione distentioneque correpto, si febris superueniat, discutit. Post haec unum addit, quod huic aphorismo oppugnare uidetur, inquit, Conuulsio si febri superueniat die eodem, uel postero, uel tertio aegrum mori: praesertim si conuulsio excellens sit: quod in dies in acutis morbis experimur. Quum enim propter febris intensiorem conuulsio contingat, uel conuulsiui motus, cito moriuntur. Nec Hippocrates dicere poterat, febrem discutit: quoniam ex diuersis & contrariis rebus, conuulsio ex inanitione & ex repletionem curatur. Vnde Galenus nono De simplicium medicamentorum facultatibus libro, de castoreo agens dicit: At tu ab Hippocrate doctus, ex plenitudine pariter & inanitione conuulsionem sequi, ubi quidem quae in neruis continentur praeter naturam, euacuare consilium est, ibi & bibendum exhibe (de castoreo intelligit) & foris cuti castoreum impone: ubi uero ex siccitate nimia obuenerit conuulsio, scito hoc medicamen illic esse aduersissimum. Hippocrates libro quarto, aphorismo quinquagesimo septimo primae partis, huius Aphorismi mentionem facit, inquit, Qui a conuulsione, aut distentione neruorum tenetur, febre superueniente liberatur. Quo in loco ex Galeno sumi potest & ipso Hippocrate, Aphorismum hunc ad distentionem etiam ampliandum esse. Quod manifestius

festius colligitur & de apoplexijs, paraplexijs & morbo comitiali, quarto libro De ratione uictus in morbis acutis, sectione uigesimaseptima. Scito etiam, tres esse conuulsionis species, uel modos. Vna est quæ à Græcis *κράσις*, à Latinis distentio, & quandoq; à Celso rigor uocatur; quamuis rigor sit uniuscuiusq; speciei generale uocabulum; etenim membrum riget, neq; in partem aliquam inclinatur. Secunda species *εμπροδοτον* à Græcis dicitur, nos dicere possumus conuulsionem in pectus uel rigorem in pectus, Celso authore, uel conuulsionem in partem consuetam; recentes uocant spasmus in partem domesticam, quoties membrum in partem in quam suapte natura inclinatur, contrahitur. Tertia species à Græcis *οπιδοτον*, à nostris conuulsio in scapulas, uel rigor in scapulas dicitur. Recentes spasmus in partem syluestrem appellant, quoties membrum in illam partem contrahitur, in quam natura non inclinatur. Hippocratis aphorismus in unaquaq; harum specierum uerus est, si ex repletione sit melius esse conuulsioni febrem superuenire. Hæc uero tres species æque possunt ex inanitione fieri, sicuti ex repletionem.

Si uero petas, quibus indicijs cognosci possit conuulsionem esse ex inanitione uel repletionem, dicemus Galenum secuti, Conuulsionem quæ repente fit, quum aliquis est prius sanus, neq; est euacuatus, ex repletionem esse iudicandum est. Paulus Ægineta libro tertio, capite decimo nono addit, Quando fit circa initium morbi, esse ex repletionem, & quum diu perdurat. Si uero sequantur multos sudores, uel uomitus, uel alui deiectiones, uel sanguinis fluxiones, uel per nares, uel hæmorrhoidas, uel per uteri uenas, uel uigilias multas, uel famem, uel multos & uehementes motus, Hæc omnia sunt indicia, quod à uacuitate fiat conuulsio. Sed unum addit, Si à uehementi & adurenti febre fiat, ita ut cutis uniuersi corporis arefeat, & nerui quoq; arefiant, hoc exitiosissimum iudicat. Propterea & hic Hippocrates dicit melius esse febrem conuulsionem superuenire, quam econtrario; nam qui conuulsionem ex inanitionem habent non solum à febre non iuuantur, sed cito etiam intereunt; Philotheo de hac conuulsionem dicente, *ἀλλὰ ἐν τῆς πύξης κατὰ τὴν τῶν δυνάμεων, καὶ ὅταν θάνατον ἰσχυρῶς*. idest, Sed breui dissoluit robur, & festinam mortem inducit. Scito præterea conuulsionem in uno particulari membro fieri posse, & etiam in toto corpore. In quibus omnibus uerus est aphorismus, siue uniuersalis sit, siue particularis conuulsio.

Si etiam petas, Nunquid ex febre possit fieri ex repletionem conuulsio, fieri posse respondebimus, si contingat materias aliquas ob febrilem calorem eliquari, quæ eliquatae neruos permeent, quos prius ob suam crassitatem permeare non possent.

Iterum ambigere poteris: Quum superius dictum sit, duplicem esse conuulsionem, ex repletionem, & inanitionem, quæ nam facilius in nostro corpore fiat. Respondebimus, homines in conuulsionem ex repletionem facilius incidere posse, quam in illam de inanitionem. Pro hac autem re intelligenda scito, in conuulsionem de repletionem nerui corpus humida materia, à natura nerui extrinseca impleri: in conuulsionem uero de inanitionem nerui substantia exiccatur. Ideo aliud est, quod in conuulsionem de repletionem additur; aliud quod demitur in conuulsionem de inanitionem: quoniam in hoc de inanitionem propria nerui substantia demitur, & propria humiditas; in illa autem de repletionem nihil extrinsecum additur, & humiditas aduentitia; & ideo conuulsio ex repletionem nihil addit eius quod inanitur quando fit ex inanitionem: & conuulsio ex inanitionem nihil demit eius quod facit conuulsionem ex repletionem. Quum uero facilius sit, aliud extrinsecum addere, quam auferre, quod proprium est: propterea facilius erit conuulsionem ex repletionem fieri, quam ex inanitionem, & etiam sanari.

Sed argues conuulsionem ex inanitionem esse siccam, siccitatem uero esse neruo similem, quippe qui siccus est: propterea facilius uideretur nerui conuulsionem ex inanitionem incidere, quam ex repletionem. Respondemus, Et si siccitas quo ad nerui substantiam sit neruo similis, & tanta siccitas, non tamen siccitas extrema, qualis est illa conuulsionem: imò hæc siccitas neruum corrumpit. Humiditas uero in neruum facile recipitur, quia res sicca humiditatem facile imbibunt.

Si uero addas: In septimo De arte curandi libro haberi, difficilius esse membrum aliquod, & corpus humectare, quam exiccare: nam res facile exiccantur per applicationem

tionem rerum calidarum & siccarum: sed ita facile non humescunt. Respondemus, In humano corpore, & in omni membro esse duplex humidum, substantificum, & aduentitium. Certum est, difficilius esse humectare humido substantifico, quàm hoc humidum exiccare: sed facilius est humectare humido aduentitio, quàm exiccare: imò addendum est, humido substantifico humectare. Hic idem sciret ethicam tertiæ speciei sanare: & hic idem posset naturali morti obuiare. Quum igitur Galenus dicit, difficilius esse humectare, quàm exiccare; de humido substantifico atq; radicali intelligit.

## GALENVS

**I**PSE Hippocrates in sequentibus dicit, conuulsionem fieri ex repletione & euacuatione. Quum igitur aliquem sanum contigerit repente conuelli, huiuscemodi conuulsionem fieri ex repletione fit necessarium. Et quidem nervi replentur à frigidis & glutinosis humoribus, ex quibus etiam nutriuntur, unde conuulsionem patiuntur. Hæc igitur febris superueniens, solita est ex magna parte calefacere, extenuare atq; dissoluere. Si uero ex febribus adurentibus totum corpus exiccet, & nervi deinde ex siccitate conuulsio accidat, hoc maximum est malum & penè insanabile, quoniam longum tempus exigitur ad siccitatem remouendam, sed morbi acuties tempus non expectat, quin cito vires dissoluit, & subito exitium affert.

## BRASAVOLVS

**PRIMO** Galenus docet, duplicem esse conuulsionem, ex repletione & inanitione.

**SECUNDO** signum ponit, quo cognoscere possimus quando est conuulsio ex repletione, quum uidemus aliquem sanum repente conuelli: iudicandum est esse ex repletione conuulsionem. Quod autem Paulus addit, Vel fieri in principio morbi, uel parum post principiū, esse signum repletionis: hoc additur ad Galeni iudicium, quoniam ille qui nuper ægritudinem incidit, prius sanus est.

**TERTIO**, conuulsionis causam ponit: est uero quando frigidis & glutinosis humoribus implentur, quibus etiam nutriuntur, si nimis superabundent: scitoq; nervos nutiri frigidis & glutinosis humoribus, quia substantiam illam habent. Est igitur suum nutrimentum frigidum & siccum, quo ad duritiem.

**QUARTO** docet, febrem magna ex parte, non autem semper posse iuuare, quia calefacit, extenuat atq; dissoluit. Dicit uero, Magna ex parte: quia febris posset magis lædere, quàm conuulsio, & posset interficere. Imò quandoq; cōtingit febrem materias aliquas colliquare, quæ conuulsionem potius auget: propterea à Galeno dicitur, Magna ex parte.

**QUINTO** docet, quomodo ex febre conuulsio ex inanitione fiat: opus autem est esse febrem adurentem, & talem, ut totum corpus & etiam nervos exiccet: tuncq; conuulsio contingit, quæ penè insanabilis est.

**SEXTO** causam assignat, cur fere hæc conuulsio insanabilis sit, quia ad siccitatem remouendam multum tempus exigitur: febris uero & hic morbus sunt acuti. Ideo æger non potest multum tempus expectare, quin cito vires dissoluat: propterea statim exsiccare facit.

In hoc loco recentiores dubitationem faciunt, An in conuulsione de repletionem dico febrem excitare conueniat. Primo, argumēta in ordinem statuunt, quibus probant, febrem inferri non debere, quoniam morbi multiplicari non debent: nam morborum multitudo deterior est simplicitate. Omnis enim læsio ex pluribus composita, maior est quàm simplex. Febrē igitur excitare non licet. Præterea, febrilis calor in conuulsionem ualere non uidetur, nec concoquendo, nec resoluendo: non concoquendo, quia febrilis calor non concoquit: nec dissoluendo, quia prius dissolueret spiritus quæ sunt tenuiores, q̄ materiam quæ cōuulsionem facit. Imò eadem ratione conueniret in ascite febrē excitare, quia resoluere. Febrem igitur excitare non licet. Deniq; si conuulsio in manu uel in pede sit, nocumētum non est toti corpori cōmune, sed febris est nocumētū toti corpori cōmune. Igitur non excitanda. His præmissis, recētiore inquit, apud Hippocratē & Galenum febrem in cōuulsione de repletionem excitādam esse

esse: notantq; intelligendum esse de febre quæ non faciat uel maius uel æquale nocuumentū conuulsioni, sed minus quam possit facere conuulsio; adduntq; febrem acutam excitādam non esse, neq; si in particulari membro sit conuulsio, neq; si uniuersum corpus plenum sit, licet tamē post factam euacuationem. Sed oro te obsecroq; per deos immortales lector, hic Hippocratem & Galenum cōsideres, nempe diseream nisi cognoscas ab his uiris non dici, febrem excitādam esse: sed id solum dicunt, Si sponte & non excitata superuenerit. Imò uanissimū uidetur, febrem in aliquo morbo excitare; quamuis Celsus in aliquibus excitari iubeat. Sed apud Hippocratē & Galenum nusquam in hoc casu excitādam esse inuenimus. Imò (ut altius exordiar) non sunt media, per quæ hunc febris gradum, uel illum inducere possimus: quamuis febris facile induci possit; etenim nescimus an futura sit periculosa, uel mitis; plerunq; continget talem febrem excitare, quæ ægrum interficiet: ut nonnullis usu uenit, qui uulnus inferre uolentes interfecerunt. Et si petas quæ sint illa quæ febrem inducere possunt; recentiores in quibus esse illa quæ faciunt ad spiritus inflammationem, qualia anacardus, tyriaca antiqua, mitridatū, uinum tenue potens. Sed hæc nobis absurda uidentur: nam si quis paucam anacardorum quantitatem accipiet, non lædetur; si multam, peribit. Eodem modo si quis theriacæ aut mitridati parum insumpserit, non modo non incidet febrem, sed iuuabitur; si uero multum insumat, possit non modo spirituum inflammationem, sed & aliud grauius dispendium inferre, ut icoris aut cordis inflammationem. De uino si moderate sumatur, iuuat; si immoderate inebriat. Propterea non uidemus quomodo sit excitanda febris sine discrimine. Hi uero potius gingiber, pyretum, piperq; adducere debent. Sed & hæc absq; magno discrimine sumi nō possunt; præsertim si in tanta sint copia, ut inflammare possint, & febrem excitare. Propterea nō solum hæc non sunt copiose præbenda, sed nec febris excitanda; nec usquam ab Hippocrate uel Galeno scriptum reperitur, in conuulsione febrem excitādam esse: at ipsi intelligunt, si sponte fiat. Vnde & Paulus capite uigesimo tertij libri dicit (de tetano, idest de distentione uel rigore totius agens) præsentissimum uero omnium præsidium, superueniens febris. At non dicit, quod excitari debeat. Et Celsus libro quarto, capite tertio, de horum rigorū curatione agens, de introducenda febre in hoc casu nullam mentionem facit. Imò octauo libri secundi capite, ubi docet febres aliquibus præsidio esse, de conuulsione loquitur, cui ipsa conuenit; tamen non dicit introducendam esse. Eius uerba hæc sunt: Denique ipsa febris (quod maxime mirum uideri potest) sæpe præsidio est. nam & præcordiorum dolores, si sine inflammatione sunt, finit, & in iocinoris dolore succurrit, & nervorum distentionē rigoremq; si postea cœpit, ex toto tollit. Tamen non dicit, excitandam esse. Si uero ipsum adducas libro tertio, capite nono, qui in lenta febre, febrem excitare iubet. Nam inquit, hunc frigidam aqua cum oleo aspergendum ut febris crescat, & mutet naturam; nam putat tunc facilius curandā, quia acutior efficitur, acuti uero morbi citius sanantur. Tamen & si Celsus hoc dicat, nō asserit, sed dicit, fortassis illa febris lenta fiet opportunior curationi, unde non suadet hoc agendū, sed dicit, Fortē mutata febre, & ipsa mores mutabit, & ex longa breuis efficietur. Nos uero hoc nunquam faceremus, nec alijs suaderemus ut facerēt, quia idem est ac si rem tutam, periculosam & letiferam reddere uelimus.

In summa igitur, nunquam apud Hippocratem uel Galenum uel Aetium uel Paulum uel Trallianum inuenitur, febrem in conuulsione excitandam esse: sed inquit, Si contingat sponte ægrum sanari, & protinus. Et si dicas, aphorismos similes ostendere quibus remedijs uti debeamus: Respondeo, non est remedium, sed potius discrimen.

Vbi legitur, Quoniam longum tempus exigitur ad siccitatem remouēdam. legi debet, Ad siccitatem neruorum amouendam. nam Græce est, *ἡσυχία χρόνον πλείονος ἀπὸ τῆς νεύρας πῶς τὴν ἐξυπόμωσιν ἰασίη*. idest, Quoniam nerui longo tempore indigent, ut siccitas sanetur.

Quod etiam legitur, Sed morbi acuties tempus non expectat. Græce est, *οὐκ ἀναμένει δὲ χρόνον ἢ σωτηρία τὸ νοσήματι*. Vbi uides Leonicensem particulam illam *σωτηρία*, acuties interpretatum esse, quæ proprie est morbi intensio.

**H**is qui non ex ratione leuius se habent, non oportet fidere: neq; multum formidare mala quæ præter rationem eueniunt. Plurima enim talia stabilia non sunt, neq; multum durare, & permanere consuevere.

## BRASAVOLVS

OMNES nostri corporis actiones cum animales, tum naturales, semper certa quadam ratione, & certo quodam ordine fiunt, & in nobis nihil temere contingit, propter hoc ab Hippocrate in præsentī theoremate edocemur: si ægrum aliquem ab ægritudine alleuiatum uiderimus, in quo symptomata sint remissa, & ægritudinis essentia minor effecta, hoc uero absq; ratione factum sit, idest absq; aliqua euacuatione aut spontanea, aut arte facta, fidere non debemus: sed potius cogitare anguē in herba latere, & materiam latitare, quæ mox forte acrius insurget, propterea à præsidij defistere non debemus, sed in curatione perseveremus, quoniam cito quid futurum sit, uidebimus. E contrario si quis ægritudinem augeri uiderit, symptomata intendi, & ægrum maxime conquiri, hocq; absq; ratione sit, quia natura crīsim fecerit, aut ipse suo tempore & conuenienter euacuauerit, formidare non debet, quia hæc præter naturam facta diu perdurare non possunt, nempe instabilia sunt, inconstantiaq;. Is igitur quod à principio cœperat, prosequatur, nam paulo post experietur, non fuisse timendum, quia nihil quod præter rationem factum sit, diutinum esse potest.

Hæc uero nonnunquam contingunt, & ignari medici perturbantur, putantq; aut cito sanandum moriturum, aut eum cito moriturum qui in sanitatem properat. Scito illos ex ratione alleuiari, qui præexistentibus coctionis signis alleuiantur, nam hæc alleuiatio perseverat, & est secundum rationem, idest ut ratio postulat, non secundum rationem uero alleuiantur, qui sine coctionis signis alleuiantur, & sine aliquo nature motu præcedente, aut aliqua euacuatione præcedente. Si uero petas, quomodo possit aliquis alleuiari, non apparentibus signis coctionis, Respondemus, hoc esse posse, quando materia ex tenui & crassa mixta est, & maior pars sit crassa, tenuis minor, tenui resoluta, quæ & primo resolutur, is alleuiatus uidetur, quia etiam tenuis materia natura est effrenitare, unde alleuiatus uidetur: sed non multum perseverat, nam materia crassa suum gyrum facit, & suam recipit inflammationē, licet prius cessasse uideretur. uel quandoq; contingit materiā de loco ad locum transmutari: in hæc transmutatione uidetur cessare affectio quam habebat: sed plerunq; nobilium membrum corripit: quandoq; aliquis mente ægrotare incipit, & ideo uidetur alleuiatus, propterea non est fidendum, nam maius malum, & maius periculum imminet, tamen putamus hanc alleuiationem potissimum intelligendam esse tam ex parte medici, quam ægri, hoc modo. Medicus percipere debet ægrum esse alleuiatum, & etiam ipse æger hoc idem perferre debet, licet medici sit potissimum hoc munus, unde dicit, His qui non ex ratione leuius se habent, ut medicus hoc perferat atq; æger, sed absq; ratione sit, non oportet fidere, opus autem est & medicum hoc perferre, quoniam contingit ægrum quādo mente ægrotauerit, leuius se sentire, quod uero leuius se habeat, à medico non iudicatur, unde hæc leuitas & si ex parte ægri in multis intelligenda sit, in aliquibus etiam ex solius medici parte iudicanda est, qui hoc præuideat & præcognoscat, sed absq; ratione factum sit.

Oribasius intelligit: si critico die non iudicatur ægritudines, aut præcedentia signa, quæ solent crīsim futuram pronuntiare, non fuerint, non confidas: quia non est iudicatio, sed remissio. Certe hic sensus uerus est, sed ab Hippocrate non intētus, facit ex uno aphorismo duos Oribasius, exponitq; in secunda parte, illa esse mala præter rationem euenientia, quæ ex nimio aut insolito ciborum appetitu malum colorem membrorum producant, ut sunt nauarum, & rusticorum, qui comedunt incompote, & præter rationem, præterq; consuetudinem, & nutriunt crassos humores. Ergo de ipsis dicit, non ueberis cum incurrunt ægritudinē, quia ualidi sunt propter copiam illam ciborum, unde & cito iudicatur eorum morbi, & non debilitantur, lubetq; medicum semper exquirere originē causæ. Sed hæc quæ ab Oribasio dicuntur, ad Hippocratis sententiam

intelligendā nihil faciunt, & ita Hippocratis mentē attingunt, ut quæ nihil attingunt.

Τοῖσι μὴ ἢ λόγῳ κινεῖσθαι, οὐ δὲ πειθεῖν. idest, His qui non ex ratione leuius se habent, non oportet fidere. ] idest, Non oportet certam spem habere, quòd hic in fanitatem tendat. Philotheus hoc modo exponit : ὅτι τὰ πάντα παρακλίνεται τῷ ἰατρῷ μὴ ὡς ἔτυχεν θάρσει ἢ φοβέσθαι, λέγων, τοῖς μὴ ἢ λόγῳ ῥασάνῳ δεξαμένους, οὐ δὲ θάρσει, οἷον τὸ ὅταν εἰσελάθῃ νόσῳ σφοδρῶν εἰς ἐξέφρησιν ῥαίσι, μηδὲ δὲ ἐμῆτων καὶ ἰσθμῶν, ἢ διαχωρημάτων, ἢ οὐρῶν, ἢ δὲ ἀμορραγίας λεγανδόντων τὸ σώματι, ἀλλὰ μὴ δὲ πειθεῖσθαι φαίνονται μείων, ἀπὸ τῶν ἡγχιῶν τῶν παιδῶν ῥασάνῳ. τὰ γὰρ ἀσίμως ῥασάνῳσάντα κερδῶς καὶ ἐν ἰσθμοῖς λείκεται Πυλῆστροφα. idest, Hic medicum hortatur, non debere temere confidere, uel timere, dicens, His qui non secundum rationem quietem habent, confidere non oportet, ut quum uehemens morbus inuaserit, postea repente melius acq̄uieuerit, neq̄ per uomitus & sudores, uel deiectiones & urinas, uel sanguinis profluuium euacuato corpore: imò neq̄ apparentibus signis coctionis, talem quietē infidam esse putandum est: nam sine signo quiescentia ( ut in alijs dictum est ) solent relabi, & recidua fieri.

Οὐδὲ φοβέσθαι λίαν τὰ μικρὰ γινόμενα παραλόγως, idest, Neq̄ multum formidare mala quæ præter rationem sunt. ] Nam simpliciter omne malum formidandum est: sed quando est præter rationem, idest præter signa ( ita enim Galenus exponit primo De iudicationibus libro, capite duodecimo ) non est multum formidandum: sicuti formidandum est, & multum malum quod cum ratione euenerit, non dixit uero, Non oportet fidere multum, sed simpliciter nõ oportet fidere, quia fiducia alicui certitudini iuncta est. Philotheus ita hic dicit, non oportere ualde uereri, οἷον ὅτε διωπνοῦσι τὴν ἐλπίδα, ἢ παραφρονήσῃ, ἢ μεγάλῳ ῥίγῃ κατακλιθεῖ. καὶ ἔσθ' βέλαιον ἡγχιῶν, οὐ δὲ γὰρ φοβηθῆναι τὰ νομοζῶμενα μὴ εἶναι μικρὰ, μὴ ὅντα δὲ λυγρῶς, ἀλλὰ παραλόγως γινόμενα. τίως γὰρ οὐδὲ γὰρ χελεπὸν σημαίνουσι. idest, Vt quando quis præter rationem difficulter sp̄ret, uel deleret, uel magno rigore corripiatur. Et hoc firmum putandum. Etenim non oportet ea timere quæ mala quidem esse existimatur, quum proprie non sunt, scilicet mala: sed præter rationem facta: tunc enim nihil mali significant. In pestilentibus morbis adhuc minus est fidendum. Vnde Galenus in expolitione tertij Epidemiorum libri dicit, Quanto melius se habere uidentur peioribus præcedentibus signis, tanto peiorem morbum patiuntur: imò in his morbis etiam non fidendum, si iudicatorio die melius se habere uideantur. Nam Hermocrates, de quo ibi Hippocrates, decimaquarta die absc̄q̄ febre dormiuit, & similiter uigesima, tamen uigesimalseptima mortuus est.

Τὰ γὰρ πολλὰ τῶν πιουμένων ὄντων ἀβέβαια, καὶ οὐ πάντων τὴν ἀμελίαν, οὐδὲ χροῖσιν ἄωδον. idest, Multa enim talium stabilia non sunt, neq̄ omnino durare, & diu permanere consueuerunt. ] Non sunt stabilia, quia uiolenta: at nullum uiolentum stabile & firmum esse potest. Ad perfectiorem huius aphorismi intellectionem, ea lege, quæ à Galeno dicuntur in primo De diebus iudicatorijs libro, & in libro De iudicationibus, ubi de infida crisi uerba facit.

## GALENVS

SERMO uere quidem integer de talibus omnibus in libris De crisibus, siue iudicij dictus est, nunc uero quantum ad propositorum expositionem sufficiens est dicere, à nobis dicitur. Quum morbus inuadit uehemens, mox subito quiescit, neque per sudorem, nec uomitus, neq̄ alui excretionem, aut profluuium sanguinis corpore euacuato, sed neq̄ uiso signo coctionis, signum infidum existimat talem quietem esse. Sicuti etiam si quis præter rationem sp̄ret difficulter, uel uehementius febricitet, uel magno rigore corripiatur. Nam & hæc quoq̄ firmitatem non habent, tantumq̄ abest ut malum aliquid significant, quòd nonnunquā bonum iudicium haud ita multo post futurum enunciant. Quomodo autem hæc oporteat cognoscere & præcognoscere, in libris De crisibus diximus.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, quòd de signis quibus de alleuatione qua fidendum, & qua non fidendum, iudicium fit, & de malo formidando, & non formidando, in libro De iudicationibus tertium tractauit: imò capite duodecimo libri primi, præsentē aphorismum citat, quo etiam loco symptomata illa percurrit, quæ bonū uel malum in morbis

bis

his significare possunt. Quod si quis iret inficias (dicit) frustra dixisset Hippocrates, ijs quæ non ex ratione leuant, confidendum non est, nec timenda quæ præter rationem accidunt mala: unde intelligere uidetur, non ijs scilicet hominibus uel egris, sed ijs signis quæ leuant non ex ratione, non est fidendum; tamen Græcus contextus de hominibus intelligi oportere ostendit, qui dicit.

Τοις μὴ ἐστὶ λόγον κούειζουσιν, οὐ δὲ πειδύται. idest, (si uerbum uerbo reddamus) Non secundum rationem alleuatis, non oportet fidem adhibere. Certum uero est alleuatos esse homines, & non signa. Propterea simpliciter hic Hippocratem intelligimus de hominibus qui leuius se habeant, & non de signis: sed unum aliud in aphorismo animaduersione dignum est, Theodorum Gazam, secundam aphorismi partem aliter interpretatum esse, quàm uel Leonicenus, uel antiqua translatio fecerit. Inquit enim, His quæ non ex ratione leuant, confidendum non est, nec præ metu omittendum, soluere ea quæ eueniunt mala. Vbi uidet in prima parte cum Galeno præcitato loco conuenire: & reuera ibi Hippocrates intelligi posset, alleuiantibus scilicet signis uel motibus non secundum rationem, non est fidendum. Secundam uero Aphorismi partem extorquere uidetur: nam sensum facit, si aliqua mala eueniant, ea medicus soluere debet, nec præ metu sunt omittenda, quin curet: ut sensus sit, Non debere medicum timere mala quæ eueniunt, sed ea soluere. At nec Galenus præcitato loco hoc modo intelligit, nec Græcus Hippocratis contextus hoc dicit. Græca uerba hæc sunt ( & si inter exponendum aphorismum iterum descripta sint ) οὐδὲ φοβέσθαι λίαν τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παραλόγως. Alter contextus habet, παρά λόγον. Quæ si ad uerbum referamus, hæc dicunt: Neque formidare multum mala facia irrationabiliter. Ut certum sit, Leoniceni interpretationem ueram Hippocratis sententiam attigisse, à qua longe distat Theodorus, & sua illa sententia pauci est, imò nullius momenti: quis enim ignorat, non oportere timere illa mala soluere quæ cōtingunt: Sed quia Theodorus uir præter aleam fuit, propterea putamus quod in suo contextu habuerit λυῆν, idest soluere: non autem λίαν, idest multum. Imò Græcum quandam codicem uidimus; in quo λυῆν legebatur, & non λίαν. Si cui tamen placeret Theodori sententiam defendere, id fieri posse non negamus.

SECUNDO Galenus pro intellectu aphorismi exemplum ponit, & hoc in uehementi morbo qui subito quiescunt: sed nec præfuerit sudor, aut uomitus, aut alui excrementum, aut sanguinis profuuium, aut aliquod simile. Addit deinde, sed neque uiso signo coctionis. Quo loco Galenus sua lingua in plurali loquitur, dicens, ἀλλὰ μὴ δὲ πλείους φανήτων σημείων. idest, Sed neque coctionis uisus signis, non autem uiso signo, in singulari: & hoc conuenientissimum est, quia multa sunt coctionis signa, & non unum solum.

Quod legitur, Signum infidum existimat talem quietem esse. Græce est, ἀπιστον ἵγνόν τιν πῶ πικύτω ἑσπώντων. idest, Putandum est talem quietem signum infidum esse.

Vbi legitur, Sicuti etiam si quis præter rationem spiret difficulter, deest particula, Vel deliret. Nam Græce additur, παραφρονήσεις. postea sequatur, Vel uehementius febricitet. Galenus uocat signum ἀπιστον, idest infidum, hanc quietem, quando quis sine ratione ex uehementi morbo quiescit. De his infidis signis, in libro De diebus iudicatorijs, & De iudicationibus, à Galeno plura dicuntur. Denique notat Galenus, mala quæ sequuntur præter rationem non habere firmitatem, nec multum perdurare posse: unde ipse uidetur ultimam aphorismi partem illi solum parti applicate, qua dicitur, Neque multum formidare mala, quia stabilia non sunt. Nos autem putamus & quod aphorismi parti iungenda sit.

Quod legitur, Nam & hæc quoque firmitatem non habent. In quodam Leoniceni codice legitur, Nam hæc firmitatem non habent. Tamen Græci omnes codices quos uidimus, legunt, καὶ γὰρ καὶ τὰ πάντα ἔστιν ἀβέβαια. idest, Si quidem & hæc infirma sunt.

## APHORISMVS XXVIII

Febricitantium non omnino leuiter, permanere corpus, & nihil minui, uel etiam plus quàm ratio postulat, contabescere malum. Hoc enim morbi longitudo, hoc uerò imbecillitatem significat.



DVO SVNT quæ plerunq; nonnullis ægris contingere solent, de quibus in præsentiarum mentionem Hippocrates facit, unum est, ægrorum corpora etiam notatur diſſente ægrotantia in eodem ſtatu quãdoq; perſeuerare, & eodem modo abſq; aliqua euacuatione permanere; quandoq; ægrorum corpora magis exigua & tenuia ſunt, quàm opus ſit, & quàm morbi ratio exigat, Hippocrates hæc duo inter mala indicia connumerat. Nam primum, morbum diutinum futurum ſignificat: ſecundum uero, uirium imbecillitatem oſtendit. Hippocrates de alio morbo uerba facere potuiſſet, quàm de febre: ſed quia rari ſunt ſine febre morbi, & in ipſa potiſſimum hæc ſunt: propterea de febricitantibus uerba fecit.

Τὸν πυρετὸν τῶν μὴ παντάπασιν ὑπὸ πάλαιος. id eſt, Febricitantium non omnino leuiter, uel non omnino in ſupficie. ] Nam ſi quis leuiter febricitaret, nō eſſet malū, corpus in eodem ſtatu permanere, & non minui. Etenim ſi quis hyeme ex repletione ægrotauerit, & febris parua ſit, non collabitur corpus, neq; extenuatur. De frigida tempeſtate dicitur, quia æſtate ex minima etiã febre corpus extenuatur. Hęc igitur particula Non omnino leuiter: ab Hippocrate ſecundum Galenum poſita eſt, ut uehementiorem febrem annotaret. Vnde hoc loco diſtinctionis gratia poſita eſt.

Τὸ εὐμελὲς, καὶ μηδὲν ἐνδεδῶναι τὸ σώμα. id eſt, Permanere corpus, & nihil minui, uel nihil remitti, ſcilicet malū eſt. ] Pro aphoriſmi intellectu ſcire oportet, corpus non aliã de cauſa in eodẽ ſtatu permanere, quãdo febris ſatis intenſa ſit, niſi quia humores craſſi ſunt, frigidi, glutinoſi, & difficulter ſolubiles. Vnde Hippocrates in fine libri De natura humana, cauſam reddere uolens, cur febris quartana cæteris longior ſit, rationem aſſert, quia minus bilis habet æſtatem aſſerentis, & quia corpus amplius refrigerat, & quia atra bilis difficulter auellitur. Ideo cum corpus non reſoluitur in febre digna eſſa tu, neceſſarium eſt materiam nō eſſe facile reſolubilem, eſſe frigidam, eſſe glutinoſam, & difficulter euelli, & non modo materiam eo tempore facientem morbum, ſed etiam totius corporis humores. At ſi dubites, quomodo intenſa febris à frigida materia deſcendere poſſit. Reſpondemus, Hippocratem præcitato loco edocuiffe, intenſiores febres omnino à bile eſſe: tamen & pituitoſas, & atrabilarias in ſuo gradu intenſas eſſe poſſunt: ſed non æque ut bilioſas. Ob hanc cauſam Hippocrates non dixit, Febricitantium extreme, ſed febricitantium non leuiter: ut notet mediū quoddam inter lente, & uehementiſſime febricitare. Propterea Philotheus dicit, μέσως διαμείνει. id eſt mediocriter permanere. Nam ſi quis uehementiſſime febricitaret, neceſſarium eſſet minui corpus, imò mori, & non eſſe diuturnum morbum, quia uehementiſſima febris faltem eſt acutus morbus, qui decimum quartum diem, ſuum terminum habet: ideo ab Hippocrate dici non potuiſſet, quod morbi longitudinẽ ſignificaret; nam breui terminum haberet. Merito igitur dictum eſt, Non omnino leuiter, ſed grauiuſcule, ut frigidi, glutinoſi, & craſſi humores febrem facere poſſunt: imò hi humores tales febres inducunt, quæ ſæpe in perniciem & malum aliquem exitum deducunt. Si igitur in his febribus permaneat corpus, præter id quod facere deberet, malum eſt: non tamen quia ita permanere non debeat, imò ratio ſuadet, ita permanere oportere: etenim quia materia difficulter reſoluitur, propterea ratio ſuadet, quod ita permaneat. Ex hoc igitur indicio morbum futurum longum iudicatio atq; prædictio. Sed hanc permanentiam non debet primo aut ſecundo die iudicare, at quum plures dies pertranſuerint. Adde, hanc permanentiam non eſſe talem, ut idẽ ſerẽ ſit, ſicuti prius erat, quum ſanus eſſet, ſed facta ſit parua immutatio: uerum tamen quia nonnulli homines facilius reſoluuntur, & potiſſimum æſtuo tempore reſolutio facilius ſit: propterea omnia equalia eſſe debent, quòd corpus ratione ſuæ naturæ permaneat, ratione æſtatis, & ratione aliarum conditionum, quæ hominem ad reſolutionem agiliorem faciunt: propterea intelligendus eſt permanere contra eſſentia febris naturam, non tamẽ contra naturam materia febre facientis. Propterea nihil minui, eſt non reſolui: quod ſit ob craſſam, glutinoſam & frigidam materiam. Eadem cauſa à Philotheo redditur, quum dicit, ἰσθμοὶ γὰρ πύκνους τὸ σώματι, καὶ πύχθυς χυμοῦ, καὶ εὖ τὸν καὶ μῆκος ἐν νόσῳ. id eſt, Oſtendit enim corporis denſitatem, & humoris craſſitatem; & propter hoc morbi prolixitatem.

ἢ καὶ σωτήκειδα μᾶλλον τὸ ἤτλ λόγον, μοχθηρόν. idest, Vt etiam plus quam ratio postulat, contabescere, uel cōminui, malum, σωτήκειδα proprie eliquefcere uel liquari. Nam uirium imbecillitatem significat; siue hoc sit cum febre leui, uel non leui; nam hoc femper malum est. etenim quum extenuetur, & extenuatio ob magnam resolutionē quandoq; fiat, hocq; ab intensiōne febris esse non possit, quia adeo intēsam febrem non ponimus: ideo erit propter uirium imbecillitatem. nam hæc est altera extenuationis causa, quibus & humorum tenuitatem addit Philotheus, inquit, Malum esse contabescere, plus quam ratio postulat: quoniam γίνεται ὅσα λεπτότητα χυμῶν, καὶ μανόπιτα δὲ βματῶ. καὶ ὅσα ὄρα καὶ αὐτὸ μοχθηρόν. ἀδύναται γὰρ δυναμείως ἀηλοῖ. idest, Fit ob humorum tenuitatem, & ob cutis raritatem, unde & hoc ipsum malum; nam uirium imbecillitatem ostendit. Sed ambiges, quomodo uirium imbecillitas resolutionem facere possit; quia in uirium imbecillitate est etiam caloris imbecillitas. Respondemus, quum uires imbecilles sunt, præsertim in mediocri febre, omnino calorem magnum non esse. Sed resolutionis causa est, quia etsi calor non multum resoluat, parum etiam addit ad corpus; propterea multum resoluitur. Opus est etiam hanc partem cum æqualitate earum rerum quæ sunt causæ extenuationis intelligere, ut æstas, ætas puerilis, biliosa natura, & alia quæ in Galeni commentatione deinde enumerabimus.

In eo etiam quod dicitur, Plus quam ratio postulat: opus est per Rationem, non perfectam rationem intelligere, sed quod ita uideretur: nam ratio uera quæ imbecillitatem cognoscit, non dubitat debere intabescere corpus: sed opus est intelligere, Plus quam ratio, quantum sit ratione caloris febrilis, & non alterius: quoniam si aliorum ratione comparatio fieret, esset irrationabilis ratio: hocq; est malum; tamen non dicit esse mortale, quia potest sanari, etiam si uires imbecilles sint. Hoc autem præficiens medicus prohibet, ne is qui febricitat in discrimen aliquod incidat. Philotheus notat, hanc particulam utriq; aphorismi parti iungendam esse, inquit, ἰσίου δέ, ὅτι τὸ μᾶλλον τὸ ἤτλ λόγον, ἀμφοτέρω εἴρηται, πρὸς τε τὸ μὴ γινώσκειν, καὶ τὸ σωτήκειδα. idest, Sciendum uero quod hæc particula Magis quam ratio postulet, utrisque dicitur: ad id quod est Non minui, & ad id quod est Contabescere. Vocabulum uero σωτήκειδα, idest contabescere, uel consumi, à Galeno dicitur non esse intelligendum in proprio significato: nam proprium significatum est, colliquari: nunc uero accipitur pro, extenuari: nam non intelligit tabem, quæ φθίσις dicitur, induci: nec maciem illam extremam, quam marasimum nuncupant: sed extenuationem, quæ tamen ratione caloris febrilis tanta esse non deberet.

Oribasius alio modo aphorismum intelligit: nam notat, febrem aut internas partes corporis occupare, aut externas. Quando externas occupauerit, signum est, non esse crassos ægros, & ualidam naturam superfluitatem ad superficiem expellere. In his uero non moratur febris. Quoties uero interna ceperit, signum est, crassas esse habitudines, & obesiores, & nimiam pinguedine conglutinationem facere pororum, & non dimittere calorem euaporari foras. Sed hanc non esse Hippocratis mentem quisq; etiam mediocriter eruditus ex se noscere potest, imò si ita simpliciter intelligantur, ut à suo auctore proferuntur, falsa etiam sunt atq; absurda.

## GALENVS

**H**ÆC UERBA Non omnino leuiter, distinctionis gratia apposuit Hippocrates. Si enim simpliciter dixisset, Febricitantium permanere corpus, & nihil minui, malum: sermo careret ueritate. Cōtingit enim in tempestate frigida cuiq; ex repletione ægrotanti, non collabi corpus, neq; extenuari, quum febres paruæ fuerint. Sed quum maiores fuerint, multam adesse repletionem significatur. Contabescere autem plus quam ratio expostulat, malum: etiam si non adijciatur, Non omnino leuiter. Siue enim leuiter febricitauerit, siue non, signum imbecillitatis est, ea quæ fit præter rationem extenuatio. Neq; enim putandum est uerbo Contabescere, in proprio significato nunc fuisse usum, sed magis abusum. Recte autem dixit in secunda parte Aphorismi, Magis quam ratio expostulat. Et melius est, hæc quoq; uerba priori parti Aphorismi adaptare, ita ut totus sermo talis efficiatur: Febricitantium non omnino leuiter per-

manere corpus, uel etiam contabescere magis quam ratio exposulat, malum: ut communiter de utroque prædicetur, Magis quam postulat ratio. Siue enim permaneant magis quam ratio exposulat, siue extenuentur, malum. Melius autem fuisset, si hoc quod ait, Magis quam ratio postulat, quibus finibus iudicaretur, aperuisset. Sed quia doctrinæ modus est aphoristicus, summam sequens breuitatem, nos exponentes uerbum Secundum rationem, ad febris magnitudinem referemus, & ad tempus ægritudinis, ætatem, & regionem, & tempus anni, & illam quæ tunc uiget temporis cõstitutionem, & præterea sensibiles euacuationes, uigilias, curas, inedia, motus plures. Nam maiores febres magis & citius corpora extenuant ægrotantium, sicuti & diuturnitas morbi, & ætatibus puerilis atque decrepita: sed alia ambæ ratione. In pueris enim propter caliditatem atque humiditatem multum defluunt atque extenuantur corpora. In decrepita uero ætate hoc idem patiuntur propter potentia imbecillitatem. Ex regionibus autem & anni temporibus ac constitutionibus, calidæ quidem ac siccæ magis euacuant: humida uero ac frigida magis adstringunt, ac diffilare corpora atque extenuari non sinunt. De sensibilibus autem euacuationibus quid dicere oportet? Neminem enim ignorare arbitror, quod ex profluuiio sanguinis multo, atque sudoribus plurimis, & urina superfluente, uel uomitu, uel alui excretionem, cito corpus extenuetur. Adiacet autem, & diuersis causis inedia, & præterea uigilia & curæ sufficienter extenuant, & plures motiones: sed hæc raro febricitantibus adsunt, nam magna ex parte iacent quiescentes. Verum aliquando contingit moueri aliquos, qui in itinere cœperint febricitare, uel urgente necessitate, uel studio domum reuiscendi. Sed ex delirio quidam ægroti iugiter se attolentes, uel iacentes quidem, sed continuo partem aliquam corporis commouentes, aut etiam delira loquentes, intra paucos dies extenuantur. Hæc quidem omnia ægrotos reddunt macilentos, sicuti & contraria his corpus in maiori mole conseruant. Signum autem nullum ex his est uirium imbecillium: sed causa tantummodo ipsorum singulum. Nam sicuti ex eo corpus cum ratione extenuatur, sic & uires destruantur. Absque his autem corpus præter rationem extenuari, signum esse uirium imbecillitatis Hippocrates inquit, quam & in decrepitis pro causa assignamus, celerrime ipsorum corpus extenuari dicebamus. Neque mirum uideri debet in his qui ita se habent, imbecillitatem quidem causam esse extenuationis, extenuationem uero esse signum imbecillitatis. Hoc enim contingit in omnibus quæ faciunt & fiunt. Hæc quidem est sententia Hippocratis semper existimantis eam quæ est citra rationem extenuationem, signum esse imbecillitatis. Nos uero adiciamus eius sermoni, & aliam dispositionem quæ causa est in febris extenuationis. Est autem hæc humorum quidem tenuitas, corporis uero raritas. Quum enim hæc ambo conuenerint, celerrime corpora euacuantur, per eam quæ diffusio insensibilis nominatur. Sicuti in dispositione contraria crassitudine humorum, & corporis spissitudine: neque fit humorum euacuatio, & permanere corpus, & nihil tunc deteri de ipsius mole contingit. Hanc itaque dispositionem ostendit Hippocrates in prima parte aphorismi per ea uerba, Longitudinem morbi significat. Alteram uero contrariam prætermisit. Sed nos & hanc adicientes, tam totum sermonem integrum proferamus. Itaque fieri potest breuissime dictum, Febricitantium non omnino leuiter, permanere corpus, & nihil imminui, uel plus quam ratio postulat contabescere, malum. Nam permanere, ex cutis spissitudine accidit, & crassitudine humorum, & propterea longitudo morbi significatur. Contabescere autem nonnunquam fit ob humorum tenuitatem, & cutis raritatem. Contingit uero & ob solam uirium imbecillitatem.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, conuenienter additum esse, Non omnino leuiter: quia si de febricitantibus simpliciter locutus esset, sermo uerus non esset: nam in mitiori febre non est uerum: in intensissima etiam uerum non est, tum quia resoluitur, tum quia morte præuenitur.

Quod legitur, Distinctionis gratia: Græce est, *διότιονος χάριν*.

SECUNDO docet, quando febris sit parua, & in hyeme corpus non collabi: sed quum est magna febris, & non collabitur, indicium est multam esse plenitudinem, & crassos.

crassos humores atque glutinosos.

Quod legitur, In tempestate frigida: Græce est, *ὅν κεντασίσει ψυχρά*. idest, In constitutione frigida.

Quod etiam legitur, Non collabi corpus: Græce est, *μὴ συμπίπτειν τὸ σῶμα*.

TERTIO docet, uel addatur Non omnino leuiter febricitare, uel non addatur, semper est malum; corpus contabescere. Hoc autem loco in Galeno deest hæc particula Febricitare; quum enim dicit, Etiam si non adijciatur, sequitur Non omnino leuiter febricitare.

QUARTO docet, uocabulum *σωτήκειδῶν*, non esse positum in suo significato: nam ut dictum est superius, significat proprie colliquari.

QUINTO, illam particulam Magis quam ratio postulat: utriusque aphorismi partem coniungit.

Nota, ubi hic refert totum aphorismum, hanc particulam Magis quam ratio postulat, utriusque parti applicans; in prima parte deest, quum tamen in Græco codice habeatur. Vnde & hic merito addenda est, ut hoc modo legatur, Febricitantum non omnino leuiter, permanere corpus, magis quam ratio postulet; uel etiam contabescere, magis quam ratio exposulat, malum. Nam hæc particula, *μᾶλλον τὸ ἢ τὸ λόγου*, utriusque parti coniungitur.

SEXTO, Hippocratem quodammodo taxare uidetur, qui dicit Magis quam ratio postulat. Sed inquit, melius fuisset, si aperuisset ad quantum ratio postulat. Hippocratem uero excusat, quia modus doctrinæ quem facit, est aphoristicus, in quo summa breuitas expetitur.

Quod legitur, Quibus finibus iudicetur: Græce est, *πῶς κελνεταὶ σημεῖα*. idest, Quibus intentionibus iudicetur.

Vbi legitur, Sed quia doctrinæ modus est aphoristicus, summam sequens breuitatem, & hic ut hoc modo legi debeat, Sed quia doctrinæ modus est aphoristicus, & hic summam sequens breuitatem. Græce enim est, *ἐπεὶ δὲ ἀφοριστικῶς εἶναι τὸ εἶ διδασκαλίας εἶδος*. *ὅτι τὰ ἴσα ἢ βραχυλογίαν ἄκραν γινόμενον*.

SEPTIMO exponit id nomen Ratio, & ad febris magnitudinē ampliā, & ad tempus aegritudinis, ad ætatem, ad regionem, ad anni tempus, ad cōstitutionem temporis quæ uiget, ad euacuatōes sensibiles, ad uigilias, ad curas, ad inedia, ad plures motus.

OCTAuo, per omnia iam enumerata discurrit, & simul ostendit quomodo humana corpora extenuent, magnæ febres citius corpora extenuant, sicuti etiam morbi longitudo facit. ætates extenuant; puerilis, quia calida & humida, facile resolubilis est, atque diffillibilis; decrepita ob imbecillitatem facile extenuabitur. Simul uero ætates ponit, anni tempora, & constitutiones; nam calidæ & siccæ facilius resoluuntur, frigidæ & humidæ difficilior. Etiam euacuationes, & per uenæ sectionem, & per medicamentum, & per sudores, & per urinam, & per uomitum, & per inedia, & per uigilias, & per curas extenuant; hoc quoque experientia uidemus, curas multum extenuare humana corpora. Addit, multos motus extenuare; sed quia febricitantes non mouentur, propterea addit, Quādoque in peregrinatione, uel studio uisendi lares, uel ob necessitatem, uel ob deliria, multum mouentur. hæc omnia signa hominem extenuatum reddunt, & oppositæ causæ ipsum in suum statum deducunt & conseruant; propterea si ab una harum causarum fiat, non est signum imbecillitatis, nisi fiat à febre, & non intensissima, & demptis decrepitis, in quibus extenuationis causa imbecillitas est.

Quod legitur, Nam maiores febres. in Græcis quibusdā codicibus habetur, *οἱ μὲν γὰρ μέγιστοι*. in alijs uero, *οἱ μὲν γὰρ μέγιστοι*.

Quod legitur, Aut etiā delira loquentes: Græce est, *ἢ καὶ φθρηγόμενοι τὴν παρά λόγου*.

Quod etiam legitur, Quam & in decrepitis pro causa assignamus: Græce est, *ἢ τὸ πᾶν κατὰ τὸ πᾶν γρόντων ἀπομόμνοι*.

NONO, ipse aliam dispositionem addit, quæ est extenuationis causa, quando hæc duo simul iuncta sint, humorum tenuitas, & corporis raritas: quoniam per insensibiles meatus facile diffillantur, sicuti econtrario non diffillantur, si humores crassi sint, & spiramenta, quæ poros uocant, occlusa.

Quod legitur, Et nihil tunc deteri. hoc uerbū Deteri, Græce est *σὺνδέναι*. i. minui. Deniq; aphorismi sententiam colligit, atq; perficit. Omnia aperta sunt, præter hoc, quum dicit, Itaque fieri potest breuissime dictum, quod Græce legitur, *εἰς ὅσον οἶον ἢ ὅτι βραχέων*. idest, Quantum fieri potest breui dictum. Noster uero antiquus codex legit, *βραχυπύτων*. idest, breuissime. Vides igitur aptius esse interpretari Quantum, quam Itaque.

## APHORISMVS XXIX

**Q**uom morbi inchoant, si quid mouendum uidetur, moue: quum uero consistunt, ac uigent, melius est quietem habere.

## BRASAVOLVS

**MEDICVS** qui alicuius ægri curam suscipit, statim in morbi principio excogitare debet, an necessarium sit quicquam mouere; & illud moueat, si opus sit: quia id tempus conueniens est. nam si morbi statum, atq; summum uigorem expectare uoluerit, errabit: tunc enim melius est quietem habere. In principio enim si quid sit mouendum, est aliqua materia mobilis, aut quæ iam uias exitus occupat, & quæ posset ad loca nobiliora transire, nisi amoueretur. Statim igitur amouenda est atq; euacuanda: quoniam (ut superius dictū est) in principijs nihil mouere oportet, nisi materia turgeat. Quum uero morbus uiget, tunc est summa naturæ pugna cum materia: propterea nihil mouendum, ne naturam adiuuare uolentes impediamus. Orisbasius supponit, ab Hippocrate superius dictum esse, in principijs purgandum. Propterea dubitat, cur hic dicat, Melius esse usq; ad statum sinere. Respondet, In peracutis in principio euacuandum iubere. In acutis uero statum expectari. Sed hæc absurda sunt: nam in principio euacuare non licet medicamento purgante, nisi materia turgeat. Turgere uero potest esse tam in acuta, quam in non acuta febre. Philotheus uero dicit, *οὐτὸ ὁ ἀφορισμὸς εἰς τὸν ὄλεθρον ἀρμόδιος*. idest, Hic aphorismus acutis morbis competens est.

*Ἀρχομένων τῶν νόσων*. idest, Incipientibus morbis: uel, Quum morbi inchoant. Hoc uero in materialibus morbis intellige: nam in his solum aliquid moueri contingit, nisi quis huc afferat diariam ex obstructione, in qua etiam aliquid auferendum sit. Sed hoc est tam in principio, quam in alijs temporibus, nempe in ephemeris nō distinguuntur tempora: quippe quæ eadem die assignari possunt. Per inchoationem uero, aut per initium, uniuersale principiū intellige: quod manifeste Galenus docet in principio libelli De uniuersalibus morbi temporibus, ubi docet, per Principium, in hoc aphorismo, uniuersale principium intelligi oportere. ubi dicit, ridiculum esse intelligere principium, primum tempus accessionis primæ, sed principium esse tempus latum offendit, quod multum ualet, ut id in quo multa præsidia ab Hippocrate fiunt. Propterea dicit, quod Hippocrates hoc respiciens dixit, Incipientibus morbis, si quid mouendum uidetur, moue: consistentibus uero præstat conquiescere. Certum uero est, hic Hippocratem non intelligere inceptionem particularem, quoniam in ipsa actio aliqua fieri non potest. Sed intelligit uniuersalem inceptionem, in qua actiones fieri nihil impedit. In particulari uero principio, neq; mouere licet quicquam: nec tempus adeo latum est, ut hoc patiatur. Galenus etiam hunc eundem locum capite quinto primi libri De iudicationibus refert, ubi etiam ad hoc propositum contra antiquos disputat, qui de nominibus certantes nunquam res ipsas cognoscunt: nam uolunt principium, primam incurfionem indiuiduam esse primæ accessionis. Hos uero reprehendit, quia in nulla Hippocratis oratione inuenitur principium illo modo sumptum. Nam quomodo (inquit) poterit aliquid ita intelligendum esse existimare, ubi inquit, Quum morbi inchoant, si quid mouendum est, moue: ut ex his Galenus manifeste doceat, per Principium, non esse intelligendam particularis accessionis primæ indiuiduam illam & primam incurfionem. Ipse uero Galenus usque adeo hoc principium extendit, quo ad materia cruda fuerit: nam quum coqui incipit, augmentum est, in principio semper materia

matéria cruda est, & ad exeundum inepta. Ideo quantum sit ratione sui, nihil mouendum esset, quia concocta medicari oportet & mouere, non cruda, nisi turgeant. Sed in principio quum materia cruda est, quandoque medico aliquid mouendum uidetur, quod ex se mobile est, & seipsum ad expulsionem adiuvat, & quod est aptum natum principalia membra impetere: tunc igitur aliud non expectat medicus, sed statim in ipso principio id mouet.

*ἢ ἢ ὀκείν λυγρῶ, λυγρῶ.* idest, Si quid uidetur mouendum, moue. ] Quod intelligendum est de motu, qui per uenæ sectionem fit, uel per medicamentum: sed hoc rarius est, nam solum fit cum materia turget, plurima uero non turgent, ut primo libro dicebat: ideo rarius sunt motiones per medicationem, frequentius per uenæ sectionem. in uenæ etenim sectione (si competat) non expectatur concoctio, sed statim in principio fit, cum uiderimus plethoram. Cum uero competit medicamentum ob cacochymiam, si materia sit infixa membro, & mobilis sit, in principio non est educenda, sed est expectanda concoctio; nisi intelligas, per principium, spatium trium dierum, in quo tempore coctio apparere incipiat. Si uero materia sit mobilis, statim in principio euacuanda est, uel si in uisus expulsionum sit, nec expectanda concoctio. Si igitur in principio materia aliqua huius generis, scilicet mobilis humano corpori insit, & medico euacuanda (ob dictam rationem) uideatur, illam euacuet, & summum uigorem non expectet. nam in hoc uigore melius est quietem habere, & hoc in his morbis qui ad salutem proficiuntur: nam in illis qui ad interitum ducunt, medicus finire debet, & nihil agere: sed solis Prognosticis hominem moriturum derelinquat, nisi arti ignominiam parare, & egressa remedia infamare uelit. Philotheus intelligit, si quid mouendum ob materiam turgidam, inquit enim, *ὁ δὲ λέγει τοιοῦτον ὄσιν, ὅτι σκώπει ἐὰν ὀργῶ ἢ ὕλη, καὶ τότε λυγρῶσει χρῶ.* *ἔστω γὰρ ὄσιν ἢ ἢ ὀκείν. ἢ ἢ δὲ μὴ ὀργῶ, μὴ λυγρῶσει. ἐξέωσιν δὲ ἐν ταῦτα λέγει καὶ φλεβοτομίαν, καὶ κἀπαρση. πλὴν εἰ ὀκείν ἢ ἢ ἀφ' ἢ, κἀπαρση τῆ λυγρῶσει, ἵνα εὐερίσθησιν ἢ φύσις ἀλίγλω τῶ ὕλην, σὺ τῶμου πείσονται τῶ πῶ-ψιν, καὶ τῶ ἀπαλλασγῶ φλ ὕλην.* idest, Quod autem dicit tale est, quod animaduertit an turgeat materia, & tunc euacuatione utere. Hoc enim est si huius uidetur. Si uero non turget, non euacuabis. At hic euacuationem dicit & uenæ sectionem, & purgationem. Verum tamen si in principio uidetur, euacuatione purgabis, ut natura paucam materiam inueniens, breuem faciat coctionem & materiae immunitationem. Post hæc cuiusdam sententiã refert, qui dicit, *ὅτι ἔστι τούτων ἴση νοσημάτων λέπτος ὑποκείται χυμῶς, καὶ ὄσιν, καὶ ὀκείν, καὶ δὲ αὐτῶν παχέως ἀπαλλασγῶ τῶ σώματι.* *ἔστω, ὡς τὴ μὴ ἀπίκτω λυγρῶσει τῶ λυγρῶσει ἢ φύσις μέγιστη καὶ ἢ ἀποργασίται.* idest, Quod in his morbis tenuis humor subiacet, & facilis ut turgeat, concitet, & moueatur: oportet ipsum cito à corpore expellere, ne motu inordinato ad principales partes fluens magnum malum inferat.

*Ἀμαρζουδῶ δὲ.* idest, Vigentibus autem; uel, Quum uigent. ] Et si *ἀκμῆ*, idest uigor, sit morbi status & tempus maioris pugnae: tamen in presentiarum sub uigore augmentum uniuersale intelligimus, quoniam & in hoc tempore melius est quietem habere. At si fieri contingeret augmentum, commodius tempus est, quam status.

*ἰσχυρῶ ἔχει, βέλτιον ὄσιν.* idest, Quietem habere melius est. ] Dicit uero, Melius esse, ut simul ostendat posse moueri, quando opus sit; tamè aptius erat in principio moueri: quoniam (ut in sequenti aphorismo dicit) Circa initia & fines, omnia imbecilliora; quum uero consistunt, fortiora sunt. Philotheus etiam dicit, Melius esse quietem habere: ob hoc, *πότε γὰρ κατακραυῶσει ἢ φύσις τῶ ὕλην, καὶ σύμωσις γέγονεν, καὶ οὐ χρεῖα φλ τῶ ἰατροῦ ὑπεκρίσας.* idest, Tunc enim natura materiam euincit, & concoctio fit, & auxilium medico non indiget. Paulopost cuiusdam sententiã refert, qui dicebat, quietem habere oportere in summo uigore, *ἔστω τὸ πῶς πῶ-ψιν ἄφην τῶ ὕλην, φλ ζωπικῆς καὶ φυσικῆς διωδαμῶς ἐχρησθῶ οὐσῶν ἢ τούτων τῶ χροῶν, φλ ψυχῆς τούτων αὐ κενηκῆς, ὡς πῶ φλ τῶ ἀφ' ἢ ἀνώπυλιν.* idest, Propterea quod fit materia cocta, uitali & naturali anima uiribus hoc tempore fortibus existentibus, omnino defatigatis, sicuti in principio e contrario. Tamen recte Philothei uerba perpendentes, nobis uidetur eius contextum deprauatum esse: & ubi habet *ἄφην*, legendum esse *αὔφην*. Idque uerbum ad ψυχῆς, esse debet φλ ψυχικῆς. Fiatque idem cum Galeno sensus: propterea materia per coctionem

coctionem augenda uitali & naturali potentijs fortibus in hoc tempore existentibus, animali omnino defatigata, sicuti in principio econtrario, ex diuerso scilicet se habet.

In nostro antiquo codice ante hunc Aphorismum adest hæc inscriptio, *ἡδὲ κρηρῶν βοσθημάτων*. idest de præsidiorum tempore, uel opportunitate.

## GALENVS

**C**VR HIPPOCRATES hoc consulat, sequenti indicat aphorismo, quem si nuper dicto annexeris, totum sermonem talem efficies, cum morbi inchoat, si quid mouendum uidetur, moue, cum uero consistunt, ac uigent, quietem habere melius est. Circa principia enim ac fines omnia debiliora, morbo autem consistente fortiora. Oportet autem his adijcere casus omnes, nam de his dictionem attulit uniuersalem. Dispositio si quidem ex qua hi generantur, quam & morbum nominamus, non omnino dum morbus consistit est fortior. Verum in his qui saluari debent melior multo, quam in morbi principio, in quibus etiam Hippocrates consulit habere quietem, in morborum incipijs si quid uidetur mouentes. Nam in morbis exitalibus, non modo quando sunt uigori uicini, nihil mouere oportet, sed etiam prioribus temporibus, recordantibus nobis, quod deploratos non oportet curare, sed magis absistere, & morbi finem prænutiare. Circa incipia uero illorum morborum, in quibus speratur ægrotum conualiturum, tentandum maiora afferre remedia, de quibus Hippocrates dixit. Si quid uidetur mouendum, moue. Sunt autem hæc maxime, uenæ sectio, nonnunquam uero & purgatio, quorum nihil oportet morbo iam consistente adhibere, ut enim in libro De crifibus manifestauimus, coctiones tunc maxime fiunt. Ut igitur hæc citius eueniant, melius est circa principia euacuare, quo minorem iam factam materiam, facilius possit natura concoquere. Morbo autem consistente, cum iam natura concoquit, superfluum est euacuare, tum propter alia, tum quia uis animalis magna ex parte eo tempore est fatigata, licet duæ alie, uitalis scilicet ac naturalis, fortes persistant.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus hunc aphorismum, & sequentem, unum facit, ut sequens huius rationem reddat.

Principium huius commentationis in nostro antiquo codice, est *ἡδὲ ἴσται*. idest & cur, ut particula Et, præcedat. In Aldino uero codice simpliciter incipit *ἴσται*, sine copulatiua particula. Nos laudamus addendam esse particulam copulatiuam.

Quod legitur, Cum uero consistunt ac uigent, hæc particula, consistunt, uacat.

Quod etiam legitur, Morbo autem consistente. Græce est, *ἡδὲ ἐκ τῆς ἀνωδης*. idest circa statum uero.

SECUNDO docet, symptomata omnia numeranda esse: idem notat duo esse in morbo, essentiam morbi, idest dispositionem in qua generantur symptomata, & ipsa symptomata: hæcque consideranda sunt, & quo ad eos qui mori & qui superuiuere debent. Eorum ratione qui superuiuere debent, est diuersitas: quia dispositio, idest morbi essentia, in his qui superuiuere debent, in statu multo melior est, quam in principio; nam dispositio, idest morbus, non est fortior in statu: ideo quiescendum est, ut Galenus rationem reddat, in his qui sanari debent, in statu quiescendum esse: quia morbus est melior in statu, in principio autem fortior. In morbis uero exitalibus, neque in principio, neque in statu, neque in alijs temporibus mouere oportet, quia deplorati non sunt curandi, sed solis prognosticis relinquendi: ut est apud Auicennam & eius sectatores uulgata sententia, quam ex hoc Galeni loco & alijs etiam accepit. Nonnulli ex hoc loco distinctionem illam apud Galenum elicere tentarunt, uel diuisione temporum, quo ad symptomata, & quo ad morbum. Sed re uera haberi non potest, quoniam si in statu morbi, salubris morbus sit minor, & symptomata, quæ materia coctionem sequuntur, minora esse oportebit. De hac autem re alijs amplam disputationem facere decreuimus. Nota uero hæc esse Hippocratis uerba in libro De consistentia medicina, deploratos non esse curandos.

Quod legitur, Non omnino. Græce est, *οὐκ ἂν ἴσται*.

Vbi etiam legitur, In quibus etiam Hippocrates consulit, addi debet particula Nunc, hoc

hoc modo, In quibus etiam nunc Hippocrates consulit, nam Græce est, *ἐφ' ὧν καὶ συμ-  
βουλόβει νῦν ὁ Ἱπποκράτης.*

Quod etiam legitur, Recordantibus nobis quòd deploratos non oportet curare, Græce est, *μνημονεύειν ὡς οὐ γὰρ λυκατραμίου ἐγγεράν.* idest, Memores quòd deplora-  
tos non oportet attingere.

Quod etiam legitur, Sed magis abstinere, Græce est, *ἀλλὰ φέγγασθαι.*

TERTIO, Hippocratis remedia ponit, cum dixit, si quid uidetur mouendum, mo-  
ue. Præcipuum & maximum remedium est uenæ sectio, quandoq; uero & purgatio:  
sed neutrum horum agere debemus quando morbus cōsistit, & quod uerum sit, ratio-  
nem illam reddit, quam nos inter exponendum aphorismum adduximus, & quam in  
libro De iudicijs posuit, quoniam in statu maxime fiunt coctiones, propterea melius  
est in principio euacuare, ut hæc coctiones citius fiant, quia materia efficitur minor, &  
natura circa reliquum magis potest, hoc autem fit potissimū per uenæ sectionem. Qui  
uero ex hoc loco accipiunt, minorationem peccantis materiæ semper fieri oportere, ut  
natura supra residuum fortius agat, decipiuntur, nam si sola praua materia euacuaretur,  
uerum esset: sed bona æque euacuatur, & uis imbecillior efficitur: unde nisi turgeat, fie-  
ri non debet, quia quæ turget, concitata est, & se ipsam adiuuat ad exitum, nec est bo-  
næ mixta, sed sola re indiget quæ ueluti manus illam ad exitum ducat, imò & si esset  
bonæ mixta, cum turget, ut mortē euitemus, euacuare pergimus. In materia uero quæ  
non turget, sed fixa est, expectanda concoctio: in statu etiā quia natura ipsa concoquit,  
euacuare uanū est. nam & materia fixa est, & natura à suo opere diuenteretur, & quia  
uis animalis eo tempore ut plurimū est defatigata, uitalis uero & naturalis sunt fortes.

Vbi legitur, Sunt autem hæc maxime, uenæ sectio, deest particula quidem, quæ ne-  
cessario addi debet, ut hoc modo legatur. Sunt autem hæc, maxime quidem uenæ se-  
ctio, nam Græce legitur *ἐστὶ δὲ τῶντα, μάλιστα μὲν φλεβοτομία.* Scito ex hoc loco sumi  
apud Galenum tres esse uires, in nonnullos, qui duas solum recensuere: naturalis quæ  
in iecore est, uitalis, quæ in corde, & animalis, quæ in cerebro, ut in libris De placitis  
Hippocratis & Platonis, & alibi sæpe à Galeno edocemur.

Quod legitur, Defatigata, Græce est, *λεκιμκίνας.*

Hic uero ambiguitas incidere posset, quia uis animalis defatigata non uidetur in  
summo morbi uigore, sed potius uitalis. Est autem illa quæ à corde per totum corpus  
prodit, & quam in pulsu sentimus. Respondemus, in morbi uigore uires omnes om-  
nino esse imbecilliores effectas: sed cum uitalis & naturalis (in bonæ spei morbo) pur-  
gnam iam peregerint, & uicerint, ratione morbi & causæ morbi fortes sunt: in princi-  
pio autem erant imbecilliores, quia morbus & eius causa nondū erant pertentata. Sed  
uis animalis duas habet partes, una est intellectiua, altera motiua. In ægritudinis pro-  
cessu forte intellectiua non est effecta imbecillior, sed motiua semper imbecillior reddi-  
tur, unde à Galeno non ab re dicitur, animale uim fieri imbecilliozem, reliquas uero  
duas uitalem & naturalem fortiores, quod ratione morbi & suæ causæ intelligere oportet.  
Non uult autem esse exercendam purgationem, quia uis animalis, idest motiua, est  
imbecillis in uigore, nam ægri continuo magis defatigantur.

Hæc autem uires apud Galenum ita uocantur, *φυσική, ζωτική, ψυχική.* idest, Natura-  
lis, uitalis, animalis.

Nonnulli uero sunt qui in humano corpore tres spiritus esse fatentur, sicuti sunt tres  
uires, qui tamen in hoc Galenum non sequuntur, utpote eum qui duos solum spiritus  
in nostro corpore posuerit septimo libro De decretis Hippocratis & Platonis, circa  
medium, uitalem scilicet & animalē: de naturali uero à recētibus uocato nullam men-  
tionem facit, quia hos duos satis esse iudicat, quorum uitalis in corde suam sedem ha-  
bet, animalis uero in cerebro. Idemq; dicit in duodecimo Methodi medendi libro ferē  
in umbilico, tamen in hoc loco ne digladiari uideatur cum his qui ponunt naturalem  
spiritum, dicit, quod si naturalis quocq; aliquis spiritus est, utiq; is quocq; in iocine &  
uenis continebitur, unde non dicit hunc spiritum esse Galenus: sed si sit, erit in iocine/  
re, tamen apud ipsum duo solum spiritus sunt, uitalis, & animalis.

At si dicas, necessarium esse naturalem ponere, sicuti uim naturalem esse fatetur,  
Respon-



Respondemus, uitalem spiritum eundem esse qui & naturalis est, & nulla eget in-  
 mutatione. Hoc autem ideo dixi, quoniam animalis ex uitali quidem fit, sed in eo qua-  
 dam inducta perfectione. At rem hanc suo in loco diffuse pertractabimus, nunc satis  
 fit lectorem ad librum De dogmate Hippocratis & Platonis, & de potentijs naturali-  
 bus remittere. In libro etiam qui dicitur Medicus Galeno inscripto, duorū spirituum  
 solum mentio fit.

## APHORISMVS XXX

**C**irca initia & fines, omnia imbecilliora: quum uerò consistunt, fortiora.

## BRASAVOLVS

PRÆCEDENS aphorismus in uniuersali morbi tempore intelligebatur, ut Gale-  
 nus etiam edocebat, præsens uero & si sit præcedentis ratio, nihil tamen impedit, eum  
 tam in particulari, quam in uniuersali intelligere, omnia inquam symptomata esse im-  
 becilliora, & minus infestantia in morborum principijs, & in fine, quæ in statu, quod usu  
 uenit in omni fere alia re, quæ successiuo motu perficitur: initium debile est, postea melior  
 fortuna secūdat. Nec id ualeat, quod ab aliquibus obijcitur: si ita fit, tunc sanationē non  
 esse actionem naturalem, quia in naturalibus motibus semper motus fit uelocior in fi-  
 ne: si igitur sanatio sit naturalis motus, fortior in fine efficitur, & non imbecillior. sed  
 hi propositionem non intelligunt: imò in motu ad sanitatē motus fit uelocior in fine,  
 tamen non sequitur ergo maior motus, nam maior est in statu, & Hippocrates per om-  
 nia imbecilliora symptomata intelligit quæ febribus eueniūt, ut sunt uigiliæ, dolores, fa-  
 stidia, sitis. Hæc omnia in principio morbi sunt imbecilliora, & nō multū infestant: sed  
 in dies crescunt quoad morbus in summū fastigium, & summū uigorem peruenerit, in  
 quo per aliquod spatium morantur, postea declinare incipiunt, & fieri imbecilliora.

*περί τῶν ἀρχῶν, καὶ τὰ τέλη πάντα ἀδυνήσθηα.* idest, Circa principia & fines omnia im-  
 becilliora. Quod uerum est tam circa principia particularia, quam uniuersalia, & tam  
 circa fines particulares, quam uniuersales. Orbalius uidetur ferè oppositū declarare,  
 quàm ab Hippocrate dicatur, scilicet quiescere in statu uires, & in principio esse tumultu-  
 tuosas. Intellige uero per omnia symptomata quæcumq; febribus superuenire possunt.

*περί δὲ τῶν ἀκμῶν, ἰσχυρότερα.* idest, Circa status uero, fortiora. Scilicet sunt sympto-  
 mata: secus est de dispositione quæ morbus est, ex qua symptomata dependent, nam in  
 his qui sanari debent, circa initia peior est, circa statum imbecillior, atq; melior. In his  
 uero qui mori debent, & in principio mala est, & in statu peior efficitur. pro his uero  
 Galenum legere potes in tertij De ratione uictus in morbis acutis libri commētarijs.

Et si hunc aphorismum ad particularia morborum tempora ampliauerimus, tamen  
 Galenus primo De iudicationibus libro capite quinto, ipsum in solis uniuersalibus in-  
 telligit. nam hoc capite probat, principium significare principium uniuersale, quod apud  
 Hippocratem latitudinem habet: unde inquit, multo magis ab Hippocrate hoc ostendit  
 (scilicet principium habere latitudinem) cum dicit, omnia cum incipiunt, & finiunt  
 leuiora sunt: cum consistunt, grauiora. & etiam in fine libri De generalibus morborum  
 temporibus hunc aphorismum adducit. ibi enim ostendit, quæ sunt in morbis conside-  
 randa, inter alia uero sunt considerata propria tempora, ad præsidiorum mentionem  
 necessaria, ob quam sermo hic nobis elaboratur. Etenim circa initium & fines omnia im-  
 becilliora sunt, in uigore fortia, quæ hæc intercedunt medio ordine consistunt: unde  
 quanto magis sunt propinqua medio, medijs naturam participant: quæ principio parti-  
 cipant, principij naturam sapiunt: quæ fini, finis. Quæ media inter principium & me-  
 dium (intelligo uero per medium, statum) hæc naturam mediam habent. Eodem modo  
 inter medium & finem quæ interiacent, mediam naturam habent. Quare principia, me-  
 dia, & fines in morbis latitudinem habent. Scito præterea, aphorismum simpliciter  
 uerum esse in principijs tam mortalium, quam salubriū morborum, quia semper sunt  
 imbecilliora symptomata: sed in mortalibus uerū nō est quod fines imbecilliores sint.  
 propterea

propterea uel solum in salubribus morbis intelligatur, uel si ad insalubres etiam amplia-  
bis, hoc quo ad principium intelligas, & non quo ad finem. Adde, de omni symptoma-  
te uerum non esse, quod in principio imbecilliora sint, sed in his tantū uerum est, quæ  
materiæ putredinē sequuntur, & impressionem ratione suæ malæ qualitatis & putredi-  
nis in membra factam. At illa quæ uirium oppressionē sequuntur, ex crassitie, & materiæ  
lētore in principio possunt esse maiora, immo sunt, quia materia in principio est magis  
crassa & glutinosa, & magis opprimens. Tamē si aphorismū uniuersaliter defendere uo-  
luerimus, oppressionem illam diu cœpisse, sed cum putamus incipere, tunc est in statu  
principiū uerò non persensimus, quia omnia erant leuiora. Scito etiam, aliqua sympto-  
mata, maiora fieri in inclinatione, quàm in statu. ut est capitis dolor, qui plerunq; in ter-  
tianarum febrium inclinatione, ob uapores in ipsum conscendentes, augetur. Sed hoc  
est in particularis accessionis inclinatione, non in uniuersali, ideo tutius est secundū Ga-  
lenum, aphorismū in uniuersalibus tēporibus solum intelligere, quous & in multis parti-  
cularibus uerus sit. Cum uerò Galenus in libro De constitutione artis medicæ tres sym-  
ptomatum differentias ponat, actionis offensam, corporis accidentia, & excrementorū  
immoderantiā; in omnibus his intelligendus est aphorismus, circa initia & fines esse im-  
becilliora, in statu fortiora.

## GALENVS

**C**asus omnes circa principia, & fines ait esse imbecilliores, accessiones uidelicet fe-  
brium, & uigilias, atq; dolores, & fastidium, & sitim. Sicuti ipsas dispositiones, in  
quibus hæc fiunt, ubi morbi consistunt, necesse est esse meliores in his qui debent sani-  
tati restitui.

## BRASAVOLVS

Galenus Aphorismum intelligit circa symptomata, quæ à Leoniceno casus dicuntur,  
non autem circa dispositionem, quæ ægritudo est, ad quam symptomata sequuntur. In  
ægritudinibus etiam mortalibus uerum est quo ad dispositionem, sed non in salubribus,  
in quibus sunt meliores.

Alicui forte uidebitur Galenum ægritudinis tempora partiri, & quo ad symptoma-  
ta, & quo ad essentiam ægritudinis. Sed nos dicimus hæc tēpora non fieri diuersa apud  
Galenum, immo sunt eadem, sed solum in his tēporibus diuersam habet dispositionem.  
ideo nulla est temporum distinctio sumenda ex symptomatibus, quæ ab illa distincta sit  
quam ex ægritudinis essentia sumimus; sed solum ostendere oportet, quod in eisdē tem-  
poribus diuersas habent dispositiones. Hoc dictum sit ob recentiores, qui uolunt mor-  
bum esse in inclinatione quo ad essentiā, & in statu quo ad symptomata. Nos uerò dici-  
mus, & symptomata, & ægritudinis essentiam simul esse in statu, & in alijs temporibus,  
sed symptomata habere diuersam dispositionem à dispositione essentiæ.

## APHORISMVS XXXI

**E**ius qui ex ægritudine bene cibatur, nihil proficere corpus, malum.

## BRASAVOLVS

Satis superq; esset, si lectorem ad octauum huius secundi libri aphorismum remitte-  
remus, in quo huius ratio posita est, tamen illa breuibus in mentem reuocabimus, & in  
medium adducemus, ne laborē subterfugere uideamur. Philotheus hic dicit *ὁ ἀφο-  
ρισμὸς ἀναληθικός ἐστι, καὶ δὴλον ἐκ τοῦ εἰρημίου, ἐξ ἀρρώστιας*, idest, hic aphorismus ijs qui re-  
parant uires accommodatus est, & manifestum est ex eo quod dicit, ex ægritudine. Nam,  
ut dicit Oribasius, non agit de illo qui à sanitate ad morbum uenit, sed de illo qui à mor-  
bo ad sanitatem reuertitur.

*τῷ θυσίοντι*, idest, bene cibati, hoc est qui bene cibatur uel appetit. nam Hippocra-  
tes secundum Asiaticū morem intelligit eum qui appetat, & secundum quod appetit be-  
ne comedat. Theodorus interpretatur si cui bene assumitur cibum. Philotheus exponit  
*θυσία δὲ ἐστὶ ἢ ποτὴ τροφή*, idest, bona cibatatio autem est multus cibus.

*ἐξ ἀρρώστιας*, idest, ex ægritudine, hoc est post ægritudinem, non tamen in neutralita-  
te, ut

A te, ut

te, ut recentes exponunt, sed in fanitate, quæ tamen remissa est.

*μηδὲν ἐπιθροῦναι τῷ σώματι*, idest, nihil proficere corpus, intelligendum est, et quo ad vires, & quo ad carnem. nam qui bene cibatur, impinguari debet, & secundū vires crescere, uel si natura macilentus sit, ad suum gradum deduci, & vires recuperare debet, quæ si non fecerit, infert Hippocrates.

*μολιθρόν*, idest, malum. Nam ut octauo Aphorismo superius exposito dictū est, hunc adeo comedere significatur, ut concoquere non possit, nec in corporis partes distribui, atq; mēbris assimilari quod insumitur, sed in concoctū forte deicitur. Philotheus interrogat propter quid malū sit, respōdetq;: *ἐπειδὴ ἢ ὄρεξις δὲ ἐστὶ τῆς φύσεως ὀφέλλου γὰρ ὑπὸ κατὰ χυμὸς πρὸς τὴν γαστέρα, ὅς ἐπιγείνη μὲν τὴν ὄρεξιν, πλὴν δὲ τῆς φύσεως πείθειται ἢ τὸ σῶμα, ἢ τὸ σῶμα ἢ τὸ σῶμα*, idest, Quoniam appetentia non est secundū naturam. nam acetosus humor circa uentriculum supponitur, qui famem quidem excitat, ueruntamen ob frigiditatem nō coquitur cibus, & hinc corpus non alitur. ut Philotheus eandē ferē huius appetentiæ causam reddat, quæ caninæ appetentiæ pro parte assignatur. Orbasius uerō dicit Malum esse, quia significatur in illo putredinem esse, quæ refici corpus nō permittit, sed totum ad putredinem trahit. Cum de eo qui appetat Galenus aphorismū intelligat, forte illum etiam intelligit Hippocrates, qui bene cibatus sit, etiam si non appetat, sed uel appetat, uel non appetat, si hic mulierum suauis (ut plerumque fit) aut eduliorum uarietate, ac saporū diuersitate allectus, bene cibatur, tamen non proficiat, malum: quoniam significat multos prauos humores adhuc superesse euacuandos. Tamen expositio prima Galenum sequitur.

## G A L E N V S

**O**Portebat & hunc aphorismū, & illū qui sequitur, adiunctū esse illis qui supra scripti sunt. ubi dicebat. Si quis à morbo cibū assumens non corroboratur. In illo igitur aphorismo, pro uerbo bene cibatur, inueniens cibū assumere, de casu aliquid docuit, scilicet non corroborari. Hic uerò cibū assumere cōmune utrisq; seruauit, casum autem uariatiuit, quoddā illis scribens proportionale. Nā nihil corroborari, nihil proficere corpus, similia quodāmodo sunt. Illud em̄ potentię nostrum regētis corpus, hoc uerò ipsius corporis affectus est. Fit uerò hoc, ut scilicet corpus non bene alatur, atq; proficiat, nō nunq; ex potētīę qua ipsū nutritur imbecillitate, nōnunquam autem ex malorum humorum superabundantia.

## B R A S A V O L V S

**PRIMO** docet, hunc aphorismum, & sequentem, octauo huius libri aphorismo iungendos esse.

**SECUNDO** notat, cibum assumere, quod est sua lingua *τροφή λαμβάνειν*, positum esse in octauo aphorismo. In hoc autem loco pro accipere cibum usus est uocabulo *τίοντι*, quod est, bene cibum sumentī: undē in symptomate idē ex aliqua parte docuit, nam dicit, non corroborari. In hoc autem loco, cibum assumere, commune utrisq; seruauit, sed symptoma uariatiuit, tamen posuit quoddam illi proportionale. nam hæc duo, quodāmodo similitudinem habent, nihil corroborari, nihil proficere corpus. nempe corpus quod corroboratur, proficit: quod etiam proficit, corroboratur.

Vbi legitur, pro uerbo bene cibatur, deest particula, nunc dicto. nā Græce adest particula *τῆς οὐκ ἀρρηλίας*.

**TERTIO** Galenus differentiā ponit inter corroborari, & proficere corpus, quāuis unum aliud consequatur. nam corroborari ad potentiā quæ regit naturā corporis pertinet, quæ fortior efficitur. proficere uerò corpus, est affectus quidā ipsius corporis. unde corroborari ad vires pertinere uidetur. proficere ad ipsum corpus. propterea dicit, *τὸ δὲ αὐτὸ τὸ σῶμα ὁδὸς δὲ πάθημα*. i. hoc autē ipsius corporis passio est. s. nihil proficere corpus.

**QUARTO** rationē reddit cur corpus non bene alatur, atq; proficiat. hoc autē potest duplici ratione prouenire: quādoq; prouenit ex imbecillitate potētīę qua corpus nutritur, etenim distribuere non potest, neq; bene partes nutrire, ideo corpus nō proficit, sed ut exile et macilentū est, permanet: altera ratio est ex malorū humorū copia. nā multi mali humores, quicquid insumitur, corrūpunt, itaq; corpus non proficit. Habes igitur, aliā quā esse in hoc aphorismo, & in octauo differentiā, quia in octauo dicebat, nō corroborari

rari

rari, quod potentiā respiciebat, quæ nostrū corpus uiuificat & gubernat. In hoc autē dicit nihil proficere corpus, quod ad ipsū corpus pertinet. est enim corporis πάθημα, i. passio.

## APHORISMVS XXXII

**O**Mnes ferè qui male se habent circa initia bene cibati, nec quicquàm proficientes, circa finem rursus cibum non appetunt. Qui uero circa initia cibum ualde non appetunt, postea bene appetentes, ò melius euadunt.

## BRASAVOLVS

Et hunc aphorismum ex his esse iudicat Galenus, qui ad conualescentes spectant, et octauo huius libri, atque præcedenti iungendum uult. nam conualescentes qui in principijs bene cibantur, id est, appetunt, & cibum assumunt, tamē non proficiunt, quia uires sunt imbecilles, humorum prauorū reliquæ seruantur; propterea quæ assumuntur, non concoquuntur, sed in humorum præexistentiū naturam transeunt. Quare tanta humorum copia exacerbatur, ut uis uentriculi concoctrix ferè amittatur, & os uentriculi obtundatur. Ideo circa finem, & temporis processu non appetunt, sed illi qui è contrario, circa conualescentiæ initia cibum non appetunt, nec ualde comedūt, sed forte parum, hi quæ sumunt, concoquere possunt, postea humores illos resolueret, qui in uentriculo existentes, ne appeterēt, prohibebant. unde temporis processu appetunt, & ideo melius euadunt, quia tunc appetunt cum uires robustiores effectæ sunt, & quando iam prauorum humorum reliquæ in resolutionem iere.

Probat Galenus, aphorismum in conualescentibus intelligi oportere, propter uerbum *ὑπὸ διδόντες*, id est, proficiētes. nam apud Hippocratem, & multos alios, uerbum proficere in melius, de conualescentibus dicitur, & propter hoc in conualescentibus aphorismum intelligit. Philotheus dicit *καὶ ὅπως ἀναληπτικὸς ὁ ἀφορισμός*, id est, & hic aphorismus resumptiuus est. resumuntur uerò, id est, restiuntur uel reparantur soli conualescentes. Orbasius exponit aphorismū ac si iubeat Hippocrates carnibus abstinendum his qui in principio bene assumentes cibum, male se habent. Nobis autem uidentur & aphorismum in morbis ipsis intelligi posse. Imo hodie absque aphorismi consideratione eius sententiā probabamus. Angelum Corrigiariū uirum solertē in ædibus di ui Francisci de quartana febre alloquebar, interim ad nos accessit ingenuus iuuenis Baptista Zaninellus, qui iam per duos menses quartana febre detinebatur, & in principio huius febris nō assumebat cibum, id est, nec appetebat, nec comedebat, nunc autē adeo attenuatæ sunt febres, ut uix perferat, & iam cibū appetere incipit & comedere. Alter uerò est qui à tertio mense hoc eodem febris genere uexatur, à principio autem cibū assumebat, id est, appetebat & comedebat, sed in dies febres uehementiores euadunt, adeo ut iam appetentiā remittatur, hoc quæ in multis experiētia singulis annis uidimus, qui (in quartanis potissimum) in principijs bene appetentes, in peius mutarunt; qui uerò non appetebant, in melius commutarunt. Quare nihil prohibet, Hippocratem in morbis etiam intelligere, hoc modo,

*ὡς τα πολλά πάντες οἱ φάυλως ἔχοντες*, id est, Omnes ferè qui male se habent] id est, qui ægri sunt. uel, secundum Galenum, conualescentes.

*ἢ ἀρχῆς μὴ δυσιπόντες, καὶ μηδὲν ὑπὸ διδόντες*, id est, Secundum principia quidem scilicet ægritudinum, hoc est in ægritudinum principijs bene cibati, hoc est appetentes, & comedentes; & nihil proficientes, id est, & quod hæc cibi sumptio nihil proficiat, uel secundum Galenum intelligere de principio conualescentiæ. Isti

*πρὸς τὸ τέλος πάλιν ἀσιτῶσι*, id est, Circa finem, hoc est prope finem, uel postea, rursus non appetūt. Quia (ut etiam Philotheus dicit) magna humorum copia implentur. *οἱ δὲ ἢ ἀρχῆς ἀσιτῶντες ἰχυρῶς*, id est, Illi uerò qui circa principia cibum ualde non appetunt.] Intellige uerò circa principia ægritudinum, uel, secundum Galenum, circa principia conualescentiæ.

*ἢ τερμὸν δὲ δυσιπόντες*, id est, Sed postea appetunt] in processu scilicet ægritudinis, uel conualescentiæ.

*ἔλαττοι ἀπὸ κλῆροσσι*, idest, melius euadunt. Inā hi facilius sanantur, propterea aphorismum in ægritudinibus ipsi intelligi, nihil prohibet. Imò & Oribasius in ægritudinibus secundam aphorismi partem exponit, inquit, De peracuto loquitur morbo, monens ut in initijs abstineant. Olim enim usq; ad tertium diem nihil dabant medici, unde et Diatrioton dies illi uocatur, sed male id, quia in omnibus ægritudinibus agebāt, & si erat diaria ab intemperie profecta, magis uexabatur ager, exercebaturq; & maius fiebat e paruo. Ergo admonet, ut initio abstineant uehementius, & paulatim se reficiant, atq; sic morbo citius liberabuntur. Imò & ex ipso aphorismi contextu probari potest, in ægritudinibus aphorismū intelligi oportere, nam dicit, circa initia, quod principio morbi aptius applicatur, q̄ principio conualescentiæ, præsertim quia additur, omnes qui male se habent; hoc uerò exponi non debet, idest, qui nondū sunt perfecte sani, sed cōualescunt; quoniā hi nunq̄ dicuntur male se habere. Nec Galeni argumentū cogit nos ut conualescentes intelligamus, quo dicit, uerbū proficere apud Hippocrate & alios dici de cōualescentibus, quoniā & de his etiā qui egri sunt, dicitur. Adde, ultimū aphorismi uerbum *ἀπὸ κλῆροσσι*, idest, euadunt, apud Hippocrate & alios de ægritudine dictū reperitur, à qua ægri liberantur & exeunt. Ex his igitur colligi potest, aphorismum in ægritudinibus intelligi posse, in qua si quis à principio cibū assumat, cum prauis humoribus oppletus sit, adeo crescit ciborū additione, ut uentriculi os obtundentes appetentiā remittant & auferant, isq; in peius proficiat, q̄ ille qui à principio ægritudinis cibum non assumit, nam in hoc humores potius resoluuntur, & à morbo liberantur, & deniq; in integrā appetentiā incurrimus. Itaq; exponentes hunc aphorismū, et à precedente, & ab octauo distinctum facimus. Scito particulā *ὡς τα πολλά*, quā Leoniceus, fere, interpretatur, si alio modo exponatur, quoniā *τὰ πολλά, ἀπὸ τῶν ἀντιπύων* apud authores dici consuevit, alter etiā erit sensus aphorismo assignandus. Tamen cōuenientius est ut pro fere exponatur, quoniā hoc in omnibus non reperitur, sed in aliquibus fallit. nā si intelligamus cōualescentes, quandoq; ita non habet; si uerò ægros, eodem modo. Deniq; & si eos qui in ægritudine sunt intellexerimus, tamen quonq; non taxamus, sed & in cōualescentibus intelligi posse cōcedimus. Tuq; bene considera has particulas, *ἂν σιτίωνται*, idest, bene cibati, *ἀσκήσειν* cibum non appetunt, *ἂν σιτίωνται* bene appetentes, nam in Græca lingua aliud quoddam important, quā hoc modo Latine expressum sit.

## GALENVS

**H**ic etiā aphorismus de his esse dictus uidetur qui ex morbo cōualescunt. Nō p̄fere bene ab initio cibatus nō nutriatur, qua causa hūc subit affectū, ex eadem fit male appetens cibū. Causa uerò ob quā bene ab initio cibati nihil proficiant, est totius corporis uitium cum partiū appetentium uigore; uerum processu tēporis ob cibi multitudinē aucto in toto corpore uitio, ipsum etiā appetendi instrumentū male se habebit: quare inappetentes fient qui prius bene appetebant, quos recte bene cibatos nominauit. Dixerat autem hoc ipsum in precedentibus aphorismis, hoc modo. Si uerò cibum non allimente hoc fiat, scire oportet quod euacuatione indiget. Porro eos qui ab initio male appetūt, adeo ut parum assumant cibi, postea uerò ad cōtrarium transeunt, melius permutari inquit. Hoc uerò ideo euenit natura eo tempore, quo parum cibi assumebant, ipsam quæ causa erat inappetentiæ, dispositionem concoquente.

## BRASAVOLVS

**PRIMO** Galenus aphorismum de conualescentibus intelligi oportere probat, propter uerbum *ἂν σιτίωνται*, idest, proficientes, quo Hippocrates, & multi alij in conualescentibus utuntur.

Vbi legitur, ex eadem fit male appetens cibum, deest particula, rursum, nam Græce legitur *ἂν σιτίωνται ἀπὸ τῶν ἀντιπύων*, idest, ex eadem rursum fit male appetens cibum.

**SECVNDO** rationem ponit, quare bene cibati non proficiant, & est totius corporis uitium, cum partium appetentium uigore, sed per temporis processum appetēdi instrumentū etiā male se habebit, quia ob cibos qui corrumpuntur, obtunditur. Cetera ex se manifesta sunt, si nonnulla ad ampliorem doctrinam annotauerimus.

Vbi

Vbi legitur, Quos recte bene cibatos nominauit, Græce est *καλῶς οὖν δύστέοντας*  
*διόμασεμ.*

Vbi etiam legitur, Adeo ut parum assument cibi: deest particula, omnino, nam Græce est *ὡς πικρὸν ὀλίγα λαμβάνειν*, idest, Adeo ut parum omnino assument cibi.

Vbi legitur, hoc uerò ideo euenit, in nostro antiquo codice est, hoc uerò euenit *συμβαίνει δὲ τῷτο*, in Aldino uerò habetur, *συμβαίνει δὲ τῷτο εἰ τὸναντίον*, idest, hoc uerò euenit, sic contrario.

## APHORISMVS XXXIII

**I**N quouis morbo mente constare, & bene se habere ad illa quæ offeruntur, bonum: contra uero se habere, malum.

## BRASAVOLVS

Nullus est quantūcūq; inexpertus, qui ambigere possit, & in morbis, & extra morbos optimū signum esse, uires siue corporeas. siue ad animum spectantes, esse integras, & inculpatas. Ab Hippocrate in hoc aphorismo duo proponuntur memoriæ mandanda, unum est, in omni morbo mente constare, bonum esse: aliud est, bene se habere ad ea quæ offeruntur, idest, optime ea suscipere, quæ à medico tam de cibis, quàm de medicis portionibus exhibentur, bonum esse. Sicut autem hæc bona sunt, & in omni egritudine laudabilia: ita eorum opposita mala esse iudicare oportet. nam in omni morbo non constare mente, malum est. Et tenim significatur, partē humanarum uirū male affectam esse. Adde si inepte, ofcitater, & incōmode quis in morbo, ea quæ offerūtur, receperit, uel cibi sint, uel medicamēta, malū est. Hæc igitur sit in genere regula, quæ ad prædictionem pertinet, Mente constare, & bene se habere ad illa quæ offeruntur, ægrum fanitati restituendū prædicere possunt, uel saltē esse optima in morbis indicia. E contrario uerò, esse mala & perniciofa. Philotheus hic dicit, *ἡ τοῦ προγνωστικὸς ὁ ἀφορισμὸς, καὶ ἀπὸ τῶν πικρῶν ἐπιπέ τὰς προγνώσεις, τὸ τί σιν ἐγκεφάλου καὶ γαστρὸς*, idest, hic aphorismus præsignificatiuus est, & à nobilioribus partibus prædictiones facit, hoc est cerebro & uentre. De cerebro non est dubium quin sit nobile membrum, De uentre dubitari licet.

*ἢ πικρὸν νόσῳ*, id est, In quouis morbo, de quocūq; morbi genere intelligens, *τὸ ἐξῆρῶδαι τῷ δυνάσειαν*, idest, hoc quod est mēte constare, nōnulli exponūt bene sperare, tamē & si spes in egritudinibus plurimū faciat, hic aliud maius uoluit Hippocrates intelligendū q; sperare. Alij intelligunt, in operationibus animæ bene se habere, & non ledi, quod quidē q; optimum est in omni egritudine. hoc autē exquisitiuū ostendemus. si quid sit mens apud Hippocratē edoceamus. Hippocrates, & Plato circa animā idem sentire uidentur, ut Galenus in libro De placitis Hippocratis & Platonis edocuit. Constat uerò apud Platonem *τῷ δυνάσειαν*, idest, mentē esse illā animæ partē speculatiuam & diuinam, cuius officiū est intelligere, speculari, species perfecte cognoscere. hanc Hammonius præesse dicit ratiocinationi syllogistica. Hoc igitur erit mente constare, idest, intellectiua partem constantē habere: tuncq; constans est, quoties organa, per quæ in nostro corpore agit, bene affecta sunt. nā & si extra corpus absq; organo suis munijs fungatur, in corpore dū est, si organum prauē affectū sit, opere caret suo, hoc igitur est mente constare, qui enim mente non constant, idest, intelligentia carēt, hoc illis inest, ob prauā organorū affectionem, nempe cerebri. Illi uerò mihi summe displicent, qui animæ intellectiua immortalitatem saluare uolentes, ad id cōfugiunt quod organo non indigeat in suo opere, immo dum est in corpore, organo indiget. aliter opus esset, cum aliquis omnes sensus amittit, & in synopim uenit, saltem intelligere, at experientia uidemus quod non intelligunt: propterea nos dicimus, animam immortalem esse, & dum extra corpus est, organo non indigere ad suum opus, quia intelligentiæ similis est. cum uerò in corpore est, in eo habet organa, & sine illis otiaur: propterea organorum affectio animam & mētem afficit. Qui ergo mente constant, cerebrum bene affectum habent, & omne neruorum genus, unde & Philotheus dicit, bonum esse constare mente *ἢ τὸ τὰ πῶδε τὸν ἐγκε*

φαλογ καὶ μιλίγγας, πᾶντί τε νωπία μιν ἐλὼ καὶ διαφραγματι, καὶ ὅλως τὰ νδρῶδ' ἡ μορία, καὶ μάλα ὅσα πλησίον εἰσι τῷ εγκέφαλον, πάντως ὑγίαν σημαίνουσι, idest, Quoniam ea quæ circa cerebrum sunt, & panniculos, & totam spinalē medullam, & septum transversum, & omnino nervosas partes, & præsertim quæcumq; prope cerebrū sunt, omnino sanitatem significare. Oribasij hic cōmentarius, Oribasij non esse offēdit, nam Vergilij & Terentij mentionem facit: & potius uidetur exēplis, Hippocratis sensum male exprimere, q̄ recte interpretari. nā dicit, considerare semper debet medicus, qualis sit ægrotans, aut quibus delectetur rebus, si est religiosus, apponere debet illi diuinā scripturam, si tamen antea hanc amauit; si uerò ludum literariū frequēter, fabulas Vergilij inferere, breues tamen, quæ illum ad furorē non prouocent; si fuerit aduultus, Terentij fabulas & comedias, & inde aliquid illi recensere. Sic enim cognofces an sana mens sit. si enim hæc omnia apte susceperit, tunc & medico se cōmitteret, & quicquid ei offerre uolueris, prompte suscipiet, breuibusq; intelligit, si recte accipiat cibos, mente constare; sin minus, non cōstare. unde apud ipsum, unum solū ab Hippocrate agitur, scilicet edocebit constantiam mentis esse bonam, quæ suaderi potest in aliquo esse, si ad ea quæ offeruntur, bene se habeat. Ipse uerò in suo quem interpretatur aphorismo habet cibum appetere.

καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν, idest, Et bene se habere ad ea quæ offeruntur, bonum. hoc autē est ea non refugere quæ pro uictu dantur, neque illa quæ pro medicis instrumentis exhibentur, ut portiones, medicamenta, catapotia, & non modo non refugere, sed ut decet absque nausea, absque perturbatione, absque aliqua offensione illa sumere. Aphorismum itaque tam quo ad cibos, quàm quo ad medicas portiones intelligo. Si uerò dicas, semper bonum signum non uideri bene se habere ad oblationes, quia in his ægritudinibus, in quibus tenuissimum uictus exhibetur, bene se habere ad illa quæ offeruntur, malum potius uidetur. Immo dicimus esse bonum, non autem esse multa exhibēda, sed satis est, & melius quod ad ea quæ exhibētur, licet pauca sint, bene se habeat. Quod etiā addunt recentes, in hydropē bene se habere ad oblationes malum esse, uanum est. nam semper optimū est ad illa quæ exhiberi debent, bene se habere. Qui uerò bene se habent ad illa quæ offeruntur, necessario naturalia mēbra bene affecta habent, unde & à Philotheo dicitur, hoc esse bonum *ἴσ' ὅτι τὸ πῶς τῶν γαστρίων καὶ ἡπείρου τῶν τε τῶν καρδιῶν, ὁμοίως ὑγία σημαίνουσι*, idest, Quoniam & ea quæ circa uentriculum, & iecur, ipsumq; cor simul sanitatem significant. Oribasius uero dicit, non bene se habere ad ea quæ offeruntur, quia non constat mente.

Recentes in sua antiqua translatione pro eo quod est, constare mente, habent confortari mente, propterea dubium faciunt, malum uideri confortari mente, quia hæc confortatio spiritus dissoluit, & cor dilatat. sed hæc ambiguitas uana est, quia Græcus conu textus dicit *ἰσχυρῶς*, quod est ualere, & bene robustum esse, ac si dixisset, non delirare, quippe deliria ex mala organorum affectione proueniunt. Imò quod addunt, confortari mente esse causam cur non fiant præsidia, absurdissimum est. nam intelligentes, ut diximus, constare mente est causa cur libenter remedia recipiant, & illa uelint; nec unq; in ethica malum signum est constare mente, licet forte malum sit confortari mente.

Si uerò petas, quid melius sit, an mente cōstare; an bene se habere ad illa quæ offeruntur. Dicimus, utriq; significare partes aliquas nostri corporis esse bene affectas: sed qui mente constat, habet nobilissimam partem bene affectam: qui bene se habet ad ea quæ offeruntur, naturales partes integras habet, & in ægritudine melius proficit.

## GALENVS

**N**EQ; cum aliquod bonum dixerit eorum quæ ad corpus attinent, omnino existimandum est ex eo hominem reualiturum, neq; cum malum dixerit, omnino moriturum. nam fieri potest ut bonū signū à maiori malo superetur, & malū à maiori bono uincatur. Tales itaq; enūttiationes audiendæ sunt de eo solo quod dicitur. Dicitur autē q; signū est bonū, quātum in ipso est hoc aliquid, & signū malum, quātum in ipso est hoc aliquid. De morte autē, ac uita oportet omnium signorum uires prius bene perpēdetes, ita pntiari, quæadmodū et ipse in Prognosticis cōsultat; licet et nūc cōstare mēte, et appetitū pmanere, bonū est signū in quouis morbo. Quædā enim nō in omni bona sunt, ut ipse cōsueuit

uit nobis significare, inquit. Spirandi autem facilitatem putare oportet ualde magnam habere uim ad salutem in omnibus morbis acutis. Quod autem constare mente bonum sit signum, ex isto cognoscet: quæ ad cerebrum attinent, atque membranas, & spinalem medullam, nec non & septum transversum, & omnino partes neruofas, quæ præsertim sunt iuxta cerebrum, sana esse omnia significantur ex mentis constantia, sicuti & quæ ad uentrem attinent, & hepar, & cor, ubi adest promptitudo ad illa quæ offeruntur. Cum uero hæc omnia robusta sunt, non parua spes de ægroti salute haberi potest.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus notat, cum apud Hippocratem dictum reperitur, bonum signum, malum signum, non est opus intelligere bonum signum, salutem perpetuo significare; & malum signum, perpetuo mortem. nam bonum signum esse potest, tamen postea magnum aliquod malum simul misceri, quod interficiat. Unde mente constare, simpliciter est bonum signum, ueruntamen aliquis intestinorum difficultatem habere poterit, quæ interficiet. In hac uero difficultate ægri potissimum mente constant, itaque malum signum esse potest, tamen alia bona signa superabunt. unde cum apud antiquos medicos scriptum reperitur, bonum signum, uel malum, hoc intelligendum est quantum sit ratione sui, & ut tale est, non quod alia maiora esse non possint, quæ oppositum ostendant, & ideo cum de morte, aut de uita prædicare uoluerimus, omnia signa sunt simul iungenda, quæ ab Hippocrate in libro Prognosticorum enumerantur, & in ordinem disponuntur.

Quod dicitur, De eo solo quod dicitur ἐκείνους μόνους τὸ λεγομένους, id est, ac si id solū dicitur. SECVNDO ex eo colligitur aliqua esse signa bona in aliquo morbo, aliqua uniuersaliter bona in omni morbo, ut illud, spirandi facilitas est bonum signum in omni morbo, ita & hæc duo signa in omni morbo bona sunt, nam bonum est in omni morbo, bene appetere, & mente constare.

TERTIO per, bene se habere ad illa quæ offeruntur, intelligere uidetur, bene appetere, ideo quo ad cibum Galenus Aphorismum intelligit, & non ampliatur, ut nos fecimus ad illa etiam quæ sunt medicæ potiones, & ad medicamenta, & catapotia, & cætera quæ a medico ægris iniunguntur.

QUARTO notat, quod ex mentis constantia, partes quæ à cerebro dependent, sanæ & illasæ esse cognoscuntur. quæ autem sunt istæ partes, ipse enumerat, primo membranas ponens, & præsertim illas quæ sunt cerebro propinquæ, si hæc lædantur, cerebrum etiã læditur, & is mente non constat. De cerebro propinquis intelligo, quia à cerebro distantes ita facile ipsum ledere non possunt, tamē & denique lædunt. Secundo ponit spinalem medullam, quæ cum fuerit læsa, cerebrum unã leditur, & mēs ipsa, quæ in illo operatur, est uero spinalis medulla, aut cerebri superfuitas, aut eius substantia. Tertio ponit septum transversum, ex quo maximè læditur cerebrum, & in dies uidemus, cum laterales morbi in septo transversum sunt, semper deliria induci, imò cum aliqua affectio est in ipso transversum septo, cerebrum patitur, atque mēs, ideo phrenes, id est, mētes ab antiquis dicitur, ut Galen. quinto De locis affectus lib. cap. tertio ostendit. Denique ac si summam faciat, ponit omnes neruofas partes cerebrum male afficere, & præsertim illas quæ prope cerebrum sunt. nam quæ plurimum distant, illud necessario non afficiunt, & ex consequenti mēs in sua constantia perseverat. Quare omnes enumeratæ partes bene se habent, si mēs constet, hocque semper bonum signum est, & in omni morbo, tamē non impeditur quin etiã mori possit, quauis hæc omnia signa existant, quia ex alia affectione decedere possit, quæ ad aliquam particulam spectaret ex illis quas Galenus enumerauit.

QUINTO notat, promptitudinem ad illa quæ offeruntur, significare multas partes bene se habere, sicuti illæ quæ ad uentrem attinent. nam dicit ἡ γαστήρ, ut totum inferiorem uentrem significet, in quo uentriculus, intestina, & cætera quæ sub septo transversum posita sunt, comprehenduntur, & in quo duæ primæ coctiones fiunt, nam hic non appeteret nisi coctiones probe fierent, numerat etiam iecur, καὶ τὸν καρδίαν, id est, cor, in quo loco intelligi posset os uentriculi, quod antiquiores cor uocabant, quamuis & proprium cor intelligi posset, in quo est concupiscentia, in ore autem uentriculi est, appetentia.

Vbi legitur, Et hepar, & cor, lege & hepar, & cor ipsum. nam Græce est ἡ ἡπαρ, αὐτὸ τὸν καρδίαν.

Cum etiam legitur, ubi adest promptitudo ad illa quæ offeruntur, deest particula ali-



menta, ut legatur, ad illa alimenta quæ offeruntur. nam Græce est *ὅταν ἐπιμοι πλεσ τὰς  
ἄστυων ὡσι πλεσοφράς.*

## APHORISMVS XXXIIII

**I**N morbis minus periclitantur, quorum naturæ aut ætati, aut habitui, aut tem-  
pori magis congruit morbus, quàm quibus secundum nihil istorum congruit.

## BRASAVOLVS

**Q**UANTO magis ægritudines sunt naturæ ægri similes, aut eius ætati, aut eius  
habitui, aut anni tempori, tanto minus dispendij adest, & tanto facilius ægri in sanita-  
tem restituantur. & ratio in promptu est, quia hic morbus est naturæ ægrotantis pro-  
pinquus cum sanus est, ideo facile, & absq; multo momento in sanitatem restituetur, &  
commodius, quàm si ad oppositum lapsus esset, aut multum à natura ægri, cum sanus est  
distans. nam hoc modo in pristinum statum difficilius reducitur. Ita de ætate, atq; alijs  
conditionibus, quas in ordinem ponit, dicere oportet. cum uerò morbus cum nullo  
congruit, idest, nec cum natura, uel ætate, uel habitu, uel tempore, tunc magis pericli-  
tantur ægrotantes. Imò & Hippocrates in libro De hominis natura dicit, sic medicum  
morbis mederi oportet, habita bene cuiusq; quod in corpore pro tempore & eius natu-  
ra uiget, ratione. Sed Orbasius dubitat, si regula est, similia similibus gaudere, &  
calore calori augmento esse, item si ætas calida est, humor calidus, iuuenis calidus, ista  
omnia eocunctia non faciunt à se alienum morbum, sed magis augent calorem. Respon-  
det, omnia hæc simul incidentia non efficere peregrinam ægritudinem, sed secundum  
naturam. nam ætas secundum naturam est, & humor, iuuenisq; in tali regione: sed febris  
quæ naturæ nō conuenit, idest, accidentaria superat omnes res naturales, quia à natura  
recedit. Omne enim quod ex calido est, cito mouetur, & iudicatur. si secundū calorē nō  
fuerit, malum est, ut est iuuenum ægritudo in hyeme & senum in ætate, atq; hi morbi na-  
turæ non conueniunt, qui non in suo tempore ueniunt, nec in propria ætate. hæc Orba-  
sius. Philotheus hic dicit *καὶ ἔτι ἡ ἀφορισμὸς πλεγοσι τὸς ὄσιν*, idest, & hic aphorismus  
prognosticus est, idest, uaticinatorius uel prænuntiatuus.

*Ἐν τῆσι νόσοισιν*, idest, In morbis. Intelligere oportet secundum Galenum de morbis ex  
humoribus factis, non de factis absq; materia, quia morbi absq; materia facti in tempore  
simili, & in ætate simili, & in natura simili crescunt, & peius habent. quamuis simplici-  
ter aphorismus in omni morbo tueri possemus, sed melius est materiales morbos intel-  
ligere, & Hippocrati aptius, & tales, in quos facile eæ naturæ dilabuntur, uel tali tempo-  
re, uel in tali ætate. ut exempli gratia, quod quis æstiuo tempore biliosa febre laboret, est  
morbus proportionatus. quod etiā iuuenis eadem laboret, proportionatus est, sed quod  
senex biliosa febre corripiatur, improportionatus est morbus, & quod in hyeme. unde  
intelligere oportet morbum à materia dependentem, ueruntamen proportionatum.

*Ἡσασιν μινδυδύσασιν*, idest, minus periclitantur. Hoc est uel minus moriūtur, uel minus  
dispendij incidunt, & minus affliguntur: utiturq; particula Minus, ne quis putet nō peri-  
clitari. nam periclitari quidem possunt, sed ob conformitatem rarius fit.

*Ὅς αὖ οἰκον Πύσι*, idest, quorum conuenit naturæ. Si recte Hippocrates exponi  
debeat, opus est intelligere quid per naturam uelit. Superius in primo, ubi dicebat, Ven-  
tres hyeme & uere natura calidissimos esse: natura secundum Galenum pro naturali ca-  
lore accipiebatur. in illo etiam primi libri aphorismo, Concocta medicari, & mouere  
non cruda, Galenus dicit naturam omnium membrorum habere quatuor potentias,  
ubi in alio significato naturam accipit: & in principio libri De seminis genitalis natura,  
quem Galenus Polybi esse iudicat, alio modo naturam accipit. ubi in principio statim  
dicit, lex quidem naturæ cuncta superat. ut autem huic rei finem imponamus, hic secun-  
dum Galenum per naturam temperaturam intellige, quæ ex elementorum miscella  
simul

simul prouenit, ut in toto libro De hominis natura, uocabulum natura accipit. est igitur natura temperies ex elementis resultans, uel complexio, quam si morbus sequatur, minus periclitatur æger: si morbus sit oppositus, magis periclitatur.

Καὶ ἐπὶ ἡλικίᾳ, ideſt, & ætati.] Nam si morbus ætati correspondet, minus periculofus est, quàm si non correspondeat. unde in senioribus acutæ febres propter hanc causam leales sunt, quia sunt ætati improportionatæ, & contra seniorum naturam. unde & à Philotheo dicitur ἐάν ἐν τριᾷκαισικῇ ἡλικίᾳ πριτοῦ ὀρθήται, καὶ ἐν γέροντικῇ, δὴ πᾶσι μὴ φανός ἐστιν τῆ γέροντικῇ ἡλικίᾳ, μάλλον ὑπὸ κίνδυνῳ. δηλοῖ γὰρ ὕψι τῶν, τῶν τῆς ἡλικίᾳ συναφῆναι τὸ ἀπορίχθρον εἶναι, ὥστε δυνάσθαι νικᾶν τὴν ἐκ φλόρας φευκτίωσιν. ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς συναφῆναι, ὅ δὲ ἄλλοτῃ μεγα τὸ ἀπὸ πον. ὑπὸ τὸ ὅμοιον τὴν ἐκτροπὴν ἐπιδείξασθαι, ἢ πρὸς ἀντιθέσιν γίνεσθαι, καὶ μὴ σφοδρῶν εἶναι τὴν ἐκτροπὴν ἐργασζομένου ἀπὸν. ὡς αὐτῶς δὲ καὶ ὑπὸ φούσως καὶ φληγῆσθαι τὸ σάματῳ, καὶ τῆς λοιπῆς εἴρηται. ideſt, Si à uigore tertia fiat & in ultimo senio, quoniam senili ætati incongrua est, magis periculosa est. in his enim, hoc est in abfionis causam fortem esse ostendit, ut que possit uincere contrarietatem quæ ex tempore est, quoniam ex congruis magna causa non ostenditur, quoniam ad similem conuersionem consentit que facile fit: & nisi magna sit causa, conuersionem facit. eodem modo autem & in natura, & in corporis temperatura, & in reliquis dictum est.

Καὶ ἐπὶ ἕξει. ideſt, & habitui.] Per quem habitum corporis habitudinem intelligit, quæ alia res est à temperatura, quamuis temperaturam sequatur. uerum si morbus sit sibi & illi conueniens, minus periclitatur: si dissimilis & improportionatus, magis periclitantur.

Καὶ ἐπὶ ῥεύσει. ideſt, & tempori.] Nam & tempora suos peculiare morbos habent, qui proportionales sunt si in ipsis fiant: si uero alterius naturæ sunt, improportionales erunt & periculofiores. per Tempus uero, anni tempus intelligit.

ἢ ἢ ὅτι ἢ μάλλον ἢ οἷον εἶναι καὶ οἰκείν κατὰ τὸ τῶν ἢ. ideſt, magis congruit morbus, quàm quibus solum nihil istorum congruit, uel proprius est, ob causas superius dictas.

Theodorus, atq; Leonicensium hunc Aphorismum intelligunt, ac si omnes hæc partes ab Hippocrate per distinctionem positæ sint, cum tamen semper copulatione utatur. Id diximus, quia non solum aphorismus singulatim intelligendus est: ut quod morbus naturæ congruat, & non ætati, tempori, & habitui: uel tempori competat, & non ætati, naturæ, habitui: uel habitui competat, & non ætati, naturæ, tempori: sed morbum omnibus conuenire intelligendum est, & naturæ inquam, & tempori, & ætati, & habitui. nam hic morbus tutior est, quàm is in quo hæc non conueniunt, uel unum, uel plura sint: quantoq; plura conueniunt, tanto morbus est tutior. tanto autem periculofior est, quanto pauciora conueniunt. Si uero petas quid præ cæteris spectandum sit, Respondebimus, naturam ipsam, ideſt, temperamentum. quia alia & si non nihil faciant, tamen ita recte spectanda non sunt, ut ipsa natura, quamuis nec alia despiceret oporteat: & si hic Hippocrates hæc quatuor solum enuumerauerit, naturam, ætatem, habitum, & tempus. nos regionem addere debemus, exercitium, cibos, & reliqua, quæ quandoque peculiare ægritudines habent. Possent etiam huic aphorismo alter sensus condonari, cum in diuersis ætatibus natura, ideſt, temperamentum immutetur, & in diuersis temporibus idem temperamentum immutetur, & secundum diuersas habitudines quas habet corpus, natura immutetur. propterea dicere possemus, naturam determinare ætatem, habitum, & tempus, hoc modo: ægri minus periclitantur, quorum morbus nature ætatis congruit, aut nature habitus, aut nature temporis: ut natura hæc omnia determinet. Ad Aphorismum igitur redeuntes, qui natura calidus est, & in ætate calida, morbos calidos facilius incurrit, qui & facilius curantur. frigidum uero morbi in prædictis distantibus difficiliter imprimuntur, & impressi difficiliter sanantur, quia hi maiorem distantiam habent, si reduci debeant, quando reducuntur, quàm illi habeant qui ad similes qualitates lapsi sunt. nempe qui ad similes qualitates lapsi sunt parum distant. Cum uero hæc dicimus, semper sano modo intelligimus. nam ad similes qualitates non esset facilius lapsus, si æger per longum spatium in similes qualitates dilaberetur. Alter uero per breuem & paucam distantiam in oppositas qualitates transfret. Ideo opus est æqualem distantiam ad similes qualitates, & ad oppositas facere,

tuncq;

tuncq; periculosius est ad dissimiles qualitates dilabi. Intellego autem eorundem graduum in numero similitudinis & dissimilitudinis, ut si in quatuor gradus ad similes qualitates cadat, in quatuor etiam ad dissimiles labatur. hoc diximus, quia medium inueniri posset, in quo gradus similis ad gradus dissimilis lapsus proportionem haberent, ut si similis sit ad quatuor, dissimilis ad duo, poterunt esse æque facilia ad expellendum: tamen simpliciter morbus qui ad similes qualitates uergit secundum naturam uel ætatem minus periculosus est, quia est morbus his rebus proportionem habens, licet gradus quidam inueniri possit, qui ad expellendum eandem facilitatē habeat.

## GALENVS

**C**VM natura multis dicatur modis, audiendum apud ipsum iuxta illud significatum, quo in multis alijs locis usus est, & in toto libro De natura hominis, in quo eam quæ fit ex primis elementis temperaturam, naturam nominat, ac si ita diceret. In morbis minus periclitantur quorum optimæ corporis temperaturæ, uel ei quæ uel ratione ætatis, aut habitus, aut temporis superuenit, magis congruit morbus quam quibus secundum nihil istorum congruit. Calidæ enim naturæ, & ætati, & habitui, & temporis, & anni constitutioni, ac regioni morbi calidiores sunt congruentes. Frigidioribus uero frigidiores, eadem ratione & siccioribus sicciores, & humidioribus humidiores. Contrarium autem à Diocle dictum est, & in libro De septimanis, cuius autores opinantur, incitari quidem à similibus morbos, solui uero à contrarijs, quoniam & ab ipso Hippocrate scriptum est, contrarijs morbis contraria esse remedia. Putant igitur febrem ardentem factam hiberno tempore facilius posse sanari, ea quæ fit in æstate: non aduertentes quod uehemens dispositio causa est, ut febris ardens hyeme fiat, neq; enim ab initio facta fuisset, nisi causa potentior temporis contrarietatem superasset. Cum igitur anni tempus cohibere non possit causæ magnitudinem, cum tamen habeat sanitatem sibi suffragantem, multo minus morbo iam facto superauerit, non assistente sanitatis robore. Sed & hoc est ipsa experientia compertum. Nam duarum febrium ardentium magnitudine parium, illa quæ aduenit hyeme est perniciosissima: sicuti quando in calidiori temporis constitutione ortum habuerit, subita autem ad frigus mutatio facta fuerit, non parum iuuatur hæc febris ardens ab ambientis aeris frigiditate, cum hæc ipsi utraq; bona insint. Prima quidem temporis constitutio, in qua morbus factus est tanquam signum, altera uero in qua solutus est tanquam causa. Hæc igitur omnia magis attestantur, & non aduersantur sententiæ aphorismi, sicuti neq; illud quod raucedines, & grauedines, in ualde senibus non concoquuntur. Atqui hæc passiones senili ætati maximè congruunt. Primum & enim non idem est quod aliquid non concoquatur, & quod sit periculosum. Deinde quod non simpliciter senes nominauit, sed cum adiectione, ualde. Omnia enim in his sunt periculosa ob uirium imbecillitatem. Sed neq; illud quod scribitur in primo Epidemiarum, & maximè moriebantur quibus natura uergebat ad phthisim, his quæ dicta sunt aduersatur. Neq; enim eam quæ fit ex elementis nunc dixit temperaturam, sed corporis formam. Est enim ubi & hanc naturam nominant, & sicuti uerum est, calidam temperaturam minus in morbis calidis periclitari, ita qui angustum pectus habent, non solum magis incidere in phthisim, sed etiam ubi incidere, periclitari. Nonnulli quidem qui aphorismos exposuerunt, talibus decepti suasionibus, illum congruere naturæ ægrotantis morbum dixerunt, qui sit temperatura contrarius, quasi aptior esse diceretur, multum, ut ostendimus, & à ueritate ipsa, & ab Hippocratis sententia deerrantes.

## BRASAVOLVS

**PRIMO** Galenus docet, hic per naturam Hippocratem temperaturam intelligere, ut in toto libro De humana natura fecit, & alibi frequenter. est uero temperatura ea quæ ex primis elementis in nostro corpore constitutis resultat.

Vbi legitur, Audiendum apud ipsum, deest uerbum, nunc, nec legendum est, apud ipsum, sed ipsa scilicet natura. nam Græce habetur ἀκρίτων νῦν ἐστὶν αὐτῆ, idest, audienda nunc ipsa est.

Vbi etiam legitur, uel ei quæ uel ratione ætatis, legi debet, uel ei quæ nunc. nam Græce ita legitur, καὶ ἢ νῦν ἐστὶ τῶν ἀλικίων, ἢ τῶν ἔξιν, ἢ τῶν ἄρων, idest, & ei quæ nunc ratione

ratione ætatis, uel habitus, uel temporis, huius uero partis sensus est, quilibet homo primam temperaturam habet, quæ mutatur ratione ætatis, ratione habitus, ratione temporis. Ideo hic erit sensus, minus periclitantur quorū primæ corporis temperaturæ magis congruit morbus, & si non primæ temperaturæ, saltem ei quæ nunc, idest, hoc tempore in hoc corpore est, quæ est uel ratione ætatis, nam ætas immutat, uel ratione habitus, uel ratione temporis. nam hæc immutant. unde Galenus de prima temperatura agit, quæ à poris. Leoniceus uero omisit illam particulam *uñ*, idest, nunc, uel forte in suo codice aberrat, quæ tamen in sensu perfectionem facit.

SECUNDO ad res ipsas particulariter descendit, inquit, calidis naturis, in temperatis calidis, in habitu calido, in ætate calida morbos calidos conuenire: frigidis frigidis, humidis humidos, & siccis siccos.

TERTIO Dioclis opinionem adducit, qui in tertio libro De septimanis oppositum dicit. uult enim morbos fieri maiores qui sunt similes, & periculosiores, minus autem periculosos qui dissimiles, & suam rationem ex Hippocratico principio sumebat, quod est contraria contrarijs curari. Ideo si lapsus sit ad dissimile, facilius curari. nam si quis acuta febre hyeme laboret, is minus periclitatur, quàm si quis eadem, æstate laboret. Galenus uero Dioclem reprehendit, quoniam non esset facta in hyeme hæc febris nisi causa uehemens fuisset. Cum igitur hyems tam uehementem febrem cohibere non potuerit, tanto minus factum iam morbum euincere poterit, non existente sanitatis robore. præterea experimento edocemur, lapsus in dissimilia esse periculosiores, & febres ardentes hyeme magis periculosas esse: nosq; quotidie uidemus, acutas febres hyeme ut plurimum interimere, æstate autem non interimere. Infert igitur Galenus, si duæ ardentes febres accipiantur, magnitudine pares, & una hyeme, altera æstate fiat: illa quæ hyeme superuenit, periculosissima est, quæ uero æstate, minime. Siq; frigus æstate fiat (ut quandoq; contingit) huic febrī prodest, quia duo bona habet: primo bonum signum, quia in proportionali tempore facta est: deinde bonam causam, quia frigus habet, quod calorem extinguit. Nec ualet quod hyeme ob maiorem frigiditatem facilius sanari deberet, quoniam corpus hyeme dissilari non potest, & morbus est tempori improporcionatus, qui non fit, nisi à forti causa. & quod superius de estiuâ quartana dictum est, huic sententiæ non opponitur, nam dictum est, quartanam æstate breuiorem esse, quæ tamen ob temporis improporcionem longior esse deberet. Nos omnino fatemur esse tempori improporcionatam, tamē æstiuus calor dissilare facit corpus, atq; humores attenuat, quod non facit hyemis frigiditas, quæ adstringit potius, & humores ueluti sopitos seruat.

Quod legitur, Cuius autores opinantur, Græce est *ὑπολαβόντων, ὡς εἰρηται, ἢ γὰρ ἀνταρῶν αὐτῶν αὐτῶν*, idest, opinantibus, ut dictum est, uiris qui scripserunt ipsa.

Quod etiam legitur, Non aduertentes quod uehemens dispositio, Græce est, *ἐκείτ' ἄγνωστον, ὡς ὑπὸ μεγίστη διαθεσί, idest, Non adhuc aduertetes, quod uehemens dispositio, in maxima dispositione.*

Quod etiam legitur, cum igitur anni tempus cohibere non possit, lege non potuerit, si uero petas quomodo ex illis duobus bonis, primū sit tanquam signum, Respondemus, fuisse tanquam signum significans causam non fuisse multum potentem.

Quod etiam legitur, Cum tamen habeat sanitatem sibi suffragantem, lege in infinitiuo habere.

QUARTO subiungit, hunc Aphorismum illi communi propositioni, contraria contrarijs curari, imò illam magis adiuuare, & ueritatem adiungere: adducitq; alios aphorismos ad hoc propositum, ut ille est, Raucedines & grauedines, in senioribus concoctionem non admittunt. uideturq; argumentari pro Diocle, raucedines & grauedines in senioribus non concoquuntur: tamen hæc ægritudines sunt peculiare & propriæ ipsis senibus. Igitur aliqua sunt periculosa, quæ sunt propria.

Galenus huic argumento respondet: Primo hæc duo non esse idem, non concoqui, & esse periculosum: imò deo & si dixerit non concoqui, tamē non dixit esse periculosum. Secundo respondet, etiā concessio quod hæc dispositiones sint periculosæ quamuis sint propriæ, sed intellige quod non sunt periculosæ per se, & ut proportionata, sed ob ætatem in qua sunt periculo,

periculosa. nam dicit in ualde senibus: sed ualde senes, uires habent imbecillas, ideo omnia in senioribus sunt periculosa, uel proportionalia, uel impropotionalia sint, & hoc ob uirium imbecillitatem. Tamen impropotionalis morbos proportionalibus comparantes, fateretur impropotionalis in his esse periculosiores, quamuis simpliciter ob uirium imbecillitatem omnes morbi in ualde senibus periculosi sint.

Quod legitur, atq; hæc passiones senili ætati maximè cōgruunt, in nostro antiquo codice dupliciter legitur, in prima lectione καὶ ἡ γὰρ οἰκία πᾶσι γεροντικῆς ἡλικίας ὄντα, in secunda uero lectionem καὶ ἡ γὰρ οἰκία πᾶσι φησὶν γρόντων ἡλικίας ὄντα.

Quod etiā legitur, senes nominauit, Græce est ἐρεῖδι εὖ προεβύτας, idest, senes dixit. QVINTO Galenus argumentum aliud remouet, nam ab Hippocrate primo Epidemiorum dicitur, Et maximè moriebantur quibus natura uergebat ad phthisim, quos sua lingua uocat φθινῶδες. Igitur secundum naturam morbus periculosior est, si illi moriebantur, quibus natura uergebat ad phthisim, tamē morbū, secundum suam naturā habebant. Galenus respondet, in primo Epidemiorum non intelligere Hippocratem per naturam, temperaturam, sed corporis formam: hic uero intelligit formam corporis, extrinsecam figuram, ut habere procerum collum, & gracile, atq; similia, non autē formā, idest, intrinsecam formam, quæ est anima, licet ipse uelit animam uel temperaturā esse, uel nihil ex temperatura resultans. unde infert, sicuti calida temperatura in morbis calidis minus periculosa est, ita qui angustum pectus habent, non solum magis incidunt phthisim, sed etiam ubi inciderint, facilius periclitantur. Ex quibus uidere licet, quod per naturam, formam intelligat, ut habere angustum pectus, oblongum collum atq; gracile.

Deniq; Galenus refert, ex prædictis ratiunculis quosdam aphorismorum interpretes esse deceptos, uolentes morbum naturæ ægrotantis oppositum esse morbum congruentem, & illi proportionatum: eum uero, qui sit similis, impropotionalatum; quos tamen dicit à ueritate deuiare.

Quod legitur, Quasi aptior, in neutro legi debet quasi aptius, & quod dicit ostendimus, Græce est, ὡς διδάκτω, idest, ut ostensum est.

## APHORISMVS XXXV

**I**N quouis morbo partes ad umbilicum, & inum uentrem attinentes, crassitudinem habere melius est. Multum uero extenuari, ac contabescere, prauum. Sed & hoc quoq; ad inferiores purgationes, periculosum.

## BRASAVOLVS

HIC Aphorismus & in hominum cōstitutione, & in eorundem dissolutione, quæ ex ægritudine fit, intelligi potest. In naturali dispositione cum quis ægrotauerit, partes ad umbilicum atq; inum uentrē attinentes naturaliter crassas habere, bonum est, & melius, quam si eas tenues & ferè tabidas habuerit, nam hoc malum est. etenim qui illas partes crassas habet atq; robustas, calorem etiam naturalem uehementem habet, atq; uim concoctricem perfectiorem, & naturalis calor intensius reflectitur. Si uero hæc partes tenues sint, oppositum contingit, nam neq; calor naturalis uehemens est, neq; uis concoctrix perfecta esse potest, neq; calor naturalis intense reflectitur, ideo hoc malum est, sed ad eius malitiam illud facit, quod hic habitus ualde periculosus est ad purgationes quæ per inferiora fiunt. hic est aphorismi sensus, si illum in naturali dispositione intellexerimus. Si uero de dissolutione quæ fit per ægritudinem, intelligere uelimus, alter sensus erit, hic scilicet: in quocumq; morbo partes ad umbilicum, & inum uentrem attinentes, in sua crassitie permanere bonum est, & melius quam si multum extenuentur, & contabescant. nam si in eodem statu permanent, signum est, naturam optime morbum ferre, & illarum partium uires in suis operationibus perseuerare, nec morbum adeo acutum esse ut primo aspectu forte uidetur, si uero ex uis ægritudinis extenuentur, & contabescant, signum est non resistere febrili calori, & uires earum deperdi. Imò adde, quod hoc etiam incommo-

incommodi habetur, quod ad inferiores purgationes ineptæ fiunt, quippe periculum est illis partibus euacuatis per inferiora purgare corpora. nam resoluuntur, & iam resolutæ sunt. hi duo sensus aphorismo quàm optime quadrant, tamen pars prima de naturali consistentiâ intelligere uidetur. Secunda uero de ea tenuitate, quæ ex egritudine fit, tamen utrunq; utriq; facile iungi potest, & accommodari. Hoc est unum ex illis signis quæ semper bona sunt in omni morbo, & quæ semper mala. nam hi decipiuntur qui dicunt non esse semper bonum, has partes in quocunq; morbo esse crassas, cum in hydrope bonum non iudicent has partes crassas esse, sed hi re uera non intelligunt quid sit, habere has partes crassas, & quid sint hæ partes, ut deinde uidebimus. Deridendi præterea sunt cum addunt, non esse semper malum eas partes extenuari, cum non sit malum in hydrope; imò non sanantur nisi extenuentur. At ignorant quid sit extenuari has partes, imò & in hydrope bonum est habere has partes crassas atq; robustas, & malum habere tenues & imbecillas. Philotheus dicit, *ἔτ' ὁ σιμειωλὸς ὁ ἀφορισμὸς, σὴν πει γν.* idest, hic aphorismus significatiuus est, speculatur enim.

*Ἐν πάσι μοι τῶν νόσων*, idest, In omnibus morbis. Quia simpliciter loquentes in omni morbo primum est bonum (uel primam uel secundam expositionem sequamur) & secundum est malum, quamuis in nostro antiquo codice & in Aldino scriptum sit, *ἢ πάσι νόσων*, idest, in omni morbo.

*τὰ πρὸ τοῦ ὀμφαλοῦ καὶ τὸ ἦτρον πᾶσι χεῖν, βέλτιόν ἐστι*, idest, partes circa umbilicum & ium uentrem attinentes crassitudinem habere melius est. Intelligit uero per has partes totum id quod continetur à septo transuerso usq; ad penem. hanc uero partem Galenus, & Græci omnes *γαστέρα* uocant, cuius tres partes facit Galenus, *ὑποχόνδριον, πρὸ τοῦ ὀμφαλοῦ, καὶ ἦτρον*, idest, præcordium, & ea quæ sunt circa umbilicum, & pubem. Leoniceus mire decipitur. nam in huius aphorismi commentatione, & alibi semper uertit *ὑποχόνδριον*, idest, Ilium, sed constat illa esse sub hypochondrijs. *ὑποχόνδρια* uero à Celfo dici præcordia. & quod hic Leoniceus dicit ium uentrem, exponens illam perticulam *ἦτρον*, Celsus pubem uertit, nam libro secundo, capite quarto de malis signis ægrotantium loquens dicit, malum signum esse cutem circa umbilicum, & pubem macram. Ut autem de his partibus parum elucubratus loquamur, scire oportet, in inferiori uentre in quo uentriculus, iecur, lien, intestina, Mesenterium, renes, uesica, atque uterus continentur, cauitas est, quæ omnia hæc capit, & carnosum quodam ex musculis, pelliculis, & cute contexto intrinsecas partes tegente coambitur, à cingulo incipientes usq; ad penem & pudenda; tota hæc pars à græcis *γάστρ*, à nostris aluus & uenter, ab Arabibus Myrach nuncupatur. est autem cingulum, os sub costis, quod est ultimum sterni; sternum uero est sub pectore, ubi sunt mammae, & pertingit usque ad cingulum, & ibi quoque est malum punicum uel granatum, quod pertingit ad uentriculum, & os *φισσίδες* ibi finit. Ab hac igitur parte quæ sub costis est, usq; ad pudenda, totum quod interiacet aluus, uenter, *γάστρ*, & Myrach uocatur. hæc pars in duas diuiditur, in illam quæ est sub umbilico quæ *ὑπογάστριον* dicitur, & in illam quæ est supra umbilicum quæ *ὑπεργάστριον* nuncupatur. Umbilicus uero qui in medio est, *ὀμφαλ* dicitur, partem habet mediam, *ἀερομφάλιον* uocatur: & pellis illa, quæ umbilicum circumdat, à latinis uetula, à græcis *χεῖν* appellatur. pars supra umbilicum dicta *ὑπεργάστριον*, *ὑποχόνδρια*, idest, præcordia complectitur, dexterum scilicet & sinistrum, & in medio uentriculi fundum, quod os uentriculi recentes uocant, cum tamen os non sit, sed fundus. sub umbilico usq; ad pudenda, *ὑπογάστριον* est, idest, subuenter. pars illa, quæ statim subiacet umbilico *ἦτρον* dicitur sumen & abdomen. pars uero quæ pilis inhorrescit pubes & pecten. *ἦτρον* enim Polluci est uenter ab umbilico usq; ad pubem. Gaza abdomen interpretatur, quamuis Celsus uisus sit *ἦτρον* pubem interpretari, hæc proprie dicta sint. In his uero omnibus partibus Hippocratem intelligo, bonum esse si crassæ sint. quamuis satis esset partes *ὑπεργαστρίας*, idest, superioris uentris esse tales, in quibus sunt iecur, lien, & uentriculus, quæ sunt partes, in quibus coctiones perficiuntur. Inferiores uero partes si crassæ sint, bonum est, saltem ob inferiores purgationes, quæ tunc facilius fieri possunt, & absq; noxa. Scito etiam, crassitudinem de qua hic sermo fit, esse crassitudinem carnosam. quoniam cum illæ partes ob multam pinguedinem (quæ suapte natura

frigida est) crasse sunt, non ita adiuvant coctiones, quamvis minus malum sit habere crassitudinem pinguem, quam tenuitatē; quoniā tenuitas est coctioni contraria, crassitudo autem ex pinguedine saltem intus calorem repercutit, qui uehementior redditus perfectius concoquit. Philotheus & ipse aluum in tres partes iam enumeratas diuidit, inquit *ἰσίου δὲ ὅτι τὸ σύμπαν μέρϑ τὸ ἀπὸ τῶ ξιφοειδῶς χόνδρος μέχρι τῶν ῥιήβης ὁσίων εἰς τρία διαρείτ, ἢ τὰ μὲν αὐω αὐτῶ κελόντῃ ἄπο χόνδρια, τὰ δὲ μείλα τὰ πῶδι τὸν ὄμφαλον, τὰ ἰ τὰ λδνταία ἦτρον. ἢ πᾶσιν ἐν νοσήμασι, τὰ πῶδι τὸν ὄμφαλον, ἢ τὸ ἦτρον, πᾶχϑ ἔχειν βελπίον ὄσι, πῶς τὸ πᾶχος γὰρ ἦν ἰδιουκιδίων σωμάτων ὠφελείται θαλάπωμα, καὶ ἢ πῶς τῶτων κελῶς γινεταί, καὶ τὰς κεδάρισσι καλίου ἄσφρηπῶσιν ἰχυρά, idest, sciendum uero quod tota pars à charitagine xiphoidē usq; ad ossa pubis in tres partes diuiditur, & quę in ipsa supra sunt, precordia uocantur. Quę autem media, partes circa umbilicum; quę uero in fine, imus uenter. In omnibus igitur morbis ea quę circa umbilicum & imum uentris sunt, crassitudinem habere melius est. A crassitie enim subiectorum corporum tepefacta adiuvantur, & horum coctio bene fit, & expurgationibus melius seruiunt robusta.*

Oribasius Aphorismum intelligit de partibus ob ægritudinem extenuatis, & quę in ipsa ægritudine nō extenuentur. nam dicit, Hippocrates dum umbilicum nominat, media corporis nobis ostendit, hoc est, à parte totum. si quis ergo multo tempore coniectus ægritudine, media pleniora habuerit, quale signum est: Scias malum non esse, quoniā illic hepar, stomachus, & cor est, illic operationes obeunt nature. Quę dum omnia sana fuerint, quicquid accipitur, cito concoquitur, & nutrimentum nature ministratur, & quamuis longa fuerit ægritudo, extenuata corpora non sunt, si uitalia & nutrimentalia bene habeant. Hęc Oribasius, in quibus uides ipsum loqui de eo qui in ægritudine etiā longa partes prædictas crassas seruet.

*τὸ δὲ σφόδρα λεπτόν, idest, hoc autem quod est multū tenue.* Idest, si quis habuerit has partes multum extenuatas, malum est. & bene addit, multum extenuatas, quia si parum extenuatas haberet non esset malum, imò in ægritudine si non extenuantur est malum, tamen multum extenuari nō debent, quia hæc multa extenuatio uirium imbecillitatem significat, si uero non extenuantur, morbi longitudo significatur. & ut tenuitatem illam quę malum significat, uehementius exprimeret, addit,

*καὶ ἐκταπνός, idest, & contabefactum.* Vt innuat, multū uero extenuari, imò adeo ut contabescere uideantur, *μόχθηρον, idest, malum est,* quia illarum partium imbecillitas & resolutio significatur, & consequenter subiectarum partium: quę sunt, uenter, iecur, lien. unde Oribasius dicit: si uero extenuatum corpus fuerit, ueluti quibusdam subiect stomachus, ita ut spina & uenter unum sint, malum est, testaturq; non longum uitę spatium superesse, quia omnia extenuata sunt: & tum, quod nutrimentū non datur corpori afficiuntur simul principalia membra, unde non uitę, sed potius mortis erit expectatio. Hęc Oribasius. Philotheus uero dicit hoc esse malū *ἢ τὰς ῥιαντίας ἀτίας, idest, propter contrarias causas.*

*Ἐπσοφαλῆς δὲ τὸ ποῖτον καὶ πῶς τὰς κᾶτω κεδάρισιας, idest, periculosum autem & hoc ad inferiores purgationes.* Quoniā illarum partium densitas atq; crassities medicamenta facilius tolerat, nam omnia medicamenta potentia calida sunt, imò & ualde calida, Galeno teste: propterea si illę partes graciles sint, facile est ut adhuc magis gracilescant ob medicamenti uim, & si graciles partes à flatu extendantur, facilius læduntur quàm crassę, & præterea si tormina contingant, à crassis facilius quàm à tenuibus hypogastrij partibus feruntur.

Scitoq; ad inferiores purgationes, additū esse, quoniā hæc partes ad purgationes superiores, aut nihil aut parū faciūt, nisi quis de uentriculo dixerit, quod multū facit ad purgationem per uomitū, sed dicendū est, uentriculū id genus euacuationis etiā ferre, quāuis partes superiores tenues sint, tamen simpliciter illas partes semper esse crassas melius est. nā & in uomitu illa multū defatigantur, ut unicuiq; certum est qui experiri tentet: propterea partes illas crassas esse bonum est, non tamen adeo necessariū, ut in illa euacuatione quę per inferiores partes fit: in hac enim euacuatione per has partes fit, & inepte fit si sint imbecilles. sunt autem imbecilles, si tenues fuerint. si uero crassę robustiores. At in euacuatione per uomitum his partibus nō indigemus, nisi quia per compassionē ad uomitū

ad uomitus motum excitantur. Philotheus alio modo huic dubio satisfacit (si id quod dicit sit satisfacere) inquit enim *εἰ δὲ τις εἴποι, ἢ τὴν μὴ κατὰ φύσιν ἀποφάσεις εἶναι τοῖς ὄπας διακειμένοις, λέγοντι ὅτι καθεὶς αὐτὰς πᾶσι λήπτω*, idest, si uero quis dixerit, propter quid superiores purgationes non dixit, periculose sunt ita dispositis? Dicimus quod ipsas prætermisit tanquam manifestas. Idemq; dicit Galenus.

## GALENVS

**P**ARTES omnes quæ ad epigastrium, idest, locū supra uentrem attinent, omni uacare dispositione, quæ sit præter naturam, oportere, est manifestum. Et hoc in Prognostico dictum fuit, ubi his utitur uerbis, Illa optimum est absque dolore esse, & mollia, & æqualia. sed ex his ipsis quædam sunt tenuiora, quædam crassiora, de quibus nunc sermone habet. Quæcunque quidem crassiora sunt hæc meliora esse inquit. Quæcunque uero tenuia, mala. Et tanquam signa uidelicet, & tanquam causæ. Signa enim sunt partium quæ contabuerunt imbecillitatis. Causæ uero, quod coctio bona non fiat in uentre ciborum, neq; sanguificatio in hepate. Etenim membrum utrunq; à crassitudine dictorum corporum cōcalescitur iuuatur. Tantum igitur ubi contabere offenduntur eorum operationes, quantum integris ipsis iuuabantur. Quod autem earum quas diximus partium tenuitas ad inferiores purgationes sit periculosa, manifestum. Oportet enim omnia quæ sunt infra thoracem esse robusta, ut bene purgationibus seruiant, alioquin magna incommoda patiuntur. Cur autem de solis inferioribus purgationibus fecerit mentionem, dignum est quaerere. Superiores enim, hoc est per uomitum, his qui ita affecti sunt, periculose. An has quidem tanquā manifestas prætermisit, illarum uero comeminit, ut de quibus magis posset dubitari? Imum autem uentrem proprie nominat, & appellat partem uentris imam, quæ umbilicum, ac pudenda interiacet. Ita ut in hæc tria totum epigastrium, idest locus supra uentrem, diuidatur, in hypochondrium, idest illa, & umbilicum attinentia, & uentrem imum.

## BRASAVOLVS

**PRIMO** Galenus docet, partes quæ ad epigastrium sunt, nullam habere præter naturam dispositionem oportere, quod ex Hippocrate ostēdit, qui in Prædictionum libro dicit, Optimum esse, *ὑποχόνδρια*, idest, præcordia nec dolere, & mollia & æqualia esse. dura uero esse dupliciter contingit, uel quia musculi ipsi duri sunt, uel partes sub musculis, idest, iecur, & lien. propterea Hippocrates dicit debere esse mollia, idest, non dura. si uero naturaliter dura sint, idest, fortia, robusta, atq; crassa, bonū est. Sed hoc durum pro crasso & firmo atq; robusto, non opponitur molli, de quo ibi loquitur Hippocrates.

Scito & hic & ubiq; Leoniceum interpretari uocabulum *ὑποχόνδριον*, idest, illa, sed tu semper dic præcordia, ut Celsus facit.

**SECUNDO** docet, esse bonum ex parte signi & ex parte causæ, quod scilicet partes sint crassæ: est etiam malum ex parte signi, & ex parte causæ si sint tenues: ex parte causæ quia in uentriculo coctio bona non fit, in quo cibi coquuntur, neque bona sanguificatio quæ in iecore fit, sed in condensis & crassis partibus, & bona uentriculi coctio fit, & iecoris, ex parte signi, quia partium quæ extenuantur, imbecillitatem significant, sicuti crassities fortitudinem ostendit.

Vbi legitur, Tantum igitur ubi contabere, offenduntur eorum operationes, Græce est, *ποσόνον ἐν ἐνός ὄσιν ἐκτακόντων αὐτῶν βλάπτειται τὰς ὑπερβίας*, idest, tantum igitur ubi contabere, offendi decens est eorum operationes.

Quod statim sequitur, Quantum integris ipsis iuuabantur, Græce est *ὅσον ὑγιανόντων ὠφελεῖται*, uel *ὠφελούται*, idest, quantum salubribus ipsis iuari.

**TERTIO** docet, omnia quæ sunt sub thorace, debere esse robusta, ut purgationibus bene seruiant. aliter magna incommoda patiuntur, nempe & diu retinetur medicamentum, & intumescunt partes, & à medicamentorum tenuitate magis resoluuntur, atq; attenuantur. hæc uero non conueniunt, si illæ partes crassæ, atq; densæ fuerint.

**QUARTO** dubitat cur de solis inferioribus purgationibus mentionem fecerit. nam & purgationes quæ per uomitum fiunt, si illæ, partes tenues sint periculose extant. Ga-



lenus respondet, Hippocratem has prætermisisse tanquam manifestas, & adde, hoc dictum esse, quia ad inferiores magis necessariae sunt, quamuis & superiores aliquam necessitatem habeant, sed ad inferiores magis. nam per has partes & medicamentum & omnes humores transeunt, ad superiores uero solus uentriculus per se agit, & illa simul compatiuntur: quamuis Galenus uideatur potius inferre, in uomitu nullum esse dubium illas partes debere esse robustas, sed in interna purgatione posse esse dubium. imò & addamus, Hippocrate dixisse per inferiores purgationes, quia ut plurimum medicamenta dantur ut per inferiores partes purgationes fiant, raro dantur ut per superiores purgentur. quamuis per purgationes ita intelligendae sint naturales & spontanea, quae sine arte, sed suapte natura fiunt, sicuti & artificiales: sed artificiales potissimum intelligere oportet, cum quibus medicamento uis iuncta est, quae tenues partes resoluit, & imbecilliores efficit.

Vbi legitur, superiores enim hoc est per uomitum. lege, superiores etenim hoc est per uomitum.

QUINTO docet quid intelligendum sit per *ἄτρον*, inquit significari partem quae inter umbilicum & pudenda interiacet. & hoc merito fecit, quia id uocabulum *ἄτρον* quandoque reperitur pro pube acceptum, quandoque pro abdomine, id est, parte ab umbilico ad pubem: sed Galenus uult nunc ab Hippocrate accipi pro tota illa parte, quae inter umbilicum & pudenda interiacet, quae simul abdomen, & pubem complectitur, hancque partem & Theodorus & Leoniceus imum uentrem rationabiliter appellant: tamen nobis uidetur non ab re esse si interpretemur *ἄτρον* pro pube, praesertim cum Celsus libro secundo capite quarto pubem uertere uideatur. nam ponens mala aegrotantium signa, dicit esse malum signum cutem circa umbilicum & pubem macram, in quo loco ad hunc aphorismum alludit. Adde, hic ab Hippocrate dici partes circa umbilicum, per has uero partes opus est intelligere & illa, & abdomen, quia nullae aliae partes sunt circa ipsam, quam istae. sub his uero est pubes inferius, superius Thorax. De thorace nihil opus est hic tractare, sed bene de pube: ideo nos per *ἄτρον* pubem interpretandum uolumus, & non imum uentrem, quoniam imus uenter, qui *ὑπογάστριον* est, pubem & abdomen complectitur. itaque ab illa parte, quicquam esse circa umbilicum intelligere non possemus, tamen quicquid sit, illos non reprehendimus qui imum uentrem interpretati sunt.

Denique Galenus epigastrium in tres partes distinguit, in hypochondria, id est, praecordia, in loca ad umbilicum attinentia, & in imum uentrem, sed hic aduersus Galenum dubitare poteris, quia imus uenter ad *ὑπογάστριον* spectet, & non ad *ἄτρον*. At Galenum in suis Graecis codicibus considerans, non inueni quod ipse Epigastrium in haec tria partitoretur, & de Leoniceo, uel potius de librario ualde miror, qui hanc particulam epigastrium sua sponte addiderit, quae facit Galenum errare, qui dormire non solet, nec in suo codice epigastriū ponit, ut eius uerba quae subsequuntur, ostendunt, inquit enim *ὡς εἰς τρία τοῦτα διαρεῖται τὸ σῦμπαν ὑποχόνδριον, καὶ τὰ πῶδι τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὸ ἄτρον*, hoc est, quamobrem in haec tria distinguitur uniuersum hypochondrium, id est, praecordia, & in illa loca quae ad umbilicum attinent, & imum uentrem. hic sensus conueniens uidetur, & ita scriptum est in codice Aldino. ueruntamen quia illa particula *τὸ σῦμπαν* uidetur illi particulae *ὑποχόνδριον* iuncta, & illam ferè determinare, ut sensus fiat, ut in haec tria diuidatur uniuersum hypochondriū, postea duo solū consequuntur, propterea nos alios Galeni Graecos codices perquisiimus. in eo quē habemus satis antiquo ita legitur *ὡς εἰς τρία τοῦτα διαρεῖται τὸ σῦμπαν ὑποχόνδριον, εἰς τὸ ὑδιγάστριον, τὰ πῶδι τὸν ὀμφαλὸν, καὶ τὸ ἄτρον*, id est, unde totum hypochondrium in haec tria diuiditur, in epigastrium, id est, locum supra uentrem, & in loca ad umbilicum attinentia, & in imū uentrem: ut hinc percipere possis epigastrium esse unam hypochondrii partem, & non hypochondrium epigastrii. Quod si dicas hypochondrium esse praecordia quae ab epigastrio continentur, Respondemus, certum esse apud Hippocratem & Galenum atque alios probatos autores cum dicitur hypochondrium, illa pars intelligitur, quae immediate sub costis est, & à Celso praecordia uocatur. In hoc autem loco non dicit simpliciter *ὑποχόνδριον* Galenus, sed dicit *τὸ σῦμπαν ὑποχόνδριον*, id est, uniuersum & totum hypochondrium

drum, hoc est tota illa pars quæ sub costis est. Certum uero est totum uentrem esse sub costis, ideo sub toto hypochondrio continentur epigastriū, umbilici partes, & imus uenter, nam totus, & tota aluus est hoc modo hypochondrium. hæcque est uera Galeni sententia, quam puto Leonicenum expressisse, sed à librario fuisse deprauatam, semper enim de bonis uiris bene sentire oportet. Itaque ubi est epigastrium in codice à Leoniceno uerso, hypochondrium ponas, & ubi hypochondrium uice uersa epigastrium, itaque Galenum in suam sententiam reduces. Tamen alia est in nostro antiquo codice, & secunda lectio, quam putamus fuisse Galeni mentem, & ueram sententiā, licet præscripta etiam defendi possit. dicit autē *ὡς εἰς τρία ταῦτα διακεῖται τὸ σῦμπαν, εἰς ὑποχονδρίον, τὰ πρὸς τὸν ὀμφαλον καὶ τὸ ἕντρον.* id est, unde in hæc tria uniuersum diuiditur, in hypochondriū (per quod intelligit partem supra umbilicum) in partes circa umbilicum, & in imum uentrem.

Vbi in fine commentationis legitur, & umbilicum attinentia, legi debet & loca ad umbilicum attinentia, nam Græce est *τὰ πρὸς τὸν ὀμφαλόν.*

## APHORISMVS XXXVI

**Q**ui salubritatem corporis habent, per medicamenta euacuatim cito exoluuntur, & qui prauo utuntur cibo.

## BRASAVOLVS

EX HIS nihil bonum est, uel eos purgare, quos non oporteat, uel quos oporteat non purgare, tamen unum alio peius esse certum est. Nunc uero Hippocrates admonere uoluit medicum, ne illos purget, quos purgare non oporteat. In hoc etenim numero sunt, sani: propterea ab Hippocrate dicitur, qui sani sunt, si medicamento euacuentur, cito dissoluuntur, nam & si medicamenta dissoluant, hi tamē citius dissoluuntur qui sani sunt, & purgantur, quæ qui aegroti & prauis humoribus abundantes. imò & hi qui prauo utuntur cibo, si medicamento euacuentur, cito etiam exoluuntur, harum sententiarum ratio hæc est: qui sani uere sunt, culpatos humores non habent, neque superfluos: & ideo si per medicamentā euacuentur, boni humores educuntur, quia in hoc corpore neque mali, neque superflui inueniuntur educendi, unde natura imbecillior efficitur, & dissoluuntur. hocque cito fit, & tanto citius, quanto natura humores bonos trahi non sinit, sed uis medicamenti trahit, unde fit maxima pugna & maxima commotio, ex qua necessario exolutio consequitur. nam corpus imbecille fit, & uis ipsa deest, naturalisque humiditas minuitur. Adde, cum omnia medicamenta, potentia calida sint, & culpati humores absint, propterea caliditas in membra imprimitur, & mala qualitate afficiuntur. Ratio autem eius partis, & qui prauo utuntur cibo cito exoluuntur, est, quia paucos habent probos humores: ideo medicamento euacuatim omnes mali auferuntur, & quia boni pauci sunt, propterea resoluti permanent, nam & cum prauis humoribus uires perstant, & multos uidimus diu uiuere cum cacochymia, & uniuersali humorum malitia, quare causa cur hi exoluantur hæc sunt: una uirium imbecillitas, quam naturaliter habent: alia, quia paucos humores probatos habent qui relinquuntur, imò & illi modici boni simul cum prauis euacuantur. Denique in hoc euacuationis motu solent humores prauis ad cerebrum, cor, & alia præcipua membra moueri, ut iam dissolutio fiat. Oribasius intelligere uidetur, hos qui prauo utuntur cibo, in purgationibus bene se habere, & non offendi, nam dicit, sani ideo accepta purgatione grauantur, quia apti humores perturbantur, & pro bonis mali eueniunt, & emittuntur boni, his uero qui malo cibo utuntur, hoc est mala mistura ciborum & humorum laborant, necessaria est purgatio, unde & non læduntur, quia malos humores, unde grauabantur, eijciunt. tamen Hippocrates hoc non sentit, imò uult hos lædi qui prauo utuntur cibo, si purgentur, Philotheus hoc modo Aphorismum interpretatur, *ἡντιῶτα συμβελλόντες, ἐπιὺγιείας πρὸς κέρματα, μὴ καὶ ἀίετον φάσει*

μακρῶν καὶ ἀπερτίκων. λέγει γὰρ ἐκλύειν αὐτὸς. πῶς; ὅτι αὐτὸ τῶν ὑγίων ἀπερτίκων ἐστὶ τὸ σῶμα. τὸ δὲ φάρμακον δόσον, καὶ μὴ εὐρίσκω τὴ κρῖσαι περὶ ἡμέρα, ἀνασχοίται τὴν τὸ σῶμα. τὰς τῶν πνευμάτων. εἶτα τῶν ὑγίων. εἶτα τῶν σφραγῶν. καὶ τὸ μὲν σκεδανύει. τὸ δὲ διαφορᾷ, τὸ δὲ τῆκε, τὸ τῶν δὲ φρομῶν, ἀνάγκη λαπθυμία καὶ συγκοπὴ ἐπιτα. καὶ μὴ καὶ σὺ πονηρὰ τροφὴν χρωδύς, ἐκλύειν αὐτὸς φρεσὶ τὴν κρῖσαι. ὅτι λέγεται τῆ κρῖσαι, καὶ τὸ φάρμακον τῆ πλῆνυθῆσαι ἐκ τῆ πονηρᾶς τροφῆς, καὶ ἀρχῆται καβαρῶν αὐτῶν. αὐτῶν δὲ καβαρῶν καὶ ποδῶν ἴσθ τῶν αἰδορῶν μορίων, θριμῆα καὶ ἀκνῶν δὲ καὶ ἀσχελῶν, πῶν αἰνῶν, καὶ ἀσχελῶν, πῶν ἐκλύειν ὑποφρε. πονηρὰ δὲ τροφῶν λέγει, πῶν πῶ σκετῆ τῶν μορίων, ἡπὸ δὲ αἰμακῶν χυμῶν, καὶ πῶν ἴσθ ἡπὸ δὲ τὰ στήθια, idest, hic consulit Hippocrates, sanitate consistente medicamentis purgantibus non purgandum. etenim dicit ipsos, scilicet sanos, dissolui. quomodo? Quoniam in sanis corpus caret superfluitate. Datum autem medicamentum, & superflua non inueniens quæ euacuet, corporis ordinē subuertit, & spiritus aggreditur, postea humiditates, deinde solidas partes. & illos quidē, scilicet spiritus, dissipat; has uero, humiditates scilicet, discutit; istas autē, scilicet partes solidas, liquefacit, uel tabefacit. his autem peractis, necesse est animi defectum & syncopin sequi. & præsertim eos qui prauo utuntur cibo, purgatione dissolui dicit. nam medicamentum prauorum humorum ex prauis cibis abundantiam suscipit, & ipsam purgare incipit. Ipsa igitur expurgata, & pertransiens per partes sensitias, acuta & mordax existens cum dolore & moriū dissolutionem affert. Prauum uero nutrimentum dicit, propinquum seu adhærēs partibus, quod est sanguineus humor, & id quod extra, nutrimentum scilicet quod est ei bus, uel quæ sunt cibaria, idest, τὰ στήθια.

οἱ ὑγιανῶς ἔχοντες τὰ σῶματα. idest, Qui salubriter corpora habent. Vel qui sana corpora habent, uel qui salubritate corporis habent, quod de uere & perfecte sanis corporibus intelligi debet, quæ nullam habent in se noxam, & nullos culpatos humores. Nam sanos illos dicimus, & etiam uere sanos, qui non habent operationes læsas, sed habent quidem humores ad lædendum aptos. hic autē istos non intelligit, sed illos solum qui integra sanitate fruuntur, & quo ad humores in corpore existentes ad euacuationem aptos, & quo ad humores, quos omnes bonos habent.

Ἐν τῆσι φαρμακίσι καβαρῶν. idest, medicamentis purgati. Intelligit uero per medicamenta, ea quæ ab affectu cathartica nuncupantur. sunt autem fortia huiusmodi medicamenta, & quæ corpus multum exagitare possunt atq; commouere, qualia helleborus, colocynthis, scammonium, & alia huius generis.

Ἐκλύονται ταχέως. idest, Cito exoluuntur. Non solum de exolutione intelligere oportet quæ syncopis est, sed de imbecillitate etiam, qua is ferē stare non possit qui sanus existens præter rationem euacuatus sit. Tamen nostro tempore nulli inueniuntur perfectissime sani, qui nullos habeant inculpato humores in corpore.

Καὶ οἱ πονηρὰ τροφὴν χρωδύνοι. idest, Et qui prauo utuntur cibo. Hæc pars ad superiorem sententiam iungi potest, & secundum se intelligi. secundum se hoc modo intelligitur: & illi qui prauo utuntur cibo, si purgentur, exoluuntur propter causam superius dictam, si præcedentibus adiungatur, sensus sit, qui sani sunt, præsertim si prauo utuntur cibo, per medicamenta euacuatim cito exoluuntur. sani uero reperiuntur, qui humores inculpato habent, & qui prauo utuntur cibo, sed hic cibis in bonum nutrimentum conuertitur: & si facile corrumpantur, tamen bonum esse dicitur, tum quia nō corruptum, tum quia alit corpus & omnes eius operationes. ueruntamen quia in hoc cibi genere uires non seruantur ita robustæ ut in bono sit cibo, propterea si sani sint, & prauis cibis uescantur, cito exoluuntur, & citius quàm exquisitè sani qui cibos inculpato comedunt. Intellige uero cibos illos esse prauos, qui prauos humores generant, idest ad corruptionem aptos, crassos, glutinosos, facile alterabiles. hinc igitur regula sumi potest, quomodo illos purgare oporteat qui semper fructibus uescuntur. his enim non est opus purgantia medicamenta exhibere, sed illa quæ à recentibus benedicta uocantur, & antiquis incognita, ut Rhabarbarum, Manna, Cassia, Tamarindi, & eiusdem generis reliqua.

## GALENVS

**Q**VI salubritatem corporis habent, non absq; ratione in euacuationibus cito exsoluuntur. Contabescunt enim, non purgantur. Qui uero uitiosus utuntur alimento, ob malorum humorum superabundantiam facile exoluuntur in purgationibus. Siue autem illud quod exterius assumitur, siue quod in corpore continetur, uitiosum alimentum nominet, uterque sermo ueritatem habet. Quoniam cibi uitiosi soleant sanguinem gignere uitiosum. Sic ergo uitiosi dicuntur per relationem ad sanguinem qui debet ex eis generari.

## BRASAVOLVS

**PRIMO** Galenus docet, sanos euacuatos cito exolui, quia non purgantur, nempe nihil adest quod purgari debeat, sed potius contabescunt, idest, adeo marcescunt ut in tabem peruenire uideantur.

Quod legitur, In euacuationibus cito exoluuntur, Græce non dicitur In euacuationibus, sed *ὑπὸ τῶν φαρμακίων*, idest, in medicationibus.

Notaq; uerbum contabescunt, Græce esse *σωτήκοντα*.

**SECUNDO** docet, illos qui prauo utuntur cibo propter malorum humorum abundantiam exolui, nam omnes euacuantur, & ita corpus redditur imbecillius, quod & prius erat imbecille propter bonorum humorum paucitatem.

**TERTIO** exponit quid sit uitiosum alimentum, uolens intelligi posse ipsum sanguinem, qui est uerum corporis alimentum, & posse etiam intelligi esse cibum, quem exterius accipimus, nam & hic est alimentum, quia sanguis ex ipso generatur. Vnde uel primo, uel secundo modo intelligas, semper habes respectum ad sanguinem, nam primo modo est ipse sanguis uitiosus. Secundo modo est cibus qui ad sanguinem refertur, & in ipsum sanguinem conuertitur debet.

Vbi legitur, Siue autem illud quod exterius assumitur, deest particula, Alimentum, quæ in Græco codice ponitur *ἢ τὸ τροφὸν*. Deinde cum dicitur, uitiosum alimentum nominet, in hac parte, illa particula, Alimentum, uacat, ibi enim solum habetur *ἢ ἢ καὶ μοχθηρῶν*.

Cum legitur, Quoniam cibi uitiosi, lege, quoniam & cibi uitiosi, nam Græce habetur *ἐπειδὴ καὶ τὰ μοχθηρὰ σιτία*, perniciofa cibaria.

Cum etiam legitur, Sic ergo uitiosi dicuntur, lege, sic ergo & uitiosi dicuntur. Græce enim dicitur *ὅπως οὖν καὶ λεχέται μοχθηρὰ*. In secunda nostri antiqui codicis lectione non habetur *μοχθηρὰ*, sed *τὰ σιτία*, ut sensus fiat; sic ergo & cibi dicuntur; tuncq; opus est referre hoc ad cibos qui exterius sumuntur.

## APHORISMVS XXXVII

**Q**VI bene se habent corpore, difficulter ferunt medicationes.

## BRASAVOLVS

Præcedens aphorismus satis esse uidebatur, in quo eandem sententiam ferè posuit, nisi ad abundantiorē, atque pleniorē doctrinam, quod in uno casu prius expresse rat, uniuersaliter exprimere uoluisset: qui sani sunt, medicamenta non sine magno dispendio ferre possunt. Etenim difficilia sunt, quia symptomata magna pariunt, ut syn copas, uertigines, & intensa tormina. Oribasius in præcedenti aphorismo hunc ponit, ac si sit eius conclusio. Philotheus uero dicit, *τῆς αὐτῆς γνώσεως καὶ ὅπως ἐχέται ἡ ἀφορισμός, φαρμακίδεσσι λέγει, ἀντὶ τῶν καθαίρεισσι. ἐν δὲ, τὸ σύμμετρον, χαλεπὸν οὖν φαρμακίδεσσι ἰδοὺ τὰς συνμέτρως ἐχόντας τὸ σῶμα. ἴσῃ τι; ὅτι ἡ καθαίρεισσι, τῶν πρὶν ἢ ὅτι καθαίρεισσι, ἐν δὲ γίνεσσι ἢ ὑγιάνουσι σώμασσι, μὴ ἐνδύσασσι τὸ οἰκίον ἔλκει, σωτήκει τὰ μόρια*, idest, eiusdem sententia & hic aphorismus habetur. *φαρμακίδεσσι*, idest, propinari medicamentum, uel mederi pharmaco, dicit pro eo quod est purgari bene autē habere corpus, pro

B 4 eo quod

eo quod est commoderatum. Difficile igitur medicamentis purgare moderate corpora habentes, propter quid? Quoniam purgati, superfluum est purgatio. Si autem in salubribus corporibus fiat, proprium, id est, sibi accommodatum non inueniens quod trahat, partes consumit, uel in tabem perducit uel tabefacit.

*οἱ ἐν τῷ σώματι ἔχοντες*, id est, Qui bene se habent corpore, quod de illis sanis intelligendum est qui integra & inculpata sanitate sani sunt, sicuti in praecedenti aphorismo dictum est. *φάρμακόν ἐστιν ἐργώδες*, id est, Medicationes difficulter ferunt, intellige de intolerantia propter symptomata quae contingunt, ut statim in Galeni commentatione uidere licebit.

## GALENVS

**N**ON cuiuscumque medicamenti assumptionem solet Hippocrates medicationem nominare, sed tali uocabulo in sola utitur purgatione. Verum is qui prius scribitur aphorismus, casum unum qui in ea sit manifestat. Cito enim inquit exolui in purgationibus qui corporis habent salubritatem. In hoc autem generali uocabulo de eisdem ostendit, inquit, hos difficulter ferre medicationem. Nam & uertigines, & tormina patiuntur, & difficulter his purgatio procedit, & praeterea celeriter exoluuntur. Fiunt autem haec omnia purgante medicamento, proprium quidem attrahere humorem appetente, uel flauam bilem uidelicet, aut atram, aut pituitam, aut aquosam superfluitatem. Quia uero isti non adsunt, sanguinem colliquat, ac carnes, ut ex ipsis proprium attrahat humorem.

## BRASAVOLVS

**PRIMO** Galenus docet, quid intelligat Hippocrates per uocabulum *φάρμακόν ἐστιν*, id est, medicari, uel medicationem accipere, nam non intelligit cuiuscumque *φάρμακόν*, id est, medicamenti assumptionem, quoniam uenena Pharmaca & medicamenta uocantur, sed Hippocrates solum utitur hoc uocabulo *ἢ καθάρσιον*, id est, In cathartico, & purgantibus, propterea hic intelligit medicamentum purgans.

Quod dicit Medicationem, Graece est *φάρμακόν ἐστιν*.

**SECUNDO** differentiam ponit inter praecedentem aphorismum, & istum, quia in illo symptoma unum ponit, inquit, salubres corpore cito exolui: In hoc autem aphorismo generalius loquitur, inquit, salubres corpore difficulter ferre medicationes. hanc uero difficultatem, in quo sit, explicat. nam dicit uertigines patiuntur, nempe diu immoratur in corpore cum nihil habeat quod trahat, & uapores eleuantur ad caput, propter motum, quem facit, propterea uertigines fiunt, fiunt etiam & tormina, quia adest motus medicamenti trahere uolentis, & naturae resistentia bonos humores dimittere nolentis, & praeuae qualitatis impressio, unde necesse purgationem difficilem fieri, propterea cito exoluuntur, Quod in praecedenti Aphorismo particulariter solum dicebatur.

Nota ubi Galenus *σύμπτωμα* dicit, & hic & ubique à Leoniceo casum uerti.

Quod legitur, inquit, hos difficulter ferre medicationes, Graece est *λέγουσιν αὐτὰς ἐργώδεις ἂντι φάρμακόν ἐστιν*.

Quod etiam legitur, Nam & uertigines, & tormina patiuntur, Graece est *καὶ γὰρ ἰλιγγίδι, καὶ σφοδρῶται. ἰλιγγίαι* uero sunt paruae uertigines de quibus in tertio libro agimus, *σφοδαί* sunt dolores, praesertim in uentre, & intestinis, nam apud Celsum tormina à Graecis *δυσεντέριαι* dicuntur.

**TERTIO** causam reddit quomodo haec fiant, nam quodlibet medicamentum humorem sibi proprium trahit, ut hoc atram bilem, id flauam, illud pituitam, aliud uero aquosam superfluitatem. Sed in homine bene sano non sunt hi humores educendi, propterea hoc medicamentum sanguinem colliquat & carnem, ut proprium humorem trahat ex ipsis, id est, ex carne & sanguine: unde contabescit corpus, extenuatur atque exoluitur, tormina fiunt, atque uertigines. Id uero consideratione dignum est, in homine sano esse quatuor humores, qui sanguini mixti sunt, & carni innixi: non est autem aliquis, qui reliquos excedat, nisi secundum temperaturam eius qui medicamentum recipit, si natura biliosus sit uel pituitosus: tamen id quod habet bilis uel pituita, est

est sanguini mixtum, & sanguis per uenas in tota carne spargitur. medicamentum uerò humorem sibi proprium in promptu non habens, sanguinem eliquat, idest, à sanguine educit, & eum quodammodo diminuit, & carnem simul colliquat. Notatq; secundum Galenum, medicamētum humorem sibi proprium attrahere, idest, eum attrahere, cum quo habet essentialē similitudinē, non autem sibi proprium, idest, à proprietate oc-  
culsa: immo id quod est proprietas, idest, hunc humorem attrahere est manifestum, sed forte causa cur trahat ignota est. Galenus iudicat esse similitudinē quandam substan-  
tialē quo hoc id trahit quod est sibi simile, tamen id non trahit quod est idem, nempe dicere non ualet, ferrum esse magis simile ferro, quàm magnes, ferrum igitur potius de-  
beret ferrum trahere quàm magnes. sed hoc non sequitur, quia Galenus non putat idē ab eodem in specie trahi, sed ab eo quod in diuersa specie est, habet autem similitudinē  
quandam substantialem, quam nec ipse Galenus, nec alter ante ipsum, uel post ipsum, quantuncunq; ingenio pollens explicare potuit.

Notat etiam Galenus, aquosam superfluitatem ab aliquo medicamēto expeti, quod certe id est, immo Syrupus ille quem rosatum solutiuum uocamus, alij mucarum rosa-  
rum potius nominant, hanc aquosam, uel serosam superfluitatem mire educit. Est autē  
superfluitas tunc, quādo sanguinem ad nostri corporis remotas partes eduxerit, primo  
uero erat utilis aquositas, & non superflua, quamuis & illi utilitatem aliquam dare pos-  
semus.

## APHORISMVS XXXVIII

**P**arum deterior potus, aut cibus, suauior autē, melioribus quidem, sed minus  
suauibus, est preferendus.

## BRASAVOLVS

**DOCUMENTVM**, quod in hoc aphorismo scriptum est, ad artem multum condu-  
cit, est autem tale, si ægrum quempiam curare tentes, & à uicis ratione initium su-  
mas, ægro autem cibus aliquis placeat magis, quàm is quem tu recte instituisti, eūmet  
cibum uel potum quem æger appetit, considera, num multo deterior sit eo quem insti-  
tuisti, & qui conuenit, uel parum deterior: & si quidem multo deterior fuerit, iube ægrū  
appetentiam suam frenare, & cibum illum accipere quem tu instituisti, & illo conten-  
tum esse, nullumq; alium quærere. At si parum deterior sit, ægro pareas & illi morem  
geras, quoniam tanto melior probabiliorq; efficietur, & eum excellet qui melior est,  
quanto uehementius appetitur & ardentius desideratur. Ventriculus enim hunc ci-  
bum amplectens quem desiderat, eum optime concoquit, & in probum nutrimentum  
conuertit: unde quicquid prauū in se habebat, totum corrigitur, emendatur, & in bo-  
num transmutatur. è contrario, cibus quem non appetit, immo potius quem refugit,  
quamuis sibi melior sit, ab ipso non complectitur, & difficilius concoquitur, & ideo  
quicquid boni habebat, id totum in malum atque perniciem conuertitur. Ob hoc sua-  
det Hippocrates, medicum suis ægris cibos illos præbere, qui paulo deteriores sunt,  
modo sapidī sint, & hos melioribus præfert, qui tamen minus sapiunt. At si unā essent  
sapidī & boni, omne punctum ferent. medicus autem hoc agere debet, tum quia ægro  
gratificatur, tum quia eidem prædicto modo prodest. Galenus secundo De alimen-  
torum facultatibus libro, ubi de oliuis agit, cum stomachum corroborare posuerit præ-  
fertim halmades, & colymbades, non autem drupas, addit Qui condimētariam seu ob-  
sonatricem artem exercent, uarie eas apparant. quam artem uult medicum optime sci-  
re, additq; Nam duorum ex æquo saluberrimum, quod suauitate præstat, minore etiam ne-  
gorio concoquitur: ut hinc uideas suauitatem (est autem suaue quod sapit) ad conco-  
ctionem multum facere. Non mirum igitur si cibus paulo deterior, suauior autem, &  
quem appetat æger, sit preferendus.

Nescio an interpres hic Oribasium bene uerterit, an ipse Oribasius de uino &  
pane

pane atque aphorismi sententia inepte loquatur. quicquid tamen sit, tu hunc authorem considerare potes, & ut conuenit, intelligere. Philotheus hic dicit, *Διατητικός υπέρχει ο πρῶτος ἀφορισμός. καὶ ἡ δὲ κατὰ τὴν φράσιν*, idest, præfens Aphorismus De ratione uictus est, & uictus rationem dicit, & pollicitationem complectitur.

*τῷ σμικρῷ χεῖρον*, idest, paulo deterior. De deterioritate illa intelligere oportet, quæ sit ægritudini opposita, uel humori peccanti, uel malæ qualitati. unde ille cibus est paulo deterior, qui quantum sit ratione sui, est aptus pro parte lædere, sed pauca læsione & tali, qualem ex ui suæ appetentiæ corrigit uentriculus.

*καὶ πῶμα καὶ στίγιον ἡδύον δέ*, idest, Et potus & cibus suauior autem est uero deterior cibus atque potus, is qui in prauos humores conuerti aptus est, & qui prauam qualitatem habet, quæ malam morbi qualitatem exauget, nempe hunc aphorismum in egris semper intelligo, & non in sanis, ut nonnulli faciunt. Quia sani (ut Celsus inquit) debent esse uiri suæ spontis, & pro appetentiâ comedere.

*τῶν βελτιόνων μὲν ἀγδερῶν δὲ μᾶλλον ἀρετίων*, idest, Melioribus autem, sed infuauioribus præferendus est. Hic cibus qui melior dicitur, ideo intelligitur melior, quia ægritudini magis appropriatus sit. alter uero minus sit ægritudini appropriatus, at magis appetatur. hic autem uentriculi appetitus, uel est circa primas qualitates, uel circa occultas quasdam proprietates: quas nemo perfecte explicare poterit. Circa manifestas qualitates, quia uentriculus ualde calidus frigidis delectetur, ualde frigidus calidis, ut in medicinali arte edocemur. Cum autem uentriculus in aliquam similem qualitatem lapsus sit, appetit. Vel igitur hic appetitus sit ex proprietate quadam insita, cuius causa ignoratur, ut aliqui sunt qui carnes gustare non possunt, oua tamen gustant, & tuceta. alij uinum non ferunt, aquam amant, & nonnullis aliqui intinctus sapunt, quos odit alter. Nos hunc Aphorismum in omnibus intelligimus, uel ob occultam causam appetantur, uel ob qualitatem manifestam, modo sit paulo deterior cibus aut potus, non autem multo deterior. propter hoc Hippocrates, per id uerbum, paulo deterior, notat ad quantum deterior esse debet cibus, quia ad parum. & quamuis hoc quod dicitur, parum indefinitum sit, tamen hoc medico ægrum curanti pensandum relinquit, qui optime cibos omnes, atque potus cognoscere debet & eorum uires. Hippocrates in sexto Epidemiarum libro non solum intelligit circa cibos & potus ægro satisfaciendum esse, sed etiam circa balnea, circa frigus, circa calorem, circa exercitia, circa mundiciem, circa uestimenta, modo paulo deteriora sint. inquit autem (si forte ipsum loquentem audire cupias) Quæ languentibus grata sint peragito, cibaria, pocula munda, puraque conficito, porrigitoque, quæ uiderit, tractauerit, lenia sint, & placeant, dum non ualde lædant, uel bene resumpta, & retractata si sint, sicuti frigus, & refrigeratio cum opus sit. præterea cum languentem adis, hæc obseruato, qui sermones & locutiones eius sint, quæ forma, situs iacendi, quæ stragula, languentium commoda, qui tonsus comptus cura, qui ungues, odor qui sit obseruato, & alia plura sequuntur, in quibus Hippocrates ægro satisfaciendum esse uoluit, modo non multum lædant, quoniam si multum læderent, exhibenda non essent. Nec hic cibus paulo deterior solum præbendus est ut ægro gratificemur, quod nonnulli arbitrati sunt, sed etiam ut facilius concoquatur & perficiatur, unde & hic à Philotheo dicitur, *καὶ ἡ ἀρτία, ὅ ἐστι τὸ χειροσπυλον μόνον τῷ κάμωννι. καὶ δ' ὅτι ταῖς ὑπόδημιας ἐρεττα, ὅτι χειροσπυλον κάμωνντων προπεύσει τῷ τέχνῃ. δεῖ γὰρ χειροσπυλον ποῖς κάμωννσι ἢ οἷς μὴ ἀπολαθῆναι μεγάλη βλάβη. ἐλάττω καὶ ὡς ἀφελιμώτερον αὐτὸ γεννησθῆναι. ὁ γὰρ αὖ ἡδύως προσφέροντα, τὰ ποδισέμεδα, καὶ ἡ γαστήρ εἰσθεῖν, καὶ πέπτην. μᾶλλον δὲ ἀποχωρεῖν ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν νουρίας καὶ τὰ λοιπὰ κακὰ ἐπαγγελλόντων*, idest, Et causa, non ut foli ægrotanti gratificemur, ut in Epidemijis dictum est, quod egris gratificabor, quatenus arti conuenit, in his enim opus est ægris gratificari, in quibus non sequitur magna læsio. Sed & quoniam hoc ipsum utilius fiet, quod enim libenter accipiunt, hoc continetur, & uenter perficere & coquere consueuit. Magis autem abscedit ab ijs quæ infuauiter nauseas & alia mala prouocant.

Galenus

## GALENVS

**N**ON ob id solum hoc est faciendum, ut ægro gratificemur, sed etiam quia utilius ipsi existit. Nam quæcunque cum uoluptate assumuntur, ista uentriculus amplexatur, & magis concoquit, sicuti illa quæ displicent refugit. Vnde & nauseæ, & flatus, & fluctuationes subsequuntur. Quod igitur in pluribus cibis bonos succos habentibus fit, quãdo cum uoluptate assumitur cibus, qui paulo deterior, non modo, non manet deterior, sed quandoque redditur melior.

## BRASAVOLVS

**M**EDICVS omnino ægrum sibi beneuolum facere debet, ut illi magis credat, atque obediât, & facilius curetur, & omnia faciat quæ à medico præcipiuntur. Ideo multa concedere debet, ut ægrotanti gratificetur, modo multum mala non sint. Sed Galenus dicit, non solum hoc agendum esse ob gratificationem (quam tamen medicus captare debet) sed magis quia multum commodi exinde ægro euenit, quia uentriculus paulo deteriorem cibum maiore cum uoluptate recipiens, in bonam substantiam conuertit.

Quod legitur, & magis concoquit, legendum est, Et facilius cõcoquit, Græce enim habetur *μαλλον βραδύως*.

Quod etiam legitur, Vnde & nauseæ & flatus, & fluctuationes subsequuntur. Nos legendū putamus, ueluti nauseas uel inflationes, uel fluctuationes inferentia, nam Græce est *ὡς ἢτοι ναυτίας ἀπὸ φέρον, ἢ πνύματῶσις, ἢ κλύδωνας*.

Quod etiam legitur, Cum igitur in pluribus, Græce est *ὡδὶ τῶν πλείων*, idest, In plurimis.

Quod etiam legitur, Non modo non manet deterior, nos legendum putamus, Non solum, non amplius manet deterior, nam Græce est *ὁ μόνον ὑπέτι χείρον*.

## APHORISMVS XXXIX

**S**eniores iuuenibus plurimum ægrotant minus. Qui uero morbi ipsis accidūt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem.

## BRASAVOLVS

**Q**UAE in præsentiarum ab Hippocrate referuntur, naturæ rei, & ipsimet oppugnare uiderentur, nisi in rectum sensum deducantur. Senes, inquit, ut plurimum minus ægrotant, quàm iuuenes, sed quomodo hoc dici potest, cum senes imbecilliores sint iunioribus? & naturalis calor in ipsis prope defectum uenerit? Et ipsemet in primo De alimentis libro (quem librum Galenus Hippocratis esse non negat) dicit, de ætatibus uero pueri sanissimi sunt, secundū iuuenes. Seniores uero & his proximi morbosissimi. propterea inferre oportet, seniores esse magis pronos in ægritudines iunioribus, & hoc ætatem ætati in tota specie comparantes, & indiuiduum ac singulare sibi ipsi, quando iuuenis est, & quando senior. Veruntamen quia iuuenes pro appetitu rapiuntur, & omnes suas actiones intempestiue faciunt, omnesq; sine electione cibos insumunt, per nocturnum aerem, atque diurnum uersantur, nec soles euitant, sed eodem pileo, eadem ueste, in Sole, & in umbra utuntur, nec ueneri parcunt superfluo, propterea frequentissime morbos incidunt. At seniores qui iam suo magno incommodo, has noxas experti sunt, respicere, & nullos cibos insumunt, nisi qui probos humores progignere soleant, & qui facile concoquantur, habentque diuersa pro diuersis tempestatibus pilea. nam mortem summopere uerentur, cui propinqui sunt: propterea hæc omnia cauentes raro morbos incidunt, ut quotidiana experientia ostendit. nam iuniores uidemus frequentissime ægrotantes, qui seniores effectū mortem uerentur, propterea quantum illis possibile est, à cibis prauis succi abstinent, à uenere, ab æris mutationibus, adeo ut Hippocrates in primo De morbis libro, quem Galenus Hippocratis esse non negat, dicit (posteaquam de iunioribus uerba fecerat) seniores



uero hæc rarius, minusq; patiuntur, cum ualidi non sint, magisq; & cauent, & curant morbos, & citius restituantur. Causa igitur, cur senes minus ægrotent, est quia imbecilles sunt, propterea morbos cauent, & cum habent, curant, quod iuniores non faciunt, quauis Hippocrates eodem loco de purulentia loqui uideatur, & de alio morbo: At sententia in omni morbo uera est. Tamen una est & maxima in iuniorum & seniorum morbis differentia. nã si iunioribus diuturni morbi cõtingant, facile euadunt, & deniq; sanitati & pristino robori restituantur. At si seniores lãgos morbos inciderint, raro est quod ab ipsis in mortẽ non perducantur. Imò, ut Celsus primo secundi libri capite docet, longis morbis senectus afficitur, & ratio in promptu est quia frigidi, immo si acuti morbi senioribus contingant, cõmoriuntur. Nec adducas in oppositum locum Hippocratis citatum in libro De morbis, ubi post suprascripta uerba addit, senes citius curant sed dicas, Hippocratem in suppuratione loqui, in quam si incidat (modo sit uir in uictu temperatus, & senex qui iam ceperit medice uiuere) citius sanatur, quàm iunior, & etiã quia iunior habet carnis densitudinem & ualidam, & quæ ossibus inhæreat, quam senes non habent. In summa igitur, seniores iunioribus ex accidẽti minus ægrotant, quia moderate reguntur, quod neq; iuniores faciunt, neq; facere uolunt aut tentant. Oribasius expositionem aliam huic aphorismo facit, quoniam & is aphorismus, quẽ in suo codice habet, diuersa sententia refertur, hoc inquã modo, seniores et iuuenes plerunq; pari modo multum ægrotant. propterea in cõmentatione dicit, iuuenes multum ægrotare, eo quod acutam nimium semper incurrant ægritudinẽ: senes autem, quia quanto habent crassiores humores, tanto longiore tempore protrahitur ægritudo, & quod iuuenes breui tempore laborant acuta ægritudine, hoc senes multo tẽpore protrahunt: & reperiuntur ambo similes: ramen si Hippocratem & Galenum contemplemur, longe abest Oribasii sententia ab horum uirorum decreto. Philotheus uerò melius exponit quàm Oribasius, inquiens, *δύο ηλικιών ἄρα βολῶν ποιεῖται ὁπος ὁ ἀφορισμὸς, ἀκμαστικῆς καὶ γερωνικῆς. λέγει γὰρ ὅτι οἱ πρεσβύτεροι τῶν νέων, τὰ μὲν πολλὰ νοσέουσι ἤδη, καὶ ἡ αἰτία αὐτῶν. ὅτι οἱ γέροντες σάφρονά τῶν λογισμῶν ἔχοντες, φείδονται ἀδυσφραγίας ὑλῆν. ἐξ ἧν πληθῶν ἡ γέννηται πῶς ἡμαῖτων. ἀπειρήτοι δὲ γίνονται τὰ πολλὰ τυγχάνοντες, ἤδη νοσέουσι. οἱ δὲ νεώτεροι δὲ τὸ τῶν λογισμῶν ἄσατον, πληθῶν σιτίων προσφέρονται, καὶ τὸ ὑπερῆρας ἐπιμύματα τὰ πλεῖστα πῶς ἐπίσταν νοσέουσι, ἢ χερῶν καὶ ὡς ἐπίσταν νοσέουσι, idest, Duarum ætatum comparationem facit hic Aphorismus, summi uigoris, & senilis, dicit enim, Seniores iunioribus ut plurimum ægrotant minus, & causa ipsa est, quod senes moderatam rationem habentes abstinēt ab edacitate & crudis cibis, ex quibus superfluitatũ multitudo non generatur, cum uerò superfluis uacui sint, hinc magna ex parte minus ægrotant. Iuniores uerò ob rationis instabilitatẽ, ciborum multitudinem recipiunt, & hinc cruditatis multitudinem incidentes, promptissime facile ac sæpissime ægrotant.*

*οἱ πρεσβύτεροι*, idest, Presbyteri uel seniores. An uerò hic intelligendi sint illi qui in primo senio constituti sunt, uel qui in ultimo, dubium uideretur. Galenus in expositione ultimi aphorismi tertij libri, per hoc uocabulum *πρεσβύτερος* decrepitos intelligit. At hic uiderentur intelligendi illi qui in primo senio sunt, & aliquid attingunt ultimi senis, & non extreme decrepiti. nam hi continua egritudine laborant, quia ipsa senectus morbus est, & qui sunt in tali ætate, sunt inepti ad actiones, propterea non recte dicuntur, presbyteri ab officio quo fungi nõ possunt. Nos autem in hoc loco omnes seniores intelligimus, quamuis in primis hoc potissimum uerum sit.

*τῶν νέων*, idest, Iuuenibus. per hos, omnes intelligit qui sunt citra primum senium constituti in ea ætate in qua homines inconsiderati sunt, & robusti, ut non uereantur ægritudines incurrere.

*τὰ μὲν πολλὰ*, idest, ut plurimum, 1 quæ particula addita est, quoniam perpetuo uerum non est, iunioribus minus ægrotare seniores. immo nec illud perpetuo constat, quod iuniores immoderatiores sint in uictu senioribus. nam procacissimi senes inueniuntur incontentissimi, & qui uenere nunquam expleantur, tamen hoc rarius contingit, quàm quod iunioribus sint magis inordinati, & minus ægrotant.

*νοσέουσι ἤσασιν*, idest, minus ægrotant, ob regimen moderatum, & non ob aliud.

*ὅπως δὲ αὐτοῖσι χρόνια νοσήματα γίνονται*, idest, Quicunq; aut morbi longi ipsis fiunt, *τὰ πολλὰ*

Τὰ πολλὰ φραποδνίσκει. idest, Maxima parte commoriūtur. ] Idest, Comitantur ad mortem. Hęc sententia dupliciter intelligi potest, applicando illam particulam Longi, illi particulæ Morbi, & per se ponendo, primus sensus iam dictus est qui erat, Quicunq; morbi longi fiunt, comitantur ad mortem. Alter sensus, Quicunq; morbi in hac ætate fiunt, longi fiunt: & præter hoc pro maiori parte comitatur ad mortem. hic sensus non est uerus, nisi intellexerimus etiam pro maiori parte fieri longos, quoniam & senioribus acuti morbi nonnunquam contingunt. Additq; particulam, τὰ πολλὰ, idest, ut plurimum, uel magna ex parte: quoniam non semper comitatur ad mortem: nam aliquando & ex quartana & alijs diuturnis morbis euadunt, licet hoc rarius sit, quàm in iunioribus; quia iuniores ut plurimum ex longis morbis euadunt, licet uideantur ipsis improporionati: quia sunt calidi & longi morbi, frigidi. Senioribus uero magis uidetur uertit, Magna ex parte insanabiles tota uita comitant. Ipseq; addit uerba, quæ in aphorismo scripta non sunt, licet in prædictum sensum duci possit. Philotheus causam reddidit, cur ut plurimum comitentur ad mortem, inquit, ἐστὶ τὸ ἐν θανάτῳ ἀδύνατον, μὴ διακρίσιν φασίως ἀπέσαι τὰς νόσους. idest, Propter uirium imbecillitatem, quæ non facile potest morbos concoquere. Cicero in libro De senectute, eandem sententiam cum Hippocrate ponit, ex qua senectutē iuuentuti præfert: est uero in defensione quartæ uituperationis senectutis, in quo loco ita dicit, Facilius in morbos incidunt adulescentes, grauius ægrotant, tristius curantur.

## GALENVS

**N**ON omnes seniores minus ægrotāt quàm iuuenes, neq; enim omnes maiorem habent circa uictum continentiam: qui uero non habent, magis ægrotant, ut qui iuuenibus sunt debiliores. Quod uero plures ex morbis diuturnis ipsos ad mortem comitantur, clarum est: siquidem & uis est imbecillis, quæ neq; morbos facile coquere possit, & omnes morbi diuturni frigidi sunt, unde & magis senibus, quàm iuuenibus accidit. Omnes siquidem similibus morbis facilius corripuntur.

## BRASAVOLVS

**PRIMO** docet, Aphorismum uniuersaliter in omnibus senioribus intelligendum non esse: ob illam causam, quia omnes seniores non sunt continentes, sed aliqui incontinentissimi sunt, propterea hi magis ægrotant iunioribus: & hoc non ab re, quia seniores iunioribus sunt imbecilliores: propterea ob incontinentiam ægritudines facilius incurrunt, q̄ iuniores faciāt, qui ea facilius ferre possunt, quæ ex incontinentia cōtingunt.

**SECUNDO** rationem reddit, quare longi morbi senioribus cōtingant, & ad mortem comitentur. Longi contingunt, quia frigidi sunt, & longi morbi ex frigidis humoribus fiunt: ideo rarius iunioribus contingunt, utpote calidioribus: ad mortem uero comitatur, propter imbecillas uires, quas seniores habent, quæ non satis sunt ad frigidos morbos coquendos, & ex crasis, glutinosis, & præduris humoribus factos.

**TERTIO** uniuersalem propositionē ponit, Omnes homines facilius in morbos sibi similes incurere: propterea seniores quum frigidi sint, frigidos morbos incurrunt: iuniores uero facilius calidos.

Hoc autem loco dubitare poteris, Quum trigésimo quarto aphorismo huius libri dictum sit, In morbis minus periclitari ægrotantes, quorum naturæ aut ætati aut habitui magis congruit morbus, quàm quibus secundum nihil istorum congruit: seniores uero sunt frigidi. Igitur morbi isti longi sunt ipsis proportionales: igitur ad mortem perducere non deberent, sed potius minus periclitari, quàm si in quacunq; altera natura, uel ætate contingant. Huic dicendum est, quantum sit ratione ætatis, quia morbus magis proportionalis est, minus periclitari deberent. Verum quia in hac ætate uires imbecillas esse contingit, ob hoc magis periclitantur.

In medio ferè huius Commētationis ubi legitur, Si quidem uis est imbecillis, quæ nos loco huius particulæ Quæ, legendum putamus Ita ut. Græce enim est, *ὡς*.

Quod legitur, Omnes siquidem similibus morbis facilius corripuntur. Græce est, *τοῖς γὰρ οἰκείοις νοσήμασι διακλωπτότεροι πάντων*. idest, Omnes sibi conuenientibus morbis magis obnoxij sunt.

# Raucedines & grauedines, in ualde senibus coctionem non admittunt.

BRASAVOLVS

SI VLTIMI senes, imò & primi diuturnos morbos inciderint, ut plurimum comitantur ad mortem, sed inter diuturnos morbos raucedo & grauedo connumerantur. Igitur in senioribus raucedo & grauedo concoctionem non admittunt, sed comitantur ad mortem: quia senilis ætas talis est, ut ob uirium imbecillitatem ad has frigidas materias coquendas inepta sit, unde hoc loco exemplum ponere uidetur præcedentis aphorismi: propterea à Philotheo hic dicitur, παραδεδειγµενὸν τὸ πρὸς τῷ ἀφορισµῷ, καὶ γὰρ ἔλεγε, ὅτι οὐδὲ αὐτῶν χρόνια νοσήµατα γίνονται, τὰ πολλὰ ἔπειτα ποδνήσκαι, ὡς πρὸ ἑρωτῶντος ἑστῆτι, ἐπίγει λεγῶν. Βραχυχοὶ καὶ κέρυλαι ποιοὶ σφίδρα περιβυτῆροισιν οὐ περιάνονται, καὶ ἡ ἀπία, ὅτι τὴν ἰσθειαν τῷ δόρµου, καὶ τὴν ἀδύνησαν τῷ θανάτῳ. idest, Exemplum quoddam ponit præcedentis aphorismi: etenim dicebat, quicumq; morbi ipsi diuturni fiunt, magna ex parte comitantur ad mortem: tanquã quoddam propter quid interrogante, adiungit, Raucedines & grauedines in ualde senibus concoctionem non admittunt: & causa est, ob caloris indigentiam, & uirium imbecillitatem. Oribasius etiam dicit (ut superius dictum est) quòd senioribus aliquæ ægritudines commoriantur, id nunc denuo testatur, quòd raucedines & grauedines concoqui nequeant: unde & ipse ac si hic aphorismus exemplum sit præcedentis testatur, unum est, in senioribus prædicta non maturari. Sed hoc loco historiã quandam referre non recusabo. Nicolaus Leonicensus præceptor celeberrimus, uir nonagenarius, imò & qui iam sextum supra nonagesimum transegerat, millesimo quingentesimo uigesimo tertio raucedinem & grauedinem simul incidit: hic medico utebatur probissimo atq; doctissimo Alberto Saonarola, diui Hieronymi fratre, ne sine medico ægrotaret: nam medico non indigebat tantus uir. Quum per aliquot dies raucedo atque grauedo in Leonicenso perseverarent, & esset de salute sua ualde sollicitus, bonus ille uir Albertus, ne Leonicensus has affectiones curandas putaret, & ne esset de salute tã sollicitus, hunc aphorismum illi retulit, Grauedines & raucedines in ualde senibus cõcoctionem non admittunt. Quem audiens Leonicensus subrisit, inquiens: Parce mi Alberte, Hippocratis aphorismum non intelligis: quippe uerus non est in uiro medico. Et ita certe fuit: Nam uir (quod mirum est) tanta ætate ingrauescens, sola uictus ratione obseruata, à raucedine & grauedine euasit. Talis autem erat eius uictus ratio: Nunquam abstinuit à carnibus, nunquam à pinguisissimis capi iure, nunquam à uino, quod & dulcissimum simul & potentissimum bibebat: & sanitati restitutus est. Dicebatq; hoc genus uictus esse illi ætati proprium: & à quo si declinet, potius periclitari quàm iuuari. Imò medicos illos deliros uocabat, qui in tam ingrauescenti ætate carnes, iura, atq; uinum probebant, si modice sumantur: sit quocunq; ægritudinis genus, quo ille afficiatur. Hanc historiã ueluti per transennã adducere placuit, ut quisq; scire possit, quomodo uir ille celeberrimus uitæ sitientissimus & nonagenarius seipsum in raucedine & grauedine tractaret: ut simul discãt, quomodo suos ægros in his affectibus quum longæuit sint, curare debeant. Nunc ad rem ipsam, idest propositum aphorismum reuertamur. Βραχυχοὶ, idest, Raucedines. 1 Nam & βραχυχοὺς, raucesco significat: & uir βραχυχοῦς dicitur, idest raucus. Græcum nomen apud recentes medicos notius est quàm Latinum. Pro perfectiori autem eorum quæ in aphorismo dicuntur intellectu, tria nomina exponenda sunt, κατὰ ῥῆσιν, βραχυχοὺς, κέρυλαι: quæ apud recentes magis nota sunt, quàm Latina. Primum, κατὰ ῥῆσιν dicitur, quod defluo significat: ideo κατὰ ῥῆσιν, id est defluxum, dicere possumus: uel, Celsum & bonos authores imitati, destillationem. Potest autem destillatio, ad quamcunq; corporis partem fieri: propterea, ad quam partem destillat materia aliqua atq; fluit, ad illam destillatio est, & catarrhus dici potest ille fluxus. Est igitur hoc nomen Catarrhus, commune uocabulum defluxus humorum ad quamcunq; partem: quem Celsus destillationem uocat: raucedinis uerò non memi-

nie

nit: at semper de destillatione simul & grauedine agit: nam libro quarto, capite secundo dicit, destillationes à Græcis *νερασαιμοις*, grauedines *νεραλας* appellari. Quo loco dicit destillationem quandoq; ex capite in nares ferri, & hoc leue est, coryzaq; est, idest graedo. Interdum in fauces, quod peius est. Interdum etiam in pulmonem, quod pessimum est. Quando est in faucibus, Hippocrates appellat *βροχυον*, nos raucedinem. Celsus uero utitur communi nomine, & appellat destillationes: unde apud ipsum solum hæc duo inueniuntur, destillatio, & graedo: nam primo libro, capite secundo, ubi iubet euitandum frigus matutinum & uespertinum, & solem meridianum, & multa alia quæ ibi enarrantur, addit: Quæ res maxime grauedines destillationesq; concitant, ut nullam de raucedine mentionem faciat: quæ tamen ab eisdem concitatur, sed illam sub hoc nomine destillatio intelligit. Eodẽ quoq; libro capite quinto dicit, usum aquæ frigidaẽ euitare debere eum qui habet grauedines & destillationes: modumq; euitandi docet, qui etiam raucedini conuenit, ut hinc manifeste deprehendi possit, sub destillatione raucedinem intellexisse, nusquam uero de se illam explicauit. In qua re tamen admiror, quom certum sit, Celsum antiquiores uidisse, atque Hippocratem, qui *βροχυον* differuerunt. Plinius uero Latinus author de raucedine mentionem facit libro uigesimo, capite septimo, ubi de sectiuo porro loquitur, quod dicit destillationes compescere, & raucitates extenuare, ubi uides hic destillationes ponere atque raucitates: & hoc modo nominare, scilicet raucitates & non raucedines. libro etiam uigesimo secundo, capite uigesimo tertio, ubi de lasere agit, raucitatibus ualere dicit, confestim enim purgat fauces uocemq; reddit. Tamen nusquam apud Plinium reperij grauedinem uel coryzam. Raucitatem igitur potius dicendum arbitror, quoniam apud Latinos ita dici constat, & rauis potius quam rauedo. Ad rem igitur. Destillatio, commune uocabulum est ad omnes humorum defluxus, ad quamcunq; partem defluerint: itaq; raucitatem complectetur & grauedinem, & materia ad pectus defluxum, ad uentriculum, ad inferiorem uentrem, & breuibus ad omnem nostri corporis partem. Quod ostendere nunc incipiemus, si prius annotabimus, quandoq; apud Græcos inueniri *νερασαιμοις*, quandoq; *βροχυα*, *απ το ρεω*, quod est fluo, & utrunq; interpretatum inuenitur destillatio. Etenim recentes decipiuntur, qui uolunt catarrhum esse genus, destillationem uero eius speciem, quæ ad pectus descenderit: nam hæc duo nomina apud Græcos communia sunt, & apud probos Latinos destillationes interpretata inueniuntur, & utrunq; à *ρεω*, quod est fluo, deducitur. Quod uero destillatio ad quamcunq; partem esse possit, statim manifestum erit, si Hippocrate in libro De prisca medicina perlegemus, qui de destillatione ad oculos tractat, ut quam sua lingua *βροχυα* uocat. Fortè uulgus nostrum quum aliquem oculo ægrotare uidet, inquit, *lui ha una riema*, intelligere uoluit rheuma: & prius quam Hippocrates prædicta uerba dixisset, sub destillationem, grauedinem & raucedinem posuerat. Post hæc uero de destillatione agens, inquit: Si in fauces penetret, rauedo, singultus, angina, sacri ignes, spirandi difficultas, pulmonis uitia, plurimaq; alia suscitantur: ut hinc facile colligi possit, ad uarias partes destillationem esse. In libro etiam De glandulis, per omnia membra docet fluere, per palatum in fauces materiam, & deinde in uentriculum, & per spinalem medullam: propterea ibi notat, esse in humano capite septem meatus per quos fluit materia: itaq; ad tot partes erunt defluxus & destillationes: de illa etiam quæ est ad aures destillatione, & ad oculos, in libro De locis in homine, agit: & docet, ex destillatione à capite ad pectus lateralem morbum & peripneumoniã fieri. At quid opus est uerbis? Sexcenta sunt apud Hippocrate loca, quibus haberi potest, destillationẽ catarrhum uel aut rheuma esse communia uocabula ad omnes materierum defluxus ad quamcunq; partem fiant. Graedo autẽ & raucitas sunt ad statutas nostri corporis partes: unde *βροχυον* ad fauces est: quam dispositionem nostri Latini raucitatem, ut Plinius: alij raucedinem uocant. Si uero ad nares sit, *νεραλα* à Græcis, à nostris graedo nuncupatur.

Tamen ut rem hanc exquisitius aperiamus, hæc est summa authorũ intentio, quam nunc adducemus: & si hæc uocabula apud Græcos communia sint, *βροχυα* & *νερασαιμοις*, & apud Latinos, fluxio, defluxus, destillatio: tamen apud Græcos *βροχυα*, pro

communiori uoce accipitur, quàm *καταρροή*, unde & Galenus in Introductorio sibi adscripto de his fluctionibus agens, dicit, Humor à capite oppleto destillat interdum in nares, interdum in fauces, interdum in pulmonem: atq; has tres species facit, *κόρυζα*, *βρογχίτις*, & *καταρροή*, siue *καταρροή*, nos Latine interpretari possumus grauedinem, raucitatem atque destillationem. Destillatio postea nomina mutat, ut ex Hippocrate etiã haberi potest in loco præcitato libelli De locis in homine: si in unam pectoris partē fluat, morbum lateralem facit: si in utraq; cavitates, peripneumoniam: si pulmonem uitiet, phthisim, idest tabem facit: si ad coxendices, *ισχιαδινίη* uocant: si ad renes *νεφριτις*, unde secundum agritudines quas facit materia à capite fluens, denominatio fit. Est uero solum catarrhus, uel destillatio, quã materia ad pectus fluat, quam eodem loco dicit non ex facili curari, imò saepe immedicabilis est. Eandem ferè sententiam Aetius habere uidetur capite quinquagesimo tertio, octauo libri, sed in catarrho differt: nam uult coryzam, mucum, uel grauedinem esse si ad nares permeet: si uero ad gurgulionem, aut uuam, catarrhus, uel destillatio est. Hæc q; dicit posita esse secundum Galenum. At tu uidere potes in præcitato loco, aliud sensisse Galenum, si is liber Galeni sit, nisi dixerimus, sub catarrho raucitatem intellexisse, & quando ad pectus descendit etiã nuncupare catarrhum: imò & de tabe agit, quæ ab eadem fiat materia, & quod defluat ad uentriculum & alias partes: sed in se, de grauedine solum & destillatione mentionem facit. Paulus etiã libro tertio, capite uigesimo octauo, hæc alio modo percẽtere uidetur, quàm Galenus fecerit. Inquit enim, Communis quidem coryza, catarrho, raucedini, tussiq; est excrementosi à capite humoris in subiectas partes descensus, qui si in nares distillando ingruit, & easdem aggrauat, coryza, idest grauedo uocatur. Si uero per palatum in fauces influit, catarrhus simpliciter appellatur. Sin autem idem humoris descensus in guttur & asperam arteriam deferatur: atq; interiori eius membranam salebrosam reddiderit: quum uox rauca comitatur, appellant branchum siue arteriacum; nos raucitatem, quæ fit etiã ex nimio clamore. Hinc Lucretius:

Præterradit enim uox fauces saepe, facitq;

Asperiora foras gradiens arteria clamor.

Vbi arteria dicuntur genere neutro. Hinc habes aliter ab Ægineta edoceri ad quam partem fluat catarrhus, quàm fecerit præcitatus Galeni locus libri sibi inscripti. Sed uult & ipse phthisim, & multa alia ab eodem fluore à capite generari, forte & ipse aced puit nomen catarrhus communiter, ut omnes defluxus complectatur, aliter à Galeni præcitato libro omnino dissentiret. Circumfertur autem liber De re medica sub nomine Plinij Secundi, liber profecto non despiciendus, in quo & ipse libro primo, capite secundo, hos fluores distinguit, inquit, Est quidem catarrhus humor fluens ad nares, ad fauces, ad pulmonem. Vnde catarrhus dicitur est à fluore, Greci enim hunc fluorem dicunt (puto hic legendum *ῥόυμα*) à quibusdam alijs speciebus & nominibus catarrhus appellatur, ad nares factus *κόρυζα*, ad fauces branchus, ad pulmones phthisis, unde & hic uir à præcitato Galeni libro dissentit in catarrho: nam ponit tanquam genus, quum Galenus speciem ponat materiæ à capite fluentis. In summa igitur dicimus catarrhum esse quidem nomen generale ad omnem fluctionem ad quamcũq; nostri corporis partem. Vnde & Alexander Trallianus libro primo, capite trigesimo, de aurium doloribus agit ex catarrho factis. At secundum Galenum præcitato loco, descensui materiæ ad pectus appropriatur. Secundum Aetium ad uuam & gurgulionem, & secundum Paulum ad fauces: quamuis crediderim Paulum & Aetium conuenire, imò forte locum aliquem Galeni inuenere, in quo eorum more loqueretur: tamẽ quæ quid sit catarrhus, idest destillatio, est ad pectus: ad fauces, branchus uel raucedo. Dicitur autem *βρογχίτις*, guttur, in qua parte fiunt raucedines, & in qua tumores, quos uulgò *gossi* appellamus. Vitruuius, gutturosos homines uocat, qui hoc tumore deformantur, tumores uero tales, Græci uocant *βρογχικίλας*, qui aquarum uitio ut plurimum fiunt. Coryza uero est in naso materia defluens, quæ quandoq; tenuis, quandoq; crassa est, facitq; grauedinem si crassa: propterea Celsus dicit, debere esse plenas nares,

nec

ne facile respirantes, quia de facta à materia crassa loquebantur: sed etiam coryza est, si à tenui fiat, Ad rem igitur. Raucedines & grauedines, imò adde & destillatio- nes omnes,

*Τὸν σφόδρα πρῶτόγημυ*, idest, In ualde senibus, ] qui ætate confecti sunt, & imbecilles,

*ὀὐ πρῶταίοντα*. idest, Coctionem non admittunt. ] Non finiunt, hoc est non percoquunt, quia eorum calor imbecillis est, ut hos humores qui frigidi sunt & crassi, has ægritudines facientes coquere non possit. Si uero dicas, nos in præcedenti aphorismo de primis senibus locutos esse, tamen sub hoc nomine presbyteri, cur & hic per idem nomen primos senes non intelligimus. Respōdemus, omnino presbyteros apud Galenum esse secundos senes: sed superius, omnes senes intelligebamus, uel primi, uel secundi essent, modo ex ætate ægri non essent: hic uero quanto magis seniores sunt, tanto minus has materias ad partes destillantes cōcoquunt: propterea addit, Valde senes: ut hos notet, quod superius non fecerat. Sed de raucedine atq; grauedine ambiges, quum sint ægritudines senibus proportionales, concoqui posse facile deberent. Galenus in aphorismo trigesimo quarto, ad hoc dubium respōdet, non esse idem non concoqui, & esse periculosum: quia hæc non sunt periculosa in senioribus, licet non concoquantur. At quia hæc solutio fortè conuenire non uidebatur, licet bona etiam sit: propterea aliam addit, Hippocratem in ualde senibus dixisse, in quibus omnia sunt periculosa: non quia ipsis proportionalia, uel improportionalia, sed quia uires imbecillas habent, unde ratione improportionabilitatis minus periculosa sunt. At quia uires imbecillas habent, propterea omnia habent periculosa, etiam si proportionalia sint.

## GALENVS

**S**I SIMVL iunxerimus ambos aphorismos, utriusq; sermo talis erit. Senes iuuenibus plurimum ægrotant minus. Quicumq; uerò morbi ipsis accidunt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem. Raucedines igitur atq; grauedines in ualde senibus coctionem non admittūt, ita ut hic aphorismus sit ueluti Exemplum quoddam antecedētis. Neq; enim hi soli morbi senes comitantur ad mortem, sed nephritis, idest passio renum, podagra, morbus articularis, & coxendicium dolores, & quæ laxiori intestino, ac spleni, frigida insunt dispositiones, & præterea crebri anhelitus (quos Græci asthmata nominant) tusses, gibbi, recuruationes, obliquationes, & quæcunq; alia morborum genera ex frigidis humoribus ortum habent, quæ in quibusdam iuuenibus nedum in senibus difficulter coquantur.

## BRASAVOLVS

**PRIMO** Galenus hunc aphorismum præcedenti continuat, inquit: in hoc dari exemplum eius quod dictum est in præcedenti aphorismo, & hoc præsertim de secunda parte, in qua dicit, quòd longi morbi seniores ad mortem concomitantur. Hoc patere potest, quia raucedines & grauedines in ualde senibus concoctionē non admittunt.

**SECUNDO**, ne quis putaret raucedines solum & grauedines ægros ad mortem concomitari: propter hoc multos alios morbos enumerare uoluit Galenus, qui senes ad mortem cōcomitantur. Primus quem enumerat est *νεφρῖτις*, idest renum passio, uel renum morbus: à Græcis etenim *renes*, *νεφροί* uocantur: unde *νεφρῖτις*, earum passio: quam passioñē distingui difficulter à colica Galenus sexto libro De locis affectis, statim in principio tertij capitij, docet: & eodem loco uelle uidetur nephritim lapidem habere, idest esse passioñē, in qua simul lapis sit, uel passioñē propter lapidem: quam uis simplicij uocabulo, Græci omnem renum passioñem nephritim nominant, ut ex Paulo haberi potest, libro tertio, capite quadragesimo quinto: & ex Tralliano libro tertio, capite trigesimo quarto, ubi dicit, Ex renum morbis, qui Græcis *νεφρῖτιδες* dicuntur, princeps ferè constituitur *λιθιασῖς*, idest, calculosus morbus: ut manifeste habeatur, multos aliòs esse morbos, qui nephritides appellantur, præter lapidem, tamen potissimum significatur hæc passio, in qua lapis est: utpote ea quæ sit inter nephriti-

des fauissima: at quæcunq; sit renum passio, seniores ad mortem comitatur. Secundam seniorum ægritudinem podagram facit, quæ & iuniores ipsos ad mortem comitatur. Sub podagra uero, chiragram etiam intelligit. Tertia ægritudo est, articularis morbus, qui omnes artus uexat, uel magnam partem, uel modo hos, modo illos.

Quarta ægritudo est, coxendicum dolor, quem Græci *ισχίαν* uocant, uulgius nostrum sciaticam, quum materia in illius ossis acetabulum impingitur. Quinta ægritudo, sunt frigidæ dispositiones *πρὸς τὸν κόλον*, idest, circa intestinum colon, quod Latinius intestinum uocat Leonicens; hæ autem in ipso intestino tormina faciunt, & hæ dispositiones frigidæ sunt & à pituita. Sexta ægritudo, sunt lienis affectiones, quæ in ipso tumores faciunt, qui solui non possunt, & quandoq; dolores. Septima affectio, est *ἀδμα*: Latine, creber anhelitus dicitur, sit quæcunque species, uel illa in qua difficulter inspiramus, uel expiramus, uel utrunque facimus: adeo etiam, ut is qui patitur, recta ceruice manere cogatur. Octaua affectio, sunt tusses, quæ ex defluatione fiunt, ad fauces descendente. Nona affectio, sunt gibbositates, quæ ita in pectore fiunt, sicuti in dorso. Hi uerò sunt morbi in compositione solum, qui etiam iuuenes concomitantur ad mortem. Hæ autem fiunt, quum extuberant aut dorsum, aut pectus, aut utrunque simul.

Decima affectio, sunt recuruationes. Distinguitur autem à gibbositate recuruatio: quia recuruatio fit propter neruos, qui extenduntur & trahuntur ante, uel retro: nam æque fit in anteriori parte, sicuti in posteriori recuruatio. Sed gibbositas fit, propter materiam affectionem. Undecima affectio, sunt obliquesiones, quæ fiunt in dexterum uel in sinistrum latus per neruos.

Duodecimo, in summa, omnes morbos ponit ab humoribus frigidis factos in senibus ad mortem concomitari. Imò addit, quòd & in iuuenibus quibusdam difficulter coquuntur.

## APHORISMVS XLII

**Q**ui frequenter, ac fortiter absq; causa manifesta exoluuntur, de repente moriuntur.

## BRASAVOLVS

HUIVS APHORISMI sententia hæc est, Qui frequenter exolutionem patiuntur, & fortem, & nulla adsit nota causa cur exolutio hæc fiat, hi repente moriuntur: quoniam hæc exolutio non fit, nisi uires imbecillæ sint, & nisi uel materia, uel aliquid circa cor sit, quod exolutionem faciat. Quum autem uis imbecilla sit, & cor patiat, facile est hunc perire qui ita affectus est, & repentina morte: nam quum aliquid lædens, cordi annexum fuerit, facile interficere potest. Philotheus propter ea hoc modo Aphorismum istum aggreditur: *ἡ πρῶτα πρόβλημα θανάτου ποιεῖται λέγων, ὅτι ἰσχυρῶς ἐκλύεται πολλοῖς, καὶ ἰσχυρῶς αὐτοὶ προφασιῶν φανερῶς, οὐτὸν ἀπαίρωντες ἕξ χρόνον πελοῦται. εἰάν γὰρ ἐπὶ φανερῶς αἰτία ἐκλύονται, οὐ τελοῦνται. γὰρ γὰρ τίς, ὡς φησὶν ὁ Γαλιῶς, ἢ τινὶ βαλανείῳ σιωχῶς ἀφελύτο. ἐπεκάλυτο δὲ πονηρὰ ἕξ βαλανείῳ, διὰ καὶ ἐλασθόμενα. ἐπειθὲν δὲ φανερῶς ἡ τὸ αἴτιον, τὸ ποιοῦν τῶν λασθόμενων, οὐκ ἦν αὐτῶν λαπὸν. εἰάν οὖν αὐτοὶ φανερῶς αἰτίαι ἐκλύονται τινὲς, ἢτοι λασθόμενων πολλοῖς τὲ καὶ ἰσχυρῶς, ἀπαίρωντες τελοῦνται, διὰ καὶ τῶν ζωτικῶν τόνων, πάντων αἰσθητῶν. διὰ καὶ ἁπλῶς ἐπὶ τοῖς τύχουσι ἐκλύονται, καὶ διὰ τοῦτο ἀπαίρωντες τελοῦνται. διὰ τὸ ἐμποδίσαι τῶν καρδιῶν διασπόμενον ὄργανον, ἢ ἄλλο, ἢ ἐξ ἑαυτῶν ἐπιπέμμενον ἕξ πρὸς καρδίαν. Ζητουμένης δὲ τῆς αἰτίας, ὡς φησὶν ὁ Γαλιῶς, ἀκατεμένων ἕξ ἢ τῶν κελύκων τῆς καρδίας χιτῶνα τινὰ περιέμμενον, περιπεμμενον ὑγροῦ διασώθους. ὅπερ ὑγρὸν τῆς καρδίας ἢ ἐκείνης ποιότητι διαφθαερῆν αἰεὶ, καὶ ἐλιμμένον τῶν ζωτικῶν τόνων, καὶ τὸ παρῶν τῆς ἐκλύσεως ἐποίησεν. idest, Hic mortis prætentionem facit, dicens, quòd si quis frequenter dissoluatur, & fortiter, sine causa manifesta, iste in processu de repente moritur. Etenim si ex mani-*

**H**æc manifesta causa dissoluuntur, non moriuntur. Nam mulier quædam (ut Galenus dicit) in quodam balneo continue resoluebatur: succendebatur uero praua materia balneo, unde animi defectum incidebat. At quia manifesta erat causa, animi defectum faciens, eidem malum non erat. Si igitur absque causa manifesta dissoluuntur nonnulli, uel animi defectum frequenter & fortiter incidunt, de repente moriuntur: propterea quod in his uitalis compago, atque tonus, ualde imbecillis est. Propterea & facile, quum hæc contingunt, dissoluuntur: & ob id, repente moriuntur. Quoniam distinctius tumor humidus uel siccus adiacens pericardio, id est, pelliculæ cor regenti, cor ipsum impedit. Causa uero perquisita (ut dicit Galenus) insector quidam anatomicus, in cordis uentriculis tunicam quandam ambeuntem inuenit, humiditate olida plenam: quæ quidem humiditas, praua illa qualitate uitalem compaginem atque harmoniam semper corrumpibat, atque destruebat, & dissolutionis passionem faciebat.

*οι εκλυόμενοι.* idest, Exoluti, uel Qui exoluuntur. ] Recentiores inter exolutionem & syncopim nullam differentiam facere uidentur: & ideo exponunt, Qui exoluuntur, idest Qui syncopim patiuntur. Sed Galenus in fine Commentationis huius partis, inter syncopim & exolutionem differentiam facere uidetur: ubi exemplum ponit cuiusdam, qui dum exoluere, fortiter ei palpitabat cor: huncque dicit repente mortuum esse: non aliter, quam illi qui acutissimis cordis affectibus, quos syncopas uocant, correpti subito intereunt. Vt manifeste appareat syncopim apud ipsum aliud esse, quam exolutionem: quia uult illum, simili ex exolutione mortuum esse, ut illi moriuntur, qui ex syncope moriuntur. Sunt igitur syncope, & exolutio, distinctæ: tamen non differunt, quo ad causam, sed solum quo ad intensionem & remissionem, quia in syncope est perfecta & magna exolutio. Exolutio uero est imbecillis: propterea syncopis causæ, sunt etiam exolutionis causæ. Imò Galenus quinto De locis affectis libro, capite primo, eadem ponit, quæ & syncopim facere dicit, atque exolutionem: adducitque præsentem Aphorismum, & inquit, Hæc fieri uel ab oris uentriculi, aut cordis dispositione, quæ uel sit duntaxat fortis intemperatura, uel uenenosus humor, uel erysipelas, uel inflammatio, uel alter humor præter naturam. Adde tu, Vel humor aliquis, qui in corde sit. Additque eodem loco Galenus, Per intemperaturam partium simularium, non posse fieri subitam mortem, sed bene per intemperaturam partium instrumentalium. Et addit, Id fieri non posse, nisi præcedentibus signis, quorum unum ab Hippocrate dictum est, Qui sæpe & multum exoluuntur sine causa manifesta, si repente moriuntur. Si uero dicas, Quomodo hæc euenire possunt, uentriculi ore affecto? Ipse inquit, non euenire à uentriculi ore, nisi consentiente corde (licet antiqui, os uentriculi cor appellarent.) Potest etiam hoc contingere ex illa aqua, quæ in pellicula ambiente cor, continetur, & quæ cor contingit: nam si male affecta sit, hoc facile fiet, uel si humore plena sit. Galenus, dissecta simia tumorem uidit in tunica illa, qui humorem similem aquæ continebat. In gallo etiam dissecto inuenit in hac tunica tumorem prædurum, in quo nihil erat aquæ, sed inuolucrum ex pluribus pelliculis uidebatur.

Qui ergo exoluuntur: idest, Qui ad animi defectum perueniunt. Quod intelligendum est, tam in sanis (idest, in his qui sani uidentur,) quam in ægris. De syncope in ægritudinibus, Galenus duodecimo Methodi medendi libro, agit, & curare docet: ex quo loco, exolutionis curationem accipere potes. Sed in hoc Aphorismo putamus Hippocratem potius illos intelligere, qui sani uidentur: nam tanto efficacius in ægris uerum erit. Hæc uero affectio, exolutio nuncupatur: quoniam membra omnia exoluuntur, & ad animi defectum peruenit is, qui exoluatur. De animi uero defectu, Galenus superius libro primo, Aphorismo uigesimo tertio, dicebat, tunc fieri, quum in ore uentriculi humores mordaces aliquando fuerint. Sed si quis semel, aut bis exoluatur, aut leuiter exoluatur, non est iudicandum, quod repente mori debeat. Propterea addit,

*πολλοὶς ἡγὰρ ἐκλύει.* idest, Frequenter & fortiter. ] Vt multis fiat uicibus, & sit in-



tenfa exolutio, talis inquam ut fere fit syncopæ affinis: sed neq; istud fati est, propterea aliud addere oportet.

*ἀπὸ φανερῆς πρὸ φηλοῦς.* idest, Sine causa manifesta. Per immanifestam causam Galenus ignotam causam intelligit: ignotam inquam, idest quæ ab extrinseco non sit, nec à quolibet etiam sedentario reddi potest: tamen probi medici causas omnes huius dissolutionis reddere sciunt, sed in propria causa decipi possunt, & unus unam, alter alteram assignare. Quum igitur fortem dissolutionem uidebimus & frequentem quæ manifestam causam non habeat, iudicare debemus causam ipsam esse in corde: propterea hunc facile mori posse, & ideo quum hæc tria simul esse uidebis, hunc repente moriturum iudicatio, quod & prædici potest, & etiam prohiberi ne mortē incidat: quin etiam conuenientia præsidia & uictus ad propositum exhibeantur. At quamuis dissolutio à multis causis fieri possit, tamen recentiores tres solas assignant: una est paucitas & tenuitas spirituum: secunda nonnihil quod ad interiora spiritus mouet, sicuti uenenum est: tertia aliquod quod spiritum intus existentem prouocet, ut est fungorum succus: reuera affecti spiritus in causa sunt, sed potest esse mala qualitas ex primis, potest esse dispositio in dissimilariibus partibus, quæ hoc faciat: potest esse dolor etiam in ore uentriculi, ut Galenus libro quinto De locis affectis, capite primo, ostendit: sed hæc sunt cū causa, sine causa nota, quando uis uitalis imbecilla est, propterea facile mori potest.

## GALENVS

**N**ON OMNES qui exoluuntur, de repente moriuntur: sed si tres distinctiones adieceris. Vnam quidem primam, ut sapius hoc patiantur, secundam ut fortiter, tertiam ut sine causa manifesta. Nam mulier quædam longum in balneo tempus commorata, frequenter exolebatur ob temporis diuturnitatem, & quoniam balneo magna ex parte ligna succedebantur uitiatâ, uerū non erat hoc morbi signum, quum causam haberet manifestam. Altera uerò quam uteri affectus infestabant, hoc idem patiebatur. Quidam uerò alter post longum ieiuniū in balneo exolebatur. Alteri autem, & si per horâ lauabatur, idem accidebat, nisi prius aliquid panis assumpsisset. Quibus omnibus, aut debile erat, aut sensum plurimum habebat uentriculi os. Quicumq; uerò ex nulla tali causa sepius ac fortiter exoluuntur, hi ob uirtutis animalis imbecillitatem hoc patiuntur, sicuti & ille, cui dum exolueretur, cor fortiter palpitabat, de repente mortuus est, non aliter quàm illi qui acutissimis cordis affectibus, quos syncopas uocant, arrepti, subito intereunt.

## BRASAVOLVS

**PRIMO** Galenus docet, non esse simpliciter uerum, Omnes de repente mori, qui exoluuntur: sed opus esse tres conditiones addi, quod frequenter fiat, fortiter & absq; causa manifesta.

Quod legitur, Tres distinctiones. Græce est, *ἁρξισμοῦς.*

Quod etiam legitur, Vt sapius. Græce est, *πολλοῦς.*

**SECVNDO**, casus quatuor refert, in quibus offendit, aliquos esse exolutos cum manifesta causa. Primus casus est, de muliere quæ in balneo diu commorata, ob longam moram exolebatur: præsertim, quia ligna uitiatâ in balneo comburebantur, id est ligna ualde humida, & quæ in loco humido mansissent. Illi enim fumi cor petentes exolebant ipsam. Et nos bis aut ter uidimus exolutos, ex carbonum accensorum fumo: erant hi, qui carbones succenderant in loco angustiore, in quo nulla erat exspiratio. Sunt autem carbones quodammodo uitiatâ, quia prius quàm perfecte urantur, terra extinguuntur: & fere suffocantur ita, ut humiditas quædam crassa intus seruetur. Imò tres in cubiculo dormiētes una nocte ob hunc fumum suffocatos uidimus, & penitus extinctos, cum quibus erat & canis commortuus. Secundus casus est de muliere, quæ solum exolebatur, dum uteri affectum haberet. At qui nam esset hic affectus, non docet: fortè dolor erat, uel menses. Tertius casus est, de alia muliere, quæ in balneo exolebatur propter longum ieiuniū. Quartus casus est de uno, qui si per horam

horam lauabatur, exolebatur, nisi aliquid panis prius sumpisset. Tamen intellige tu aliud edulium etiam ipsum saluum reddidisse, præter panem. At panem sumebat, quia commune edulium: uerum hi duo posteriores casus proueniebant, uel quia os uentriculi imbecille erat, uel plurimum sensibile. Ideo famem, præsertim in balneo, ferre non poterat, quia balneum multum exoluit.

Quod uero in Galeni codice scriptum est, Quibus omnibus aut debile erat, aut ferissimum plurimum habebat os uentriculi, illa particula Omnibus, ex superabundanti posita est. Nam Græce legitur, *οἷς πλούσιος μὲν οὖν ἢ ἀδύνητος, ἢ ἀδύνητος ἰσχυρὸς δὲ τὸ πῶς γαστρὸς σῶμα.* idest, Quibus quidem aut debile erat, aut sensum plurimum habebat uentriculi os.

Quod prius legebatur, Succendebantur. Græce est, *ἰσχυραῖοι.*

Quod etiam legebatur, Uteri affectus infestabant. Græce est *ὕστερος νόσος*, alias Leoniceus interpretatur hysterica, uterina.

TER TIO ueram causam exolutionis in aphorismo positæ refert, Quisque igitur qui ex nulla causa ex prædictis, & etiam ex nulla euidenti, sæpius & fortiter exoluitur, hic ob uirtutis animalis imbecillitatem hoc patitur. Contextus, quem Leoniceus interpretatus est, dicebat *τὸς ψυχικὸς δυναμικός.* idest, uirtutis animalis. Et ita legitur in codice Aldino passim impresso. In nostro autem antiquo codice legitur, *τὸς ζωτικὸς δυναμικός.* idest, uirtutis uitalis: quod magis probamus, quia exolutionem non facit animalis uirtutis imbecillitas, quæ in cerebro sedem habet, sed uitalis, quæ in corde: exolutio autem potius à corde prouenit, imò ab ipso corde, ut quinto De locis affectis, capite quinto patet. Et exemplum quod in Commentatione sequitur, idem probat. Est autem de quodam qui dum exolueretur, cor ei multum palpitabat, non alio modo quàm palpitent hi, qui ex acutissimis cordis affectibus, quos uocant *σύνκοπες*, correpti subito moriuntur.

Quod legitur, Cordis affectibus. Græce est, *καρδιασμοί.*

At quod à recentioribus de exolutione, quæ fit ex forti dolore, aut ex gaudio dubitatur, quod ex spiritibus non fiat ad interiora congregatis; sed nos dicemus hunc cadere in syncopem, non in exolutionem, quia ob dolorem uel gaudium spiritus resoluitur, & cor exinanitur: uis autem ad interiora & ad cor spiritus trahere cogitur: itaq; fit syncope. sed quia & exolutio fieri potest, propterea dicimus, ex manifesta causa factâ esse: sicuti nonnunquam fit, quum alicui uena secatur, & quum mulier uteri præfoculationem patitur, aut aliquod simile, ut quum quis tristitiam aliquam incidit, & suæ res aduersæ, & Mandrabuli more succedunt.

Si uero petas, cur hi qui exolutione moriuntur, liuidum colorem contrahant, & collum peruertat: dicemus eum colorem fieri ob spiritus intus retractos, qui extimas partes exangues dimitunt, & sanguis ipse ad cor ueluti ad arcem recurrit. Collum uero peruertitur ob uirtutis motiuae imbecillitatem.

## APHORISMVS XLII

**S**oluere morbum, quem apoplexiam uocant, fortem, impossibile, debilem uero, non facile.

## BRASAVOLVS

IN QVOTIDIANA ægrorum curatione uiros, qui apoplexiam incidere, habemus, quorum nonnullos sanitati restituiimus, alij commoriuntur: & illi qui sanitati restituntur, penitus sani non euadunt, sed in mitiorem morbum incidunt, nempe resolutionem, quam Græci *παραλυσις* uocant. Propterea doctus atq; bonus Hippocrates uehementem apoplexiam curare impossibile iudicauit; debilem uero, non facile curari, sed multis indigere præsidijs atque etiam egregijs. Idem à Philotheo censetur, quum inquit, *ἔστι μὲν οὖν ἢ ἀπόπληξις εὐετή, ἢ μὲν μεγάλῃ, ἢ εἰς μικρά. ἔκ*

φω δὲ λείνονται τῶν μέτρων τῆς ἀναπνοῆς. ὅσοι γὰρ ἀναπνεύουσιν μετὰ βίας σφοδρωτέως, καὶ διαλέπουσιν ἔχουσιν τὴν ἀναπνοήν, τοῦτοις ἰσχυρὰ ἢ ἀποπληξία δίδι, ἢ καὶ λύση ἰσχυρὰ κριότερῃ ἀμύχανον ἔσθι, ὅσα τὸ βλάπτειν μεγάλως τὴν ἀναπνοήν. ὅσοι δὲ τὰξιν τινὰ σώζουσιν τῆς ἀναπνοῆς, ἀδύνητος τοῦτοις ἢ ἀποπληξία δίδι, ἢ καὶ οὐ βλάπτειν, τοῦτοις οὐκ εὐνοῶν, λύση φησὶ, ὅσα τὸ καὶ αὐτὴν τὴν ἀναπνοήν βλάπτειν. idest, Apoplexia uero duplex est, hæc quidem magna, illa autem parua, & ambæ respirationis mensura iudicantur: qui cumque enim cum grauisima difficultate respirant, & respirationem deficientem habent, his uehemens apoplexia adest, quam & soluere Hippocrates impossibile dixit, quoniam intense lædit respirationem. Quicumq; uero ordinem quandam respirationis seruant his debilis est apoplexia, quam non facile, idest non leuiter soluere dicit, quoniam & ipsa respirationem lædit. Est autem læsa, quia & cerebrum ipsum læsum est, in quo est uis animalis. ab hac autem ui animali respiratio fit, ut Galenus docet in libro De causis respirationis, & in secundo De motu musculorum.

λύση ἀποπληξίῳ ἰσχυρῇ. idest, Soluere apoplexiam fortem. ] Hoc est, sanare. Et optime usus est uocabulo Soluere, quia cerebrum ferè ligatum est in apoplexia: propterea quum sanatur, soluitur. De apoplexia uero agere uolentes, illud scire necessarium est: Antiquos, idest illos qui ante Galenum scripserunt, per hoc nomen Apoplexia, non solum ueram apoplexiam, sed etiam paralytim, & ἡμιπληξίαν, idest dimidiatam apoplexiam intellexisse: unde apud Hippocratem scriptum reperitur, Crura hominis apoplecton fuisse, & hunc Hippocratis locum citauit etiam Paulus libro tertio, capite decimo octauo. Certum uero est crura non habere ueram apoplexiam, sed tantum paralytim: & etiam paraplecticos, apoplecticos uocabant. Sunt uero paraplectici, qui aliquam corporis partem resolutam habent: unde qui apoplexiam patiuntur, paraplexia correpti sunt. Sed qui paraplexiam habent, apoplectici non sunt. Post illos uero antiquos Galeni tempore uocabula appropriata sunt, & ipse solum uocat apoplexiam, quando est facta meatuum obstructio, uel uentriculorum cerebri, & talis, ut sensum & motum impediatur. Quum uero una sola pars affecta sit, paralytim uel resolutionem dicunt. Propterea Celsus hoc notat libro tertio, capite uigesimo septimo, ubi inquit, Resolutio neruorum frequens ubique morbus est: sed interdum tota corpora, interdum partes infestat. Veteres authores illud apoplexiam, hoc paralytim nuncupant. Hinc uides apud antiquos, apoplexiam, neruorum resolutionem significasse, sed omnium neruorum. Celsi uero tempore, & nunc etiam, uel omnes nerui resoluti sunt, uel neruorum pars solum, semper paralytim nuncupatur: tamen apud Hippocratem constat, paralytim etiam in membro particulari apoplexiam nuncupatam esse, ut de illa cruris superius citauimus. Celsus præterea capite uigesimo sexto eiusdem libri, morbum attonitum uocat ἀποπληξίαν. Fit autem dupliciter attonitus morbus, in quo mens & corpus stupet. Interdum ictu fulminis, interdum morbo, ἀποπληξίαν hunc Græci appellat. Ideo uocabulum Attonitus, apud Latinos & eum significat qui fuerit fulmine ictus, & apoplexiam. Sed qui est fulmine ictus, apoplexiam simul patitur, & incurabilis est. Nos uidimus fulmine ictos, sed adeo breui mortuos, ut possibile non fuerit, uel minimum præsidium asserere. De apoplexia in libro Definitionum, sibi adscripto, Galenus dicit esse morbum obstupidæ mentis & intellectus, cum insensibilitate & concussione totius. Additq; eo loco id quod superius retulimus, differre apoplexiam à paraplexia, sicut pars à toto. Nam qui apoplexia laborant, in toto & parte laborant: qui uero paraplexia, in parte tantum: quia paraplectici dicuntur, quibus in dextra uel sinistra parte resolutiones fiunt. In libro etiam, qui Introductorius uel Medicus inscribitur, Apoplexiam ex humorum crassorum copia generari dicit, qui principis cerebri uentriculos, unde corpori sentiendi, mouendiq; facultas aduenit, affatim implet. Hippocrates de hoc uitio scribit, inquit, Validam soluere nemini licet: imbecillum haud facile. Si uero dubites, an ex calidis humoribus quandoq; fiat, dicimus, omnino & à sanguine fieri copioso, & à tino quandoq; prouenisse uidimus, sed uinum humores intrinsecos excitauit, præter id quod & ipsum implet. Ut autem ad rem ipsam descendamus, quando uentriculi cerebri humoribus opplent, adeo ut spiritus per ipsos

ipsos moueri non possint, nec ad partes alias transmitti, necessarium est sensus amitte-  
 re atque motum: quoniam sensum & motum ob spiritus animales habemus, qui per  
 neruos transeunt, uerum oppletionem facta spiritus transire non possunt: propterea sen-  
 sus & motus amittuntur. At quia etiam sensus & motus amittuntur, si sola uia op-  
 pleatur, per quas spiritus permeare solent, quamuis uentriculi ipsi pleni non sint: ideo  
 erit etiam apoplexia, quando ipsa uia per quas spiritus mouetur, oppleta fuerint. Sed  
 potissimum est apoplexia in uentriculis cerebri, quando perfecta obstructio facta sit.  
 Solent & aliqui uocare hoc genus morbi syderationem, uulgus nostrum *guttam* nomi-  
 nat: putatque aqua stillam esse, quae supra cor cadat. Antiqui, à materia frigida fieri cen-  
 suerunt: ut Paulus libro tertio, capite decimo octauo testis est, qui solum gelidam mate-  
 ria ex qua fiat, mentionem facit. Et Aetius ex sententia Archigenis, idem uelle uide-  
 tur capite uigesimo septimo sexti libri: quamuis dicat uitium & ex calore fieri, sed post  
 ea addit, ab his fieri, quoniam infriigidat, & re uera à frigidis humoribus, ut plurimum  
 fit: tamen quandoque à calidis, sed raro fieri contingit. Potest autem ex Galeno apople-  
 xia definitio sumi, quae eo modo perfecta est, ut de his rebus definitioes assignari pos-  
 sunt: nam potius descriptiones sunt. Est uero talis: Apoplexia, est priuatio sensus &  
 motus in uniuerso corpore, repente superueniens, cum functionum imperantiū læsio-  
 ne, ob oppletionem uentriculorum cerebri. Et recte quidem uentriculorum, quia cere-  
 bri substantia nihil patitur in apoplexia quae fit à materia: nam illa quae fit ab ictu ful-  
 minis, alterius generis est: imò Græci hanc non uocant apoplexiam: quauis Celsus hos  
 simul & apoplecticos & attonitos nominet. At Græci fulmine ictos *εμβροντήνους* di-  
 cunt. Philotheus, de apoplexia ita differit: *ἀποπληξία ἔστι ἀκίνησις καὶ ἀναίσθησις τῶν  
 πάντων σώματι, μετὰ βλαβῆς τῆν ἡγεμονικῶν ἰσθμῶν. τὸ δὲ αἴτιον αὐτῆν ὑγρότης φλεγματώ-  
 σης πληροῦσε ἢ τῶν ἐγγύφαλον, καὶ ἐργασμοῦ τὸ σῶμα ἀκίνητον. γίνεται δὲ οὕτως, ὡσὺν  
 νέφθ παρὰ τρεῖς ἡλίους λιμένας, καὶ οὐκ ἐκ μιῶν κατεκλιμασίων τῶν γλῶ, οὕτως καὶ ἰστοῦται  
 ἢ ὑγρότης, ὡσὺν τὴν νέφθ πῶς οὐκ ἐκ μιῶν κατεκλιμασίων τῶν γλῶ, οὕτως καὶ ἰστοῦται  
 ἐν ὅλοις τοῖς σώματι, καὶ ἐστὶ ἄσθη ἀναίσθητον, καὶ ἀκίνητον ὡς.* idest, Apoplexia, est immo-  
 bilitas & insensibilitas totius corporis, quum principalium actuum læsione: causa ue-  
 ro ipsius, est humiditas pituitosa partes proximas cerebro implens, & corpus immobi-  
 le reddens. Fit autem hoc modo, sicuti prætercurrens nebula solem prohibet, & non  
 sinit ipsum irradiare terram. Eodem modo & hic humiditas tanquam quaedam nebula  
 cerebrum contegens ipsum prohibet potētias per totum corpus immittere, & propter  
 hoc insensibile & immobile permanet. Quid autem sit fortis apoplexia, & quomo-  
 do cognoscatur (quamuis superius de hac re secundum Philotheum egerimus) Gale-  
 nus ubertim docet tertio De locis affectis libro, capite decimo: apoplexia & fortis &  
 debilis iudicatur, secundum quod spiritatio magis & minus offenditur: nam omnes par-  
 tes quae sunt sub ceruice, imò omnes totius corporis partes à neruis mouentur, & pro-  
 pter neruos sensum habent. Illudque adijcere oportet, Omnes partes, quae motu uolun-  
 tario mouentur, habere neruos, Nam secundum Galenum, omnis musculorum motus  
 est uoluntarius: hic autem motus fit per neruos. Experientia autem uidemus, si alicui  
 spinalis medulla in ceruice incidatur, motum amittit, & sensum partium inferiorum:  
 quia spiritus ad inferiores neruos transire non possunt. Illud præterea adijciamus, Mo-  
 tum inspirationis & respirationis esse uoluntariū, quia fit à musculis. Et de nonnullis  
 legitur, qui ob spontinam spiritus retentionem obiere: nam ita sibi imperarunt, ut sæuas  
 Neronis atque truces manus effugerēt. Fit ergo ex musculis inspirationis & exspiratio-  
 nis motus. Hi uero musculi ideo mouentur, quia neruos habent: nerui autem, qui pe-  
 ctoris musculos mouent, ex ea spinæ parte, quae in ceruice est, ortū habent. At uentri-  
 culorum cerebri uel meatuum oppletionem facta, animales spiritus ad ipsos deriuari non  
 possunt: itaque sensus & motus illarū partium, imò & totius corporis amittitur: nam &  
 si dicatur, Motum fieri per neruos, non est putandum neruum, ut neruus est, neque mu-  
 sculum, ut musculus est, sentire, aut moueri: sed sunt spiritus animalis instrumenta, qui  
 per omnia mēbra defertur. Quum uero ad aliqua membra deduci nō possint, nullum  
 opus fit in neruis uel musculis. Itaque uel totum corpus, uel pars corporis sensu & mo-  
 tu priuatur: unde in apoplexia totum corpus sensu & motu priuatur, & consequenter  
 musculi

musculi qui mouent pectus cum dilatatur, uel constringitur, & inspirationem ac expirationem facit, motum amittunt. Itaq; exspiratio & inspiratio non fiunt, uel aegre fiunt. Ex his igitur magnam & paruam apoplexiam cognoscemus, ut magis & minus respiratio laeditur. Si enim respiratio penitus auferatur, hi breui moriuntur. quoniam animal absq; inspiratione & expiratione uiuere non potest. Et nos aliquos uidimus, qui statim cum correpti sunt, obiere, ut nuper contigit Bartholomæo Ratiocinatori, qui fere me praesente in apoplexiam decidit, & illico omnia uitae indicia abiire, & mortuus est. Idem anno superiori euenit intime cubiculariae illustrissimae ducis nostrae. haec fuere fortissimae apoplexiae. Cum uero aliquo modo spirant, ut ipsos uiuere cognoscamus, quia mortuorum curatio suscipienda non est, iudica (ut dicit Galenus) pessimam spirationem esse, in qua intermissiones fiunt, & cum magna uiolentia spiritus trahitur: in quo casu multos uidimus atq; curauimus. Vnum ergo, uel alterum, uel utrunq; simul adiuerit, est fortis apoplexia. Cum uero spiritus cum minori uiolentia trahitur, & non intermittitur, est minus fortis, sed sit inordinatus: at cum fuerit ordinata spiratio, est adhuc minus fortis. Primū modum ex his superius dictis curare impossibile est, ut dicit Hippocrates.

*αὐδύσια* idest, Debilem uero. Quae est haec, in qua spiritus ordinem aliquem habet.

*ὀψιθῆ* idest, Non facile. Vnde & si spiratio sit ordinata, tamen non facile sanatur, imo hi integre non sanantur, quia in paralyti resoluuntur, aut unius partis, aut artuum simul. Nos plerumq; uidimus: in una parte solum factam esse dissolutionem, quando aliqui ab apoplexia liberati sunt. Haec igitur sunt quae in hoc aphorismo ab Hippocrate dicuntur: & illa est causa, quam attulimus. Nec tibi mirum uideatur, quum cor sit principium & fons spirituum omnium, quod ex spirituum defectu pereat. Nam motus fieri non potest, nisi ex spiritibus animalibus, qui in corde non sunt: quippe qui in corde sunt, uitales appellantur: à corde autem per arterias & uenas in cerebrum ducuntur, & ibi per quandam coctionem & impressionem quam sumunt, acquirunt ut animales nuncupentur, quorum officium est dare motum & sensum. Id autem faciunt medijs musculis: propterea ad cor iterum descendunt, sed per neruosas partes: dantq; cordi motum & sensum, & thoraci & omnibus infernis partibus, unde a corde initium habent: sed deinde ab ipsis cor auxilium & perfectionem sumit. Itaq; uidemus cor cerebrum adiuuare, postea cerebrum illi uices rependere.

Sed ambiges, quum in epilepsia, idest comitiali morbo, sensus & motus auferatur, quae erit differentia inter morbum comitalem & apoplexiam? Respondemus, omnino quantum sit ratione materiae, ab eadem proueniunt, & cerebri meatus, uel uentriculi opplentur, & idem effectus sequitur, scilicet in sensu & motu laesio: imo Galenus in quarto libro De symptomatum causis dicit, quippe & apoplexia & morbus comitialis affecto cerebro fiunt: uerum ut profundus somnus sentiendi functiones, ita apoplexia illas actiones quae pendunt à uoluntatis imperio, offendit. Rursus, qualis est in somnia, idest facilis somnus sentiendi functionibus, talis est conuulsio per morbum comitalem functionibus uoluntarijs: quippe in utrisq; deprauatus cerebri motus deprehenditur: atq; ob id particulatim reliquorum quoq; membrorum omnium: unde secundum Galenum omnino multum conueniunt apoplexia & epilepsia. Sed differentia est, quod in epilepsia fit conuulsio neruorum totius corporis: in apoplexia uero dissolutio. Secundo, apoplexia fit, propter materias quae semper in cerebro & capite sunt: sed epilepsia fieri etiam potest, ab ore uentriculi, uel ab alio particulari membro: de qua re mentionem facit Galenus tertio De locis affectis libro, capite septimo, ubi casus & modum ponit. Nosq; curauimus uxorem egregij Oroboni de Orobonis, à cuius anulari digito uidebatur moueri materia, quae deinde ad caput per brachium mouebatur, & epilepsiam faciebat: tamen illam curauimus, quae breui & optime euasit, & si curationem scire cupias: illi propinandum dedimus guaiaci decoctum: nam & simul Gallica scabie uexabatur. Tertio, epilepsia est morbus imbecillior apoplexia: imo Aristoteles in libro De somno & uigilia, dicit, epilepsiam fieri ex uaporibus ad caput ascendentibus, postea redeuntibus. Propter hoc addit, fieri ut plurimum dormiendo: quia hoc tempore multi uapores ascendunt, & quia pueris facile euenit, iubet ne illis uinum potui detur, nec eorum nutricibus, Tamen mulieres Ferrarienses nutrices uino implent & fere inebriant

inebriant, ut lac multiplicare faciant. & re uera ab Aristotele non multum dissentio, quod hæc epilepsia in quibus per breue spatium homines detinentur, sint potius à uaporibus, quam ab humoribus: scito tamen epilepsiam quãdoq; interficere posse, ut nuper uidimus in uno qui assuetus erat epilepsiam incidere, hic nudius tertius cum hunc morbum incidisset, totus cõuulsus est, & uesperam non uidebat. forte dices fuisse apoplexiam. Curauimus præterea magnificum Hippolytum Boiardum, qui per nonnullos dies ex potu uini Cretici in febre, decies & duodecies in epilepsia corruerat; illam puto ex uaporibus factam, nam & cito expergiscitur, uel forte erat ualde tenuis materia. & nuper puerum lac exugentem curauimus, qui per quadraginta uices singulis diebus morbum comitalem incidebat, tamẽ sanatus est. putamus ex uaporibus hunc morbũ potius huic puero cõtigisse, quam ex materia aliqua crassa, & glutinosa. Alium puerum diebus superioribus curabamus, qui inter dormiendum pluries in hunc morbum coincidebat: sed hic una uice nunquam experrectus est, putamus tunc fuisse materiam, & non uapores. materiã inquam quã adeo occluserit uentriculorum meatus, ut anhelitus huic penitus auferretur. Id autẽ facile fieri poterat, cum esset puer lac exugens, ualde imbecillis, & qui etiam mammas exugere ut satis esset, despiciebat. Is forte ex imbecillitate obiit. Deinceps quoq; aphorismo quadagesimo quinto Galenus dicit, comitalem morbum similem esse apoplexiã, & ab eadem fieri materia; in hoc autẽ differre, quia apoplexia fit ob omnimodam carentiã illius potentie, quã ad neruos defluit. Comitialis autem morbus propter motum uitiosum generatur, propterea hi habent conuulsionem, apoplectici uero dissolutionem.

Est uero hic aphorismus utilis, ut cognoscamus quã nam apoplexiã sanari possint, & quã non possint, ut maria & montes promittere non debeamus.

## GALENVS

**I**N APOPLEXIIS totum corpus sensu priuatur, ac motu, solus restat anhelitus, qui si & ipse prohibeatur, maxima est & acutissima hæc apoplexia. Quicunq; uero respirant quidem, sed magna cum ui, fortis adest istis apoplexia. Fortis autem adest, & illis, sed minus, qui neq; intentũ, neq; uiolentum, inẽqualem tamen, atq; exordinatum, ac præterea intermittẽtẽ habent anhelitum. Sicuti in quibus aliquem seruat ordinem debilior existit, & si omnia fiant quã sunt necessaria, cito curatur. Omnes autem apoplexiã fiunt uel animal non potente defluere ad partes infra caput existentes, aut propter aliquam dispositionem similem inflammationi, quã in ipso cerebro fit constituta, aut uentriculis ipsis oppletis humore pituitoso, uerum causã magnitudinẽ, etiam passionis magnitudo consequitur. Magna autem ex parte curationem non admittit propter respirationis læsionem, & mirari licet quomodo omnibus alijs musculis motu carentibus in apoplexijs, illi qui thoracem attollunt, quamuis difficulter, moueantur tamen plerunq;. Videtur autem hoc fieri propter respirationis necessitatem quã neruorum uim excitat ad operationẽ. Et ob hanc ipsam causam magna ex parte musculi omnes in apoplexijs operantur thoracem mouentes, & si raro prius omnes operabantur, quemadmodum & in uehementibus exercitijs anhelitus plurimus est necessarius. Uerum in apoplexijs, non ob id quod sit adauctã necessitas respirationis, sed quia uis est imbecillis, ideo omnes musculi thoracis simul coguntur operari, quemadmodum & in alijs qui cum febrẽ uires habent imbecilles, ob hanc ipsam causam omnes mouere coguntur se ipsos, in summam effatu dignam ex omnibus operationem colligentes.

## BRASAVOLVS

**PRIMO** Galenus apoplexiarum ordinem docet, ut fortem iuueniat, quã incurabilis est, nam in apoplexijs sensus & motus auferuntur, & solus anhelitus relinquitur. Hunc autem ordinem ponit. est acutissima apoplexia, in qua non est anhelitus, imò hi statim moriuntur. Si uero respirent, sed cum magna ui, est fortis, non tamen fortissima. Est minus fortis, si spiritũ intentum non habeat is qui patitur, neq; uiolentum, sed inãqualem, inordinatum, & intermittentem. Intellige autem omnia hæc, aut quãdam. Si uero ordo in respiratione seruetur, est imbecillior, & hæc est quẽ fortẽ curatur, si etiam omnia fiant quã in curatione necessaria sunt.

In commetationis principio, ubi legitur, In apoplexijs totum corpus sensu priuatur

D & motu

& motu, sibi addi debet Repente, quia in Græco codice adest *ἄφρονος*, idest repente, propterea hoc modo legere oportet. In apoplexijs totum corpus sensu repente priuatur & motu.

Vbi legitur, Solus restat anhelitus. Græce est, *πλὴν μόνως τῆς ἀναπνοῆς*, idest, Sola restat respiratio.

Quod legitur, Qui neq; intentum, illa particula Intentum, Græce est *συνήθως*.

Nota etiam quum dicit, Et si omnia fiunt quæ sunt necessaria, cito curatur, est in illa parte, quum de apoplexia loquitur, ubi spiritus seruat ordinem. Sed uideretur, Hippocratem absurde loqui, si cito curaretur; nam dicit esse difficilem curatu. Adde quod & imbecillis apoplexia, longa curatione indiget, & tardius curatur. Propterea Græcum Galeni codicem legens, hic scriptum inueni *πάχρ*, quæ uox, Forsitan, significat. Ideo potius dicendum esse Forsan, quàm Cito, iudicamus. Nam hæc apoplexia difficilis curatu est; tamen si omnia necessaria præsidia adhibeantur, forsitan curatur, non autem cito curatur.

SECVNDO huius affectionis causam ponit, inquiens, apoplexiam fieri, quãdo spiritus animales, quos per uim animalem exprimit, ad partes infra caput existentes defluere non possunt. Causa uero cur spiritus defluere non possint, est dispositio in cerebro similis inflammationi, sed non est uera inflammatio, & per hoc apoplexiam innuit ab humore calido factam, ob uentriculorum cerebri oppletionem ab humore pituitoso. Addit autem quod passio est tanto maior, quanto causa est intensior. Sed ut plurimum non curatur, propter respirationis læsionem.

Oribasius apoplexiam fieri posse dicit, ex omnium humorum exuberantia; tamen propriam originem habet à phlegmatico; & exemplum dat satis ineptum quatuor equorum curum trahentium atq; decidentium.

TERTIO dubitationem facit Galenus, quum omnes musculi in apoplexia motu careant, quare musculi thoracem mouentes, plerumq; mouentur, licet motus cum difficultate sit: imò moueri debere non uiderentur, quia musculorum motus uoluntarius est, in apoplexia uerò omnes uoluntarij motus pereunt. Galenus uero huic dubitationi respondet, In apoplexia non debere moueri musculos: sed necessitatem respirationis etiam non adueniente uoluntate excitare neruorum uim ad operationem. Ideo ille motus non est per regulam naturæ, sed per uiolentiam quandam, & ideo nisi cito soluatur, pereunt: quoniam quæ uiolenta sunt, diu permanere non possunt. Quum uero in nostro thorace multi musculi sint, omnes non operantur, nisi quando opus est: sed in apoplexia omnes operantur. Sunt uero aliqui musculi in nostro thorace, ut ex libris De usu partium patet, qui non semper operantur, imò possent in aliquo homine nunquam operari, tamen non sunt otiosi, quia natura illos fecit ob necessitatem quæ contingere posset: licet fieri possit, quòd nunquam contingat, ut sunt uehemētes motus & uehemētiora exercitia, in quibus indigemus plurimo anhelitu, quia ob caliditatem respirationis necessitas augetur, tunc omnes thoracis musculi mouentur ad excitandam maiorem & frequētiorem respirationem. Erant uero ex illis musculis qui tunc mouentur, multi qui prius non mouebantur, sed propter hanc necessitatem erant facti: ita in apoplexijs omnes musculi thoracis mouentur. Si uero dicas, Ergo in apoplexia, quæ ut plurimum est morbus frigidus, erit indigentia respirationis. Galenus respondet, id esse non quia sit adaucta respirationis necessitas, sed est propter imbecillas musculorum uires, propter quas omnes operari coguntur, ut aliquid faciant. Datq; huius rei exemplum in altero, quod non est exercitium: nempe in ægris febricitantibus, quibus & uires imbecillæ sunt: in his enim omnes musculi simul moueri coguntur, ut ex summa omnium musculorum ita motorum, operationem effatu dignam habeamus, qua hic uiuere possit. Ita est in apoplexia, omnes musculi moueri coguntur, ut ex omnibus simul motis talis respiratio habeatur, qua ille uiuat; tamen si diutius in eo statu perseveraret, uiuere non posset, nec diu in tali motu perseverare, sed is moreretur. Philotheus & prædictam dubitationem ponit, & aliam etiam addit, inquiens, *εἰ δὲ τις εἴποι εἰς τὴν ἀνάπνοιν μὲν ἀπώπται ὅτι τὰς ἀπληθύνους ἀκινήτων γινόμενων, οἱ τὸν θώρακα διατέλλοντες λινωθῆσαν πηλιδίως. λέγουμεν δὲ: πλὴν χρεῖαν εἶναι ἀναπνοῆς ἐπιγέσθαι αὐτοῖς τοῖς αὐτοῖς νόσοις δυνάμει, ἢ τὸν*

Translati: ac  
Sicut os factum.

QUI VEL longi  
in mortali spina  
thorale incendium  
dicitur. Oribasius  
dicitur, cum uires  
non ut quam cadent  
potestatem uoluntatem  
toto sensu in fine  
ut pericula circumstant  
paulo firmate uer

πῶν ἰσθμῶν. πῶς δὲ αὖ ἀκρωμάτων, ὅτι ἀκρωμάτων δὲ ἀκίνησία καὶ ἀναίδησία τῶν πάντων σώματων, ταῦτα δὲ εὐρησιεῖς εἰσι, πῶς ἰσθμῶν λαμβάνειν τὸ μᾶλλον καὶ ἥττον. λέγεται ὅτι οὐκ ἐστὶ παντελῶς ἀναίδησία καὶ ἀκίνησία ὑπὸ τῆν ἀκρωμάτων. οἱ γὰρ τὸν θώρακα λιννοῦντες μὲν, πάντως λιννοῦντες οὐκ ἀκίνησιον παντελῶς ποιῶσιν. idest, Si uero quis dixerit, propter quid alijs omnibus musculis in apoplexijs immobilibus factis, qui thoracē distinguunt, saepe mouentur: dicimus ob respirationis usum, ipsi uim, quæ in ipsis neruis est, ad actum excitant. Ad ambigentes uero, quod apoplexia est totius corporis immobilitas atq; insensibilitas, hæc autem priuationes sunt, quomodo in priuationibus magis & minus accipere contingit: Dicimus in apoplecticis non adesse penitus immobilitatem: nam musculi thoracem mouentes, omnino moti perfectam immobilitatem non faciunt. Oribasius alio modo prædictam ambiguitatē facit, inquit: Sed interroga re posses Hippocratē, cum dicit, Nisi corde affectio homo nō moritur. Iri apoplexia quomodo cor patitur, dum repentina fuerit affectio cerebri: Quibus id respōdendum est, quoniam e cerebro nerui habent originem: pulmones qui sunt cordis nostri flabellum, detinentur ab ipsis neruis, per quos & agitantur. Ergo dum cerebrū afficitur, nerui non mouentur, pulmones non exagitantur, & cordi temperamentū non ministrant, & sic in suo loco cor periclitatur, & mors euenit.

Quod legitur, Aut propter aliquam dispositionem similem inflammationi, Græce est, *ἡτοι εἰς φλεγμονώδη τινὰ διαδόνειν.*

Quod legitur, Constituta, Græce est, *συσωσεν.*

In illa etiam parte ubi legitur, Quamuis difficulter moueantur, tamen plerūq;. Hæc uerba in Græco codice ita leguntur, *εἰ καὶ μόγις, ἀλλὰ λιννοῦνται γὰρ πολλαῖς.* idest, Et si difficulter, tamen plerūq; mouent. Apparet autem si Leoniceni more legamus, alium sensum fieri. Nam applicat id uerbum *λιννοῦνται*, illi particulae quamuis difficulter, & interpretatur moueantur: quum dicat, mouentur: & sit applicandum parti ultimæ, illi scilicet, tamen plerūq; mouentur.

Quod etiam legitur, Quemadmodum & in uehementibus exercitijs anhelitus plurimus est necessarius. In Græco codice hoc modo legitur, *ὡσπερ γὰρ τοῖς σφοδρῶτά τοῖς γυμνασίοις, ἐπειδὴ πλείους ἐπι ἀναπνοῆς δὲν χρεία ἔστι ταῦτα,* idest, Quemadmodum in uehementibus exercitijs, quoniam anhelitus plurimus est necessarius, propter hæc. Ex his uides in Leoniceni codice particulam Et, superesse, & particulam Quoniam, abesse: & etiam abest illa particula *ἔστι ταῦτα.*

Quod etiam legitur, Quemadmodum & in alijs cum febre. In nostro antiquo codice habetur, *ὡσπερ τῶν ἄλλων ἐν πυρετοῖς.* In alia lectione habetur *τῶν ἄλλων.* ut habuit Leonicenus. Alter etiam codex habuit, *γὰρ πυρετῶν,* in singulari.

In fine ubi legitur, In summam effatu dignam. Græce habetur, *εἰς ἐν ἀξίολογον λεξάναιον.* idest, In unam summam effatu dignam, uel in unum caput, ἀξίολογον ratione ac respectu dignus.

## APHORISMVS XLIII

**S**Trangulati, ac dissoluti, nondum mortui, non referuntur, quibus spuma circa os fuerit.

## BRASAVOLVS

QUI VEL laqueo, uel præter naturā tumore strangulati sunt & dissoluti, sed nondum mortui: si spuma circa os habuerint, non referuntur, quoniam in spiritalibus partibus tale incendium est, quod liberari non poterunt, præsertim etiam quia uires imbecilles sunt. Oribasius quatuor modis strangulationem fieri dicit, aut intrinsece, aut extrinsece, aut cum uoluntate, aut citra uoluntatem. Intrinsecus, ut in apoplexia: extrinsecus, ut quum cadens quis, ipse se opprimit: cum uoluntate, quum aliquis se laqueo suspendit: citra uoluntatem, quum aliqui cruci applicantur, uel in foueam cadunt. Celsus libro secūdo in fine capitis octauū, in quo notas describit quæ in quoquo morbo spem uel pericula ostendunt, hunc aphorismum ita refert. Neq; is ad uitam redit qui ex suspendio spumante ore detractus est.



Τὸν ἀπὸ γλῶττιδος. idest, Strangulorum, uel E strangulatis, uel Hi qui strangulati sunt. ] Non defuere, qui per strangulatos illos intelligerent, quibus unum colli uertebra dislocatum esset. Sed hic & si moriatur, quia omnium inferiorum partium sensum & motum amittit, & adeo ut anhelitum habere non possit, atque mori cogatur, tamen fieri potest, ut strangulatus non sit; quia morietur ob respirationis defectum, ratione instrumentorum affectorum: non autem ob aeris inclusionem ex partibus colli, ut ex aspera arteria. Cōtingit tamē & hos quādoque strāgulari ex illius olis dislocatione: unde illi, strangulati nūcupantur, & strāgulari, quibus ocluditur spiritus per occlusionem arteriæ: quod extrinsece fieri potest, aut laqueo, aut manus apprehensione. Intrinsicē uerō, ob tumorem præter naturam ocludentem, uel ob esum rei strangulantis, & spiritum ocludētis; ut de ephemero Dioscorides dicit, quod Colchicum uocat Est autem id, quod à nostris pharmacopolis hermodactylus nūcupatur: quo pro re sana utuntur, quum uenenum sit. Nec est hermodactylus ille de quo Paulus mētionem facit: necat autem fungorum modo, qui (Dioscoride teste) id strangulando faciunt: & à Plinio, feruorum refugium dicitur. Nos quādoque hermodactyli portiunculam comedentes, fauces ocludi per sentiebamus: propterea abstinui, & eam partē quam masticaueram, expui. Quomodoque igitur sit, arteriæ occlusio, strangulatio uocatur: unde & Plinius libro septimo de Fabio loquens, inquit: Fabius Pictor, senator, in lactis haustu uno pila strangulatus est. Dicitur uerō strangulatio, à stringendo gulam: quāuis gula proprie sit hæc sola pars, quæ sub mento continetur: uel illa, quæ à Græcis σόμαχος dicitur: sed hoc loco, totū intelligimus. Hi ergo strangulati sunt, quibus ob superioris partis adstrictionem, spiritus oclusus est. Tamen & strangulatus, uulua Latini uocant quādoque præfocationē, quibus impeditur anhelitus: & re uera ita nuncupari possunt, quia ex uaporibus ad gulam & gutturis partes ascendentibus ocluditur spiritus.

Καὶ κεταλομύλιον. idest, Dissolutorum, uel Ex dissolutis, uel Qui dissoluti sunt. ] Per hos, eisdem intelligit quum strangulati sunt & dissoluti adeo, ut nerui qui in collo sunt dissolutionem patiantur, quoniam spiritus animales ad ipsos non permeent: sicuti in apoplexia non defluunt, propterea dissoluuntur.

Μηδέπω δὲ τεθνηκότων. idest, Nondum mortuis, uel Qui nondum mortui sunt. ] De hac morte quomodo intelligendum sit, dubium uidetur, quoniam hæc duo repugnare uidentur, esse strangulatum, & non esse mortuum. Imò dicamus, quod strangulorum quidam sunt mortui, quidam non mortui. De mortuis nihil dicendum, quia in medicam considerationem non cadunt. Non mortuorum quidam sunt sine spuma circa os, & sanari possunt: quidam cum spuma, & sanari non possunt: quod frequentius contingit. Hoc ex Galeno hic colligitur, qui dicit, Aphorismū non esse uniuersaliter intelligendum; nam aliqui saluantur ex strangulatis, spuma est circa os. imò & Aetius libro decimo tertio, capite octuagesimo quarto, de strangulatis agit: & quomodo curari debeant, ostendit. Sed de his loquitur, qui adhuc spirant, & aerem attrahunt: quibus secandam uenam in cubito, & sternutatoriū exhibendum iubet, & multa alia eo loco his exhibet præsidia. Sed Hippocrates de his loquitur, qui non sanantur, & in quibus non uidentur inspiratio uel exspiratio, nisi per effluentem spumam. Cognoscimus autem nondum mortuos esse, quia partes omnes corporis calidæ sunt, & cordis motus quodammodo sentiri potest, & aliquis pulsus, sed inordinatissimus & imbecillissimus.

Ὅστι αὖ ἀφρός ἢ πῶδι το σόμα. idest, Quibus spuma circa os fuerit. ] Hoc addit strangulato nōdum mortuo, ut signum indicans non esse referendū, sed penitus mori oportere. Ut autem hoc commodius intelligatur, necessarium est quomodo spuma fiat, edocere: postea, quomodo illa quæ in strangulatis circa os est, contingat. Spuma (ut hic inquit Galenus) fit ex duplici substantia, una spirituosā, altera humidā: propterea nos in pluujs uidemus bullas fieri uerō sub aqua posito, & plurimum magnæ bullæ fiunt in pluujs labroteris. Si uerō quis baculo aquam percutiat, aut uinum, aut aliquod humidum, propter illam commotionem aqua aeris simul miscetur, & fit spuma: quum enim aer aquam disrumpere non potest, sed intus sub aqua manet, & eam eleuat, spuma fit: propterea, res humidā glutinosa, quam aer ob tenuitatem rumpere nō potest, sed bene eleuare

eleuare, spumæ causa est: simul enim multas bullas facit. Nihil uerò aliud est spuma, quàm multæ bullæ paruæ simul cōmixtæ. Et ideo probe Galenus hic dicit, Spumam ex duarum substantiarū mixtione fieri: una spirituosâ, altera humidâ. Sed quia potius magnæ ampullæ, quàm paruæ inducerentur, propterea ex mixtione ambarum substantiarū in multa perfractarum fieri uult, & mutuo complexu multis paruis amptillis ab ipsis effectis: quia aliter magnæ ampullæ euasissent, nisi perfractæ simul essent. Galenus uerò libro tertio De ratione uictus in morbis acutis, sectione duodecima, spumam dupliciter fieri docet: uno modo, per calefactionem ad ignem uehementem: alio modo, si res humidâ à uentis agitentur: primumquæ uult significare exuberantē caliditatem: secundum uero instrumentorū angustiam, & flatuosi spiritus interclusi, uiamquæ haudquaquam liberam habentis agitationem. Hippocrates uerò eo loco de multa uerba facit, quam dicit biliosa deſcere, quæ interdum sunt spumantiora: unde uidet spumam fieri, quia aer suapte natura appetit esse supra aquam: propterea aquam eleuat, quam sua glutinositate disrumperè non potest, & ideo ampullas facit: ut hinc manifestum sit, cur sputa, quæ à pulmone ueniunt, sunt magis spumosa, quàm quæ à capite, uel à uentriculo, quia ex pulmone spiritus ortum habet: tamen & quæ sunt à capite, uel à uentriculo, spumâ aliquam habent ob agitationem, & quia in excernendo uentus miscetur, qui à pulmone est, licet sputum sit à capite uel uentriculo. Hincquæ causam habere potes, quare paruæ ampullæ magis perdurent, quàm magnæ, quia minus habent aeris inclusi. Quum aliquis aut laqueo aut re altera strangulatus est, oportet ut è corde & pulmone fuliginosa superfluitas expiret: at ob laqueum uias occludentem, uel ob tumorem exire non potest: ideo exit pars propriæ humiditatis: hic autem fit magna agitatio, tum propter calorem & efferuescentiâ quæ ibi est, quia cor non euentatur: tum propter motum pulmonis impetuosum, qui cor refrigerare uellet, & non potest: propterea propria illa humiditas exit, quæ per arctissimas uias & canales laqueo cōpressas ad os ducitur. Itaque in his spuma fit. Quum uerò hæc spuma sit pulmonis humiditas, & pulmo talem habeat humiditatem, quæ sit mixta sanguini, propterea hæc spuma aliquid habebit cruenti: ita men hoc non est necessarium, quia in his qui publica iustitia strangulantur, plerūquæ albiſsimam spumam uidebis, sed & aliquândo rubra est, ut uideatur facta ex aqua sanguini pauco mixta. Hæc est causa cur in his spuma fiat qui strangulati sunt. Philotheus & ipse, spumæ generationē in strangulatis assignat, hoc modo totum aphorismum aggreditur: *σπιμαίον ο ἰσπποκρατίης πρὸς ἀδελφίωσιν ἔστι τὴν ἀπαρχομῆλαιον τὴν ἀφρόν. φροσί γὰρ, τὴν ἀπαρχομῆλαιον καὶ καταλυομῆλαιον, ἢ κτὲ μελλόντων ἀκθνήσκειν, μολύτω δὲ τὸ θνητότων, Κιλαυδρωπείας ἀφισομῆλαιον, δὲ ἀναφρόντου, οἷσιν αὖ ἀφρόσ ἢ ποδὶ τὸ σῶμα, διὸ ἐπαυληθῆ τῆ ἀγρόν πύλησιν ὑπέστυται τὰ ποδὶ τὸν πρῶτον γλῶσσο καὶ ἀγρία. τῶτων πληρομῆλαιον ἀκκλείονται δηλονότι οἱ πόροι τῶτων ἀκκλείομῆλαιον δὲ ἐκκείνεται τὰ λυγνυώσιν ποδ. τῶματα, καὶ ἀπὸ ἐκ εἰσάγεται. τῶτων μὴ εἰσαγωμῆλαιον, ὅ ἐπιπέσεται τὸ ἐμφυτον θερμόν. καὶ τὸ ὑβὲν ἐπέσεται ὡς ἔστι τὸ ἐξω τὸ θερμόν. ἔπειτα ποδὶ τυχίνας τοῖς πόροις πεπληρομῆλαιον, καὶ πάλιν ὑπονοσεῖ. ἔπειτα πάλιν ὑπὸ τὰ ἐξω θερμῶν, καὶ τὸ ὑδρὸν πολλοσίδος λινθῶν, ἀμα δὲ τὸ θερμότρον ἑαυτὸ γηρόμῆλαιον, τὸν ἀφρόν ἀπορραζέσεται, πνθιμοσίων γὰρ τῆ πικρῆσι λινθῆσι τυπῶμῆλαιον καὶ ὑμνοσῶτων τῶν ἐκεῖ παρατυγχάνουσαν ὑχρόσπια, ὅπως λινθῶν, μὴ ἐπιπέσεται εἰσαγωγῆ τὸ ἐξωθεν ἀφρό, μὴ τὰ τῶν λυγνυώων ἐπὶ ἐκκείνομῆλαιον σκεδῆσαι τὸ ἐμφυτον θερμόν. idest (quamuis in aliquibus Græca litera uideatur esse incaſtigata) Hippocrates in strangulatis signum præbet spumam: dicit enim ex strangulatis & dissolutis, idest qui mori debent, nondum autem mortui sunt, qui humanitate & misericordia digni sunt, non referuntur (scilicet in uitâ) quibus spuma circa os fuerit: quoniam laqueo compressionem faciens neruos circa collum arctat, & uasa his plenis occluduntur, uidelicet meatus, quos poros uocant: his uero occlusis, superfluitates fumo sæ non fecernuntur, & aer non introducitur: quo non introducto, naturalis calor non uentilatur: & hinc urgetur ut calidum exeat: postea meatibus plenis incidit, & rursus redit, denuo rursus: postea cum impetu exitum quærît, & hinc multipliciter motum, simul autem & calidus seipso factum, spumam efficit, spiritibus in tali motu euerberatis & commouentibus humiditatem quæ ibi est: sic periclitatur, scilicet calidum naturale non euentilatum ab intromissione exterioris aeris, nequæ amplius fuliginosis spiritibus excretis naturalis calor extinguitur. De spuma quoque hæc ab Orisatio dicuntur,*

Spuma, humor est, quæ calor naturalis cum flatu & spiritu vitali ad fauces ueniens facit: sicuti in cacabo fit, ubi impositæ fuerint carnes, aut legumina, ex calore fit flatus, ex flatu spuma, & ea tam diu fit, quousq; flatus amittatur. Sic itaq; & in mari cõcepto flatu nimis exagitando spuma ad litus fit: ut si quis uoluerit in lagenâ, aut utrem liquidum iniicere, celeriter ad os spuma eleuat: sic itaq; & natura dum spumâ fecerit in ore, significat calorẽ naturalẽ cum flatibus & spiritu vitali relinquere ossa interiora. Nulla ergo spes est uitæ. Dubitat uero Oribasius, dum spumât epileptici, quare nõ moriuntur: Respondet, quia ea spuma nõ est ex interiori parte, sed solũmodo ex palato & faucibus.

ὄνκ ἀναφύσσει. idest, Non referuntur, J qui hanc spumam habent, quoniam talis calor in pectore est, & talis in pulmone agitatio, ut necessario moriantur, licet tunc mortui non sint. Apud Latinos, efferri, est ad tumulum portari: sic etiã ἐκφέρει apud Græcos: unde efferri funus dicitur, idest extra portari: quia antiquitus extra urbem sepeliebantur: propterea multa epitaphia ad uiatores directa inueniuntur. Referre autem, est intus ferre: & referre funus, idest reuiuiscere, retro ferre, & amplius ad tumulũ non ferretur: in quo significato hic ab Hippocrate accipitur, non referuntur, idest non retro feruntur, non reuiuiscunt, sed potius efferuntur. Hæc igitur est aphorismi iam dicta sententia, ex qua si petas, quid emolumenti habeatur. Respondendum, hoc haberi, quod strangulatum uidentes nondum mortuum, sed calidum, & habentem aliquem motum circa cor, & tenuissimum pulsuum atq; inordinatum, ex quibus cum adhuc uiuere iudicabimus: si spumam circa os habeat, eius curam non suscipiemus, sed solum prædicemus, eum cito penitus moriturum. Theodorus interpretatur, Citra mortem. Nos magis probamus Leonicieni interpretationem, Nondum mortui: licet idem sensus sit. Veritatem etiam Theodorus, ἢ ἀναφύσσει. idest, non reficiuntur. Nos Leoniceni magis probamus, qui dicit, Non referuntur: quia refici, de his est qui restaurantur: sed referri, est de mortuis qui reuiuiscunt, uel de his qui morti propinqui sunt. Fortè de his omnibus intelligit Hippocrates, qui moriuntur, & in fine uitæ suffocantur: nam ita erit ualde utilis aphorismus. Tu ex teipso perpende, an cõuenire possit hæc expositio: nam omnes sero ægri in extremo uitæ termino, si mori debeant, suffocari uidentur atq; strangulari: eam etenim affectionẽ incidunt, quæ uulgo appellat̃ il rocho, adeo colli partes exiccant, ut conuulsionẽ incidant. quãdo hi qui ita moriuntur, habent spumã circa os, non referuntur.

## GALENVS

OMNIS spumæ generatio, ex duarum substantiarum mixtione conficitur: altera spirituosa, altera humida. Fit autẽ earum mixtio, ambabus in multa perfractis, & multis mutuo complexu, paruis ampullis ab ipsis effectis. Quum uerò tenacem habuerit is qui perfringitur humor consistentiam, quo spiritum circumplectente, ampullas contigit generari, non facile dissolubilis, sed stabilis spuma perficitur: qualis maxime currentibus equis, uel ira percitis apris, circa os aggregatur. Ambarum uerò substantia confractum, ac mixtionem facit nonnunquam motus uiolentus, uel utriusq; uel alterius tantum, nonnunquam uerò & fortis calor, nisi & hunc dixerit quispiam spumam per motum operari. Verum homini ea quæ manifesta uidentur confectioni, tutius est duplicem dicere spumæ generationem. Ventis quidem uehementioribus mare occupantibus propter ictum fortiozem, in lebetibus autem caloris ratione. Sic itaq; & in corporibus animalium, quum adfunt ex morbo comitali conuulsionones, uehementia motuum solet spumam generare. In apris uerò calor, in cursibus autẽ equorum utraq; causa uigorem habet. Nam quum continue per respiraciones, aer intro, atq; extra feratur, & salua in ipsis extenuatur, & aliquid etiam ex pulmone, instar uaporis, effertur, quod saluæ miscetur, ac circumplectitur, unde factam spumæ substantiam augeri contingit. Qui uerò opinantur hanc spumam ex uentre prodire, deerrant. Neq; enim fieri potest ut subito tota inde proueniat, quum neq; eo tempore animal euomat, neq; nauisam ullam patiatur, circa quos casus quicquã efferri ex uentre est impossibile: & multo magis fieri non potest, ut plurimus aliquis uapor efferatur eodem modo quo in expirationibus, quum nulla talis ex uentre substantia efferatur, qualis è pulmone exspiratur. Et sanè sanguis qui quidem è pulmone educitur spumofus, est similis uisceri: qui uerò ex uentre, neq; huic proximus est. Sed quæ unã cum sanguine è pulmone educitur

citur spuma, subito simul & cum tussi educitur. Qui uero ex tali humore paulatim uapor exspiratur, non excitat tussim. Vbi autē laqueus collo circumdatur, necesse est quidem cordi, atq; pulmōni ut fuliginosam exspirat superfuitatē. Hoc enim à nobis ostensum est in libro De respiratione. Prohibente autem laqueo, totam uiolenter impellit, quo fit ut pars propriae humiditatis unā expellatur, eo modo quo fit in sanguinis educationibus. Signū itaq; est exitiale, quoniam pulmōnis uiolentiā significat, quam strangulato patitur animali. Praecipue uerò hoc fieri rationabile existit, propter eam quae ex corde ad ipsum impellitur caliditatem: unde & caloris efferuescentia, & motu spiritus uiolento, & uehementi pulmōnis conatu ad educēdum, spuma enata signum est mortale. Nonnulli tamen raro strangulorum relati sunt, quibus spuma circa os apparuerat: & forte Hippocrates non tanquam semper intereant, sed contra rarissime ueniunt, ita pronunciauit: quemadmodū & paulo antea ostēderat per alterum aphorismum, ita inquit, Quibus iuuenibus aluus humida, his senescētibus exsiccat. Nam hoc in loco magna ex parte dicere praetermisit, quod tamē uerbū insequētibus adiecit, ubi inquit, Quicūq; aluum humidā habent, iuuenes quidem, melius cōmutant his qui ficcas habent, ad seneciā uerò deterius cōmutant. Nam magna ex parte senescētibus exsiccant.

## BRASAVOLVS

PRIMO docet quonam modo fiat spumae generatio, de qua superius egimus.

Vbi legitur, Vel ira percitis circa os aggregatur. deest particula, apris, nam Graece habetur, ἢ πῖς θυμῶσι καὶ πῖς ἀρροίεσσιν ὑπὸ τὸ σῶμα, idest uel ira percitis apris circa os aggregatur. καὶ πῖς sus syluester.

SECUNDO duas spumae causas refert: una est uehemens motus, ut in mari uentis agitantes; alia est uehemens calor, ut in lebete efferuescente. tamē uidetur & tertiam addere, quae est ex mixtione simul ambarum, ut ex calore & motione. In morbo comitiali ob uehementem motum spuma fit. In apris iratis fit ob calorem; licet prius annotauerit, cum calore semper esse motionē. In equis currentibus fit spuma, tum propter motum, tum propter calorem: quia aer per respirationes continuo intus & extra fertur, & in his salua extenuatur, & etiam aliquid pulmōnis instar uaporis effertur, quod saluae miscetur, unde spuma augmentum sumit. Quare hic fit magna agitatio, & motus magnus, & etiam calor adest ob uehementem respirationem, & ob cursum motum. ut mihi uideatur per solum motum spumam quidem fieri, ut in mari uentis agitato, sed nunquam per purum calorem fieri, nisi interueniat motus.

Quod legitur, Ambarum uerò substantiarum constractum, legendum est ambarum uero substantiarum & constractum, nam Graece dicit, δεῦσι μ. π.

Quod legitur, Vehementia motuum. Graece est, ἢ σωματικῆ καὶ λυγιστικῆ.

TERTIO, Galenus opinionē quorundam refert, qui uolebant in strangulatis spumam è uentriculo prodire, quos reprehendit. nam in his neque fit uomitus, neq; adest nausea; tamen nihil è uentre simile prodit, nisi cum nausea, uel uomitu. Praeterea impossibile est è uentriculo aliquem uaporem exire, ut est exspiratio. Praeterea sanguinea humiditas, quae ex pulmone educitur, est spumosa uisceri similis: sed quae ex uentre prodit, non est similis. Addit, Spuma, quae è pulmone educitur cū sanguine, subito simul & cum tussi educitur, at hoc modo non est, quae uentriculum exit. Si uerò quis dicat, hi habent spumam, tamen non tussunt; tacite respondet Galenus, hos ex uapore potius hanc spumam habere, & ex humiditate substantifica, propterea dicit uaporem, qui ex tali humore paulatim exspirat, tussim non facere: de illoq; plura profectur qui laqueum habet collo circumdatum, quomodo superfuitas illa fuliginosa, quae spumam facit, exspiret, tamen non inducit tussim. Quae omnia clara sunt.

Quod legitur, Subito tota. Graece est ἀβρόως, de quo aliàs disputatum est.

Quod etiam legitur, Circa quos casus quicquam efferrī ex uentre impossibile est, melius est legere, citra, quam circa: quoniam & Graecus contextus dicit, χωρὶς i. citra.

Quod etiam legitur, Fuliginosam: in prima nostri antiqui codicis lectione habetur λιγνώδης. In secunda uerò habetur, γλυκώδης.

Quod etiam legitur, In libro De respiratione: Graece est, ἐν τῷ πρῶτῳ βιβλίῳ περὶ τὴν ἀναπνοὴν ὠφελίμων. idest, In libro De utilitate respirationis.

QUARTO, aphorismi rationem ponit Galenus, hoc inquam esse signum exitiale, quia pulmonis uolentia significatur, quæ ob nimium cordis calorem, qui ad pulmonem repercutitur, fit: propterea spiritus motus uolentus euadit, & pulmo uehementi conatu educere uolens, spumam facit, quæ spuma signum letale est.

Vbi legitur, Signum itaq; est exitiale, deest particula *αὐτὸς*. nam legi debet, Signum itaque est hoc exitiale.

Vbi etiã legi, Præcipue uero hoc fieri rationabile existit, deest particula *αὐτὸς*, id est Ei, quæ hoc modo applicanda est: Præcipue uero hoc fieri ei, f. pulmone rationabile est.

Quod etiã legitur, Conatu ad educendum, illa particula Conatu: Græce est, *σπυρωια*.

Deniq; Galenus ostendit, aphorismũ non esse semper uerum, quoniam aliqui strangulati, quibus spumabat os, relati sunt: tamen quia hoc rarissimum, propterea Hippocrates silentio præterijt particulam, Magna ex parte tamen in illo aphorismo posuit, Quicunq; alium humidam habent, iuuenes quidem melius cõmutant, ijs qui sic eas habent, ad senectam uero deterius commutant.

Quod legitur, Sed contra, legi debet, Sed quoniam cõtra, aliter non est perfecta sententia quæ sequitur. & Græce est, *ἀλλ' ὅτι πυναντιου*.

Vbi legitur, Per alterum aphorismum, illa particula Alterum, uacat: nam in Græco codice habetur, *ἤτι τῶν ἀφορισμῶν*.

Et quod statim sequitur, ita inquit: Græce est, *ὅθι φησὶν*. id est, Vbi dicit.

APHORISMVS XLIIII

QUI natura admodum crassi sunt, citius intercunt, quàm qui graciles.

BRASAVOLVS

IN omni re mediocritas semper collaudata fuit, nempe & in medio uirtus cõsistit, extrema uero ab omnibus uitiosa iudicantur. hominũ habitudines tres sunt, crassa, gracilis, mediocris: unum medium, & duo extrema: de medio nihil agit Hippocrates: nam dubitare nescit, hos diutius uiuere qui mediocres sunt, q̄ qui graciles uel crassi: propterea nihil de ea habitudine dicere uoluit, nec ipsam alijs comparauit, eam sinens tanquam in qua nullum dubium fieri posset, nec deberet. Vnde & à Philotheo dicitur, *λέγειται οὖν ὁ Ἰπποκράτης, πυνάτιον ὁ σύμμετρος, εἰς κείνον γῆρας ἀεικνεῖσθαι ἔσθ' λόγῳ ἢ συμμειέταις*. id est, Relinquitur ergo bene carnosus, hoc est mediocris, ratione mediocritatis in malam senectutem peruenire. Solum uero duo extrema comparauit, quæ ambo uitiosa iudicat, licet unum alio minus uitiosum sit: nam graciles minus uitiosi sunt, q̄ crassi: cuius rei illud testimonium est, quoniam admodum crassi citius intercunt, quàm graciles. Qui uero citius intercunt, peiorem habitum habere iudicandi sunt, quàm qui diutius uiuunt. Et ratio est, quia crassi multam pinguedinem habent, quæ potest eorum uenas adstringere: sunt enim angustæ, & pauci sanguinis, ideo facile suffocantur. Graciles uero latas uenas habent, & sanguine plenas: ideo diutius uiuere possunt, præsertim quia magnam spiritus copiam habent, qua crassi carent. Philotheus hic dicit, *ὡς πῶς πανταχοῦ δηλεῖται ὁ Ἰπποκράτης, ταχυθάνει γὰρ φύσει οἱ σφοδρὰ παχῆς ἐκ γενετῆς μάλλον ἢ ἰσχνῶν, ἢ ὅτι ἀδύνας ἐν τοῖς ποιούτοις σώμασι τὸ ἐμφυτὸν θερμὸν, ἢ ὅτι πλεονάζουσι πινελίῃ, καὶ πιδιθώματικῇ ὑγρότητι, καὶ πύκνωσις ἢ ὑπερφανείας. ἢ πινὸν περιπυρωμένης ἀσφορίαντι γιγνόντου τὰ πιδιθώματα. ταῦτα δὲ μὴ ἀσφορίμνε ἀδραϊζοται ἐν ἔσθ' βαθεῖα, ἐκάσῳ δὲ χροῦντα πληροῖται τὰς ἀρτηρίας, τὰς φλέβας, τῶτων σφρογαρομύλων καταπνίγηται τὸ ἐμφυτὸν θερμὸν καὶ ταῦτα θάνατον ἔπαρουσθεῖ. οἱ μὲν γὰρ ἰσχνοὶ ἀρθρομύλοι καὶ αὐτοὶ, ἢ πῶν δὲ ἐκείνων, ὅτι γὰρ ἐκ ἐστὶν αὐτῶν ποσάυτα πιδιθώματα, ὡς τε καταπνίγηθαι τὸ θερμὸν, ἀλλ' ὅτι δὲ πῶν ἀσφορίσθαι ὑπὸ τῶτων τὸ ἐμφυτὸν θερμὸν, καὶ ἔσθ' ὅτι κατὰ γῆρας καὶ ἐμπαθῆς πὸ σώματι*. id est, Cõsidera quomodo ubiq; Hippocrates differit. Dicit enim, qui ualde crassi natura, cito ad mortem perueniunt, magis q̄ à natiuitate graciles: uel quoniam in his corporibus naturalis calor imbecillis: uel quoniam pinguedinis multitudine subiacet, et superficialis humiditas, & densitas in superficie, qua quidẽ densata, superficialia imperspirabilia sunt, cum uerò non discutiant, id est exhalent, in profundo congregant: illuc uerò profecta, arterias & uenas obstruunt: his densioribus, id est obstructis, naturalis calor obfocatur.

Hinc

hinc mors sequitur. Tenuis quidem, & ipsi moriuntur; minus autem illis, quoniam tot superfluitates non insunt ipsis, ut naturalis calor suffocetur: alio autem modo in his naturalis calor, & propter tenuitatem, & malum corporis affectum discutitur & exhalat.

οἱ παχέες σφόδρα ἢ φύσιν. idest, Qui natura admodum crassi sunt. ] Hoc potius mihi arridet, quam interpretari ut Theodorus facit, Qui natura ualde obesi sunt: primo, quia *παχέες*, crassum significat, uel obesum sit, uel non obesum nihil refert. Præterea, non fuisse opus dicere, Admodum obesi: quia esse obesum, semper uitium est, non tamen esse pingue. Adde, Galenum in Commēatione semper de crassitudine loqui: unde mihi magis placet interpretari Crassi, quam Obesi: non tamen quia non fiat de obesis postea sermo, imò de obesis Hippocrates intelligendus erit, sed sub hoc nomine Crassi: nempe tria sunt crassorum hominum genera. Sunt crassi, bene carnosus, & crassi obesi. Hippocrates de bene carnosus crassis uerba non facit: nam hoc optimum est, esse natum bene carnosum; nam ex hoc significatur commoderantia. tamen si hos recte consideremus, non habent crassitiam præter naturam, neq; exilitatem, sed in medio sunt crassitiei præter naturam atq; exilitatis. Crassi uero obesi sunt duplices: aliqui, qui natura sunt mediocres, sed ob deliciores cibos, & quia in otio uiuunt & cōtinuis ludis, crassi obesi facti sunt, de his non intelligit Hippocrates: quoniam hi uenas habent latas, & sanguinis plurimum, quem nō potest pinguedo ita facile superare & enecare: ideo hi multum uiuere possunt. & hæc habitudo inter alias non est probis insectanda, nisi ea ratione qua ganeæ uacat, & athletarum discrimina incidere potest, & ex cōtinuis ganeis diuersa morborū genera inducuntur. Sunt & crassi, natura obesi, idest qui statim ab ortu crassi sunt; de quibus intelligit Hippocrates, quod cito moriuntur, & citius quam tenues; ratioq; in promptu est: nam frigidi natura sunt, unde eorū membra dilatari non possunt, & iecur frigidum habent: propterea totius corporis uenę graciles sunt atq; exiles, nec minus arteriæ, ut hinc parum sanguinis atq; spiritus habere opus sit; imò & hic sanguis sui principij ratione frigidus est, nisi cor multum obstiterit. Est igitur hæc natura, quæ crassa obesa est, omnium pessima, quoniam ea membra omnia frigidiora redduntur.

Ταχέως ἐπιγίνονται. idest, Citius intereunt. ] Quia ob arctas uenas, & alios canales facile suffocantur: tamen hoc præcise non fit, quia frigidi sunt. nam si frigidi, extreme calidis comparentur, diutius uiuunt frigidi; præsertim si humidi sint: quia Galenus sexto De sanitate tuenda libro, dicit, Qui maxime sunt humidus, maxime sunt longeuus; nam & si in principio esse humidum, sit deterius, tamen processu tēporis reliquis præstantius fit. Citius ergo, intereunt, quia facile suffocantur, & quia frigiditas est directo est opposita uita, quæ calori innititur. Quum uero mors duplex sit: naturalis, quæ humidus radicalis consumptionem sequitur; & accidentalis, quæ ægritudines superuenientes consequitur: hi crassi, & naturaliter & ex accidenti citius intereunt, quam graciles: sed hi ut plurimum accidentalī morte decedunt, nempe apoplexia, suffocatione, aut similibus affectionibus moriuntur.

Μάλλον ἢ ἰσχυροί. idest, Quam qui graciles, uel Magis quam graciles. ] Duo sunt gracilium hominum genera: aliqui carnosus, qui nullam habent pinguedinē, ut sunt uiri biliosi natura, & hi habent latas uenas, quoniam eorum iecur calidum est: alij sunt macilentus, atrabilarij, quibus uenæ arctæ insunt. De primis uerum est, quod crassi ualde illis citius intereunt. De secundis uero, si loqui uelimus de morte, distinguere oportet. Nam si de naturali morte loquaris, hi graciles atrabilarij citius intereunt, quam crassi ualde: quia non habent maiorem calorem quam illi, nec latiores uenas, sed habent minus humidus radicalis. Si uero de accidentalī morte intelligas, crassi ualde facilius intereunt, quia facilius suffocantur: imò si in naturali morte bene consideres, crassi ualde diutius uiuere debere uidentur, quam graciles biliosi: nam hi crassi, plus habent humidus radicalis, aut in eis saltem minus consumitur, propter influentis abundantiam qui multum addit: & nisi essent multa quæ impediunt, hoc omnino sentirem.

Nescio cur Oribasius hic petat, cur Hippocrates dixerit, Neminem incrassari posse, nisi copiose fuerit refertus, & sanas habuerit facultates operatrices.

Respondet, quia nunc supra naturam dicit crassum, & gracilem secundum naturam. Sed

Sed hæc non sunt uera, nam & de crasso secundum naturam, & de gracili uerba facit, & eos simul comparat. Reddit causam Oribafius, quia praefocantur uenæ uel arteriæ, & officium naturale non potest perfici, & sic praefocati moriuntur celerius. Nam graciles secundum naturam. forte pro Oribafii salute dici posset, fieri illam comparationem ab ipso, & non ab Hippocrate: postea e contrario Oribafius dicit, graciles præter naturam celerius moriuntur, nam apertis meatibus ex nimia siccitate omnis calor euaporatur. Id nos docet usus corii, quod dum siccatum fuerit, translucet, imbutum autem perfusumque spissatur. Homo enim plures cauernas habet, & maiores, quæ cætera animalia, ut qui plus algeat, quæ cætera animalia; cuius rei testimoniū affert Oribafius ex historia, inquit: Iulsi quidam Persidis imperator corium à quodam tolli, atque inde aliquas umbras tegumentum fieri, unde probatur patetiores texture cauernas hominē habere, quæ cætera animalia, at id etiā probari potest ex sensu tactus. Sed hæc aliàs disputanda sunt.

Scito autē, omnia quæ superius dicta sunt, cum uictus æqualitate intelligenda esse: nam fieri posset, quod ob inordinatum uictum, optima habitudo bene carnosum citius interiret, quam ualde crassa, & quam ualde tenuis, ut plerumque experientia euenire uidemus. Si etiam aphorismum perpēdere uouerimus, illa particula, admodum, uidetur posse iungi illi parti, graciles, ut intelligamus admodum crassi citius interire, quam admodum graciles: & ita erit conueniens comparatio extrema penitus conferentes. Quod uerum erit omnibus circa uictum paribus, si morte accidentalī obeant, quia is ualde obesus eam prius incurrit: nam paucis additis uenæ intumescunt, quoniam ob sitate compressæ sunt, atque corporea mole, quod alijs non inest. Potes pro hac re Galeni commentationem contemplari. Huc adducere possemus longitudinis & breuitatis uitæ causas apud Aristotelem positas: nam ex his facile cognosci posset, quæ nam temperatura longæuior sit alia. Sed illas omitemus, ne libro librum commisceamus.

Hippocrates in secundo De epidemijs libro, dicit: Quorum uenæ latæ sunt, & ossa late patent, macilenti, tenues uel tales sunt: pingues uero his contraria habent: & reliqua, quæ de his docet Hippocrates. Celsus libro secundo, capite primo, prope finem, huius aphorismi mentionem facit, inquit: Obesi plerumque acutis morbis & difficultate spirandi strangulantur, subitoque sæpe moriuntur: quod in corpore tenuiore uix euenit. Amen non laudat tenue corpus, imò in hoc eodem loco post principium capitis inquit, Gracile corpus infirmum, obesum hebes est. Laudat uero corpus quod habitissimum uocat: est uero quadratum, id est neque gracile, neque obesum. Cicero interpretatur factum ad æquilibratam.

## GALENVS

**E**os qui ex prima ætate crassi sunt, & graciles inuicem comparans, de crassis pronunciat, quod cito ad mortem perueniunt, magis quam graciles. Optimum enim bene carnosum esse natum, hoc est commoderatum, ut neque crassitudo adsit, neque gracilitas. Tales enim possunt ad longam senectam perducī. Si uero à modo recedatur, melius est ut ad gracilitatem. Nam malus est ad crassitudinē excessus: angustæ enim sunt horum arteriæ ac uenæ, atque ob id paucum omnino sanguinē habent spiritumque, adeo ut cum ætate processerint, cito ipsis uel paruā ob causam calor natiuus destruat. Graciles autem hac quidem ratione non periclitantur. Quia uero partes principales ita affectæ sunt, ut nullum habeant munimen, à causis exterioribus prompte offendunt. Qui uero natura quidem mediocres erant, uerū uictu deliciariorum utentes postmodum crassi facti sunt: his licet caro atque pinguedo adnatæ sint, uenæ tamen atque arteriæ late consistunt, atque idcirco in eis calor natiuus minus est obnoxius extinctioni.

## BRASAVOLVS

**PRIMO** Galenus docet comparisonem fieri in crassitie, in prima ætate quæ naturalis est, & gracilibus, & pronuntiat crassos citius mori.

**SECUNDO** docet, quæ nam sit optima constitutio, illa inquam est esse *σπασπύς*, id est bene carnosum, hoc est in crassitie, & gracilitate moderatum, hi diu uiuere possunt at non dicit uiuunt, sed uiuere possunt: quoniam si in cibis, potibus & alijs immoderati essent, cito interirent.

Quod legitur, Tales enim possunt ad longam senectam perducī. legi debet, sic enim possunt

possunt & ad longam senectū perducī, nam Græce habetur, οὕτω γὰρ αἱ δυνάμεις. *co-*  
*dex Aldinus habet δυνάμεις καὶ εἰς μακρὸν ἀπέκιδαι γήρας.*

TERTIO docet, si excessus sit ab hoc tēperamēto, quod melior est ad gracilitatē.

QUARTO docet, quæ pericula utriusq; immincant. crassi uenas habent, atq; arterias arctas, & parum sanguinis ac spiritus, propterea ætate procedente minima de causa natiuus calor destruitur: sed graciles propter hanc causam non periclitantur, quia non habent adeo arctas uenas & arterias, habentq; plus sanguinis & spiritus. & de quibuslibet gracilibus loquor, imò præcipue de multum gracilibus, quia graciles biliosi non adeo offenduntur ab extrinsecis. Graciles igitur solum hoc habent mali, quod à causis extrinsecis prompte offenduntur, nempe non habent circa se πρόβλημα, idest munimen, uel propugnaculum, quale habent crassi.

Quod legitur, Cito ipsis uel partam ob causam, particula, uel, uacat.

Deniq; de his crassis uerba facit, qui ita efficiuntur ob cibum. Qui enim sunt medio cres, postea per etatem bene comedentes crassi efficiuntur, hi uenas habent & arterias latas, ideo eorum calor natiuus minus offendi potest, tamē hæc crassities laudanda non est, quoniam ad eam necessario corporis frigiditas consequitur.

Quod legitur, Verum uictu delicatiore utentes. Græce est, ἁλιῶν δὲ ἀργυροῦ καὶ χρυσίου φάσις, idest, uerum uictu otiosiore utentes.

## APHORISMVS XLV

Quicumque iuuenes morbo comitiali laborant, mutatione maximē ætatis, & temporum, & locorum, & uictuum quocq; liberantur.

## BRASAVOLVS

MORBVS comitialis plerumq; puerulis aduenit, propterea & infantilis nuncupatur. Si igitur aliquis in puerili etate hoc morbo laborauerit, is liberatur, uel in mutationibus ætatis, uel in mutationibus temporum, uel in mutationibus locorum, uel in mutationibus uictus. Hæc autem mutationes ad oppositum morbi esse debent, non autem ad simile: quia si quis naturæ humidæ hunc morbum incidat, & ad humida loca transmutetur, ad humida tempora, ad uictum humidum, morbus magis augetur: sed transmutatio debet esse ad opposita.

In nostro antiquo codice ante hunc aphorismum adest hæc inscriptio, πρὸς ἄλλους ψίχας, idest de morbo comitiali.

Τὸν ὑπὸ ληθητικῶν τοῖσι νέουσι ἀπαλλαγῆναι. idest, Quicumq; iuuenes morbo comitiali laborant. Quod hic Theodorus, Leonicensis, & alij interpretes uertunt, iuuenes, nobis magis placet, ut pueri interpretetur, hoc modo: Quicumq; pueri, nam qui comitiales morbum in iuuenili etate incidunt, raro liberantur, quicquid illis prælidiorum exhibeatur: sed qui in puerili etate eandem incidunt affectionem, plerumq; sanantur. & uocabulum νέος non solum iuuenem significat, sed & nouum, noui autem sunt pueri, & ideo nos potius interpretandum ducimus pueri, quam iuuenes. imò iuuentus ipsa una est etas, in qua huic morbo salus sit, addeq; esse hunc morbum puerulis peculiarem, ut statim uidere licebit, cum de hoc morbo agemus.

Comitialis morbus, quem antiqui sacrum morbum ( ut Hippocrates atque Galenus referunt ) uocabant, apoplexiæ similis est, quia ab eadem causa, idest ab eodem fit humore, & in eodem loco: differt uero, quia comitialis morbus uitiosæ illius potētiae motum habet, quæ tendit ad neruos: sed apoplexia hunc motum nullo modo habet, ideo tanto fortior est atque uehementior, quanto minus habet anhelitus. In epilepsia uero non est impeditus ablatus ue anhelitus, sed imbecillior redditus, fit autē epilepsia obstructis cerebri uentriculis non perfecte: fitq; hæc obstructio à materia crassa frigida, secundum Galenum capite septimo tertij libri De locis affectis, hicq; piruitam potissimum huius morbi materiam facit. Oribasius præcipue atram bilem esse dicit, quoties exuberauerit, & ad cerebrū conuenit. & re uera in puerulis, in quibus adest is morbus, qui uulgo dicitur bruta, quasi atra; bilis atra in causa est; nam simul habet pauores, terrores



errores, tremores. Tamen Aristoteles in libro De somno & uigilia, à spiritu uel uapores fieri censet hunc morbum. Hippocrates etiam in libro *πρὸς φροσύνην*, idest de flatibus, dicit fieri morbum comitalem à materia uentosa, cum spiritus multus per corpus totum & sanguinem currit, & miscetur, multifariam uenæ sepiuntur & obstruantur: cumq; spiritus multus, crassas uenas, multiq; sanguinis prorupit & petiuit, illicq; remansit, sanguis prodire & discurrere prohibetur, hac quidē permanat, hac uero sanguide & tarde prodit, hac celerius, itaq; fit comitialis morbus. & rationem redditur spumam habeant ad os, & cur motus sit cōuulsus, sed unum est uoluisse à spiritu fieri. In quarto uero De uictus ratione in morbis acutis libro post principium, uult fieri comitalem morbum ob materiam ex fluctione in cerebri meatus descendente, ut spiritus moueri non possint, itaq; etiam fieri attonitum morbum, propterea in quarto De symptomatum causis libro Galenus apoplexiam profundo somno, respectu operationum, quæ pertinent ad uoluntatem, comparat. Morbum uero comitalem insomnia, idest facili somno confert, respectu corūdem uoluntatis motuum, tamen à materia fieri, quæ non fit solum flatus, iudicat. Hippocrates de morbo comitali, quem sacrum morbum uocat, librum fecit, quamuis Galenus quandoq; dicat, non esse Hippocratis, sed bene cuiusdam probi uiri, nam neq; Hippocratis stilum, neq; sententiarum Hippocraticarum acumen sapit in huius libri principio dicitur, ignaros putasse huius morbi nomen, unde emanasset, nescire, quia nihil habet quo possit appellari sacer, quod non in fit alijs morbis. nam quod sanetur per excantationes & expiamenta, unum est. Si uero putent appelladum diuinum, quia mirandam naturam habeat, etiam tertianæ, quartanæ miram naturam habent, cum in aliquibus mira deliria fiant, unde iudicat eos qui hunc morbum cōsecrauerunt, fuisse circulatores, magos, expiatores, excantatores, qui se sanctos fingunt, unde prohibent multa ob religionem, quæ tu in eo libro legere poteris, & in tuam sententiam adducere. Imò iubebant ne uestimentum nigrum ferrent, neq; in caprino corio cubarent, nec gestarent pedem supra alterum, aut manum supra alteram. si hi eo libro egregie reprehenduntur, ideo hoc malum dicendū est humanum, non diuinum. hiq; uolebant à dijs mitti hunc morbum, si in dexteram conuellatur, habent aut mugiant, Matrem deorū causam fuisse dicunt: si grauius clament, Neptunum; si oletum faciant, nulli attribuunt: Si uero tenue sit quod excernitur & frequenter fiat gallinæ modo, Apollinem Nomium auctorem dicunt: si spumam ore habeant, & pedibus terram feriant, Martē in causa ponunt: si in nocte somnia habeant, terrores, metus, Hecates fuit. Vel Hippocrates sit illius libri author, uel alter non ignarus, eodem loco ostendit quomodo sanarent, & illos reprehendit: tamen ipse author pituitosis ut plurimum contingere docet, & in cerebro, & ideo ex humore, & non ex spiritibus fieri, iudicat, ostenditq; ille author puerulis frequentissime cōtingere, & re uera in pueritia facilius sanantur, per atatum mutationes: cōtingunt etiam sanis, potissimum in hyeme, ut dicit. Nos uero experientia comprobatum habemus, hyeme potius apoplexias senioribus fieri, quàm morbos comitiales. Puerulis uero contingunt ob cerebri humiditatem, & quia lac exugunt: quibus hic morbus inueteratus est, nunquā liberantur. Tamen Aëtius libro sexto, capite uigesimo hoc ex Posidonio notat dicente. Fieri enim non potest, ut qui hoc morbo cōsenserint, humano presidio liberentur: sed qui ab aliqua aduentitia occasione nouissime ægrotare inceperint, quamuis ultra senectutem atigerint, penitus desperandi non sunt, unde Galenus capite septimo tertij libri De locis affectis, ex tribus dicit comitalem morbum fieri, interdum ipso cerebro affecto, interdum cōsentiente uentriculo, ut in fratre Bartholomæo de monte, qui dum hæc scribimus, nobiscum de hoc affectu uerba habet, interdum ab alio membro: sed hoc est rarius. Nos (ut superius dictum est) uxorem domini Oroboni curauimus, & pristinae sanitati restituiimus, à cuius auriculari sinistrae manus per brachium materia mouebatur, ad caput ascendens, quæ cum cerebrum attingeret, in comitalem morbum incidebat, & quod hoc facile fieri posset, Galenus præcitato loco uarijs argumentis ostendit, præsertim ex Pelopis præceptoris sui exemplis. Philotheus de hoc comitali morbo hæc differit, *ὡπλησια δὲν πασμοὶ ὄλα τὸ σῶμα ὁ, μετὰ βλάβης τῆν ἡγεμονικῶν σφύρας αἰ. φλεγματικὸς δὲ χυμὸς ὡς ἐπίπαι καταλαμβάνει τὴν τὸ ἐγκράδον πηλίας, καὶ τοῖς αὐτῶν ἰπὲς ὡς ἰππῶν*

ἀπὸ φλέγματ' ἔγινεταί, καλῶς ὁ ἰπποκράτης, πῶσι νεοῖσι ἀπὸ μαζῶν αἰ μεταβολαὶ μάλιστα πρὸς ἡλικίαν καὶ τῶν ὠραίων, καὶ τῶν χειρῶν, καὶ τῶν βίων ποιέουσι. μεταβαλλόμεναι γὰρ αἰ τῶν νέων ἡλικίαι, ἢ πρὸ τῶν παιδίων, ἢ διὰ τὸ θερμότητος, καὶ ψυχρότητος, μέγιστον βόηθημα γίνεταί τῶν ἀλλήλων διαδέσειν. ἢ δὲ τῶν αὐτῶν τρόπων, καὶ τῶν ὠραίων, καὶ τῶν χειρῶν ὅτ' αὐτὸ εἰς θερμότηταν τε καὶ ψυχρότηταν μεδίσανται. ἀλλὰ μὲν καὶ αὐτῶν βίων μεταλλαγή, ὅσαι δηλονότι ψυχρότηταν καὶ θερμότηταν ἐργάζονται πᾶσι τῶν σώματ' ἔξι. βίος δὲ ἢ ταῦτα πᾶσι διαταῖν ἀκρίσιον, ἰδὲστ, Comitialis morbus est totius corporis conuulsio, cum principialium operationum latione: pituitosus enim humor cerebri uentriculos ut plurimum occupat, et ipsam, scilicet epilepsiam, facit. quoniam igitur à pituita plerumq; fit, Hippocrates recte dixit, iunioribus mutationes maxime etatis, temporum, & regionum, & uitarum, libe rationem faciunt: mutata enim iuniorum aetates, idest, puerorum, ad calidiorē & sicciorem scilicet habitudinē, comitialibus dispositionibus maximū praesidium fit. Eodē autem modo & tēporum & regionum, quando ad calidiorē & sicciorem scilicet regionem & tempus transmutantur, sed & ipsarum uitarum mutationes, quę cunq; uidelicet sicciorem & calidiorē corporis habitum faciunt; hic autem nomine uitæ, uictus modum intelligere oportet.

αἰ μεταβολαὶ μάλιστα πρὸς ἡλικίαν, ἰδὲστ, Mutationes maxime etatis, quia morbus comitialis secundum Hippocratem & Galenum in hac cōmentatione fit ab humoribus frigidis, crassis, qui pituitosi sunt; ideo cū mutantur aetates ex frigidis in calidas & in siccas aetates ex humidis, hi qui hoc morbo affecti sunt, sanari possunt. Nosq; experientia uidimus, multos pueros esse sanatos solum ex mutatione infantiae in puberem aetatem, & hoc praesertim in mulieribus, quae cum irrupere menses, à comitali morbo liberae euaserunt. In hominibus uigesimo quinto anno usque ad trigessimum aliqui sanati sunt, nam opus est mutationem aetatis semper esse in calidiorē & sicciorem, quia mutare aetatem in senium, immo & in consistentiam, hunc morbum non sanat, unde à quarto, decimo, ut Oribasius dicit, usque ad uigesimalium tertium sanantur multis modis, uno quia immutatio est humoris, deinde quia immutatio est aetatis, & in termino hoc aetatis amputatur affectio: sed quod mirum est, non uult Oribasius esse iuuenes, nisi à quarto, decimo anno usque ad uigesimalium tertium, non autē ad uigesimalium quintum: tamen & qui sunt in uigesimo quinto usq; ad trigessimum, & iuuenes sunt, & ab hoc morbo (modo non sit antiquus) liberari possunt.

καὶ τῶν ὠραίων, ἰδὲστ, Et temporum, sed tempora & calida et sicca esse oportet. nam in has qualitates immutatio semper fieri debet, praesertim si ex pituita sit comitalis morbus, ex qua ut plurimum est, & raro ex alijs, quamuis in puerulis ut plurimum sit comixta atra bilis, ob eam rem à mulieribus dicitur bruta quasi atra.

καὶ τῶν τόπων, ἰδὲστ, Et locorum. nam transmutatio ad calida & sicca loca fieri debet. καὶ τῶν βίων, ἰδὲστ, Et uitarum, hoc est uictuum. uictus etenim esse debet ex rebus calidis & siccis. hoc autem loco nos addere debemus & exercitium, & artem, & illa omnia quae nostrum corpus ad calidum & siccum immutant.

Hic uero consideratione dignum est, Hippocratem hic non uti suo uocabulo, quo solet uictum significare. nam alias pro uictu utitur uocabulo *στασις*: in praesentiarum uero uocabulo *βίος*, quod proprie uitam significat. Ob id Philotheus hoc uocabulum exponere coactus est, ut superius uidere licuit. Tamen uita ipsa non mutatur, propterea Theodorus & Leoniscenus uictum interpretati sunt, quoniam uictus immutatio ad comitalem morbum plurimum facit, tamen & id uocabulum *βίος* pro uictu apud alios auctores usurpatum reperitur, quamuis Hippocrati peculiare non sit. Nec in illud inclinor, quod intelligamus uitarum, ἰδὲστ, habitudinum, quamuis habitudinis immutatione, corporis qualitates immutantur.

Hic morbus à Graecis ἀλλήγνια, à uulgaribus caducus morbus, à Latinis comitalis à comitijs. nam interueniente hoc morbo comitia dissoluebantur. Hercules morbus, quoniam Hercules illo uexabatur, teste Aristotele in Problematibus, non quia sit fortis ut Hercules, ut nonnulli recentiores arbitrati sunt: ab antiquis morbus diuinus, ob praescriptas causas dicebatur, unde facer & diuinus appellatur à Platone in Timæo, quia sacram & diuinam hominis partem corripit. ex eo enim & Graeci ἀλλήγνια

E dixerunt

dixerūt per excellentiā, quāsi correptionē, & contractionē. De eo Serenus hoc modo, Est subiti species morbi, cui nomen ab illo,

Quod fieri nobis suffragia iusta recuset:  
Sæpe etenim membris acri langore caducis,  
Concilium populi labes horrenda dirēmit.

Ipse Deus memorat dubiæ per tempora Lunæ  
Conceptum, talis quem sæpe ruina profundit.

Dicitur & infantilis, quia infantes plerumq; impetit. est uero hic morbus (præsertim cum mixta sit aliqua acra bilis portio) is quia Ferrariensibus mulieribus bruta nuncupatur, ac si dixerint atra, quoniam atrī fiunt infantes eo correpti, & hoc potissimum circa os decernitur.

Celsus libro secundo capite octauo de hoc morbo id dicit. Itē morbus comitalis ante pubertatem ortus, non ægre finitur. post multos uersus in eodem capite addit, Morbus quoq; comitalis post annum quintum & uigesimalium ortus ægre curatur, multoq; ægrius his qui quadragesimum annum cœpit, adeo ut in ea ætate aliquid in natura spei, uix quicquam in medicina sit. Est autem hic ferè septimus quinti Aphorismorum libri aphorismus, in quo loco Galenus præsentem aphorismum refert.

## G A L E N U S

**M**ORBVS comitalis proximus quodammodo est morbo, quem apoplexiam appellat, cum idē locus in utroq; patiat, & idem humor in causa sit. Verum apoplexia ob omnimodā carentiam illius potentia, quæ ad neruos defluit, Morbus autem comitalis propter motū uitiosum generatur. Frigidus autē, & crassus est humor amobus, atq; idcirco adolescentiū ætas calidam, & siccā habens temperaturā, maximum affert auxilium, his qui morbo comitali laborant, sic & locorū proportionales mutationes. Dico autē proportionales, quando ad calidiorem, ac sicciorē cōmutantur, eodem modo, & uictuū. Neq; enim & horum mutatio quælibet morbum soluit comitalē, sed quæ calidiorem, & sicciorē corporis habitū efficiunt. Contingit autē & audire simpliciter uictus mutationem morbo comitali prodesse, quoniā magna ex parte uictus deprauatus passionem generat, unde & mutatio multo ad melius perducit.

## B R A S A V O L V S

**P**RIMO Galenus similitudinem comitalis morbi, atque apoplexiæ docet. nam in duobus cōueniunt, primo etenim quia idem locus patitur. Secundo quia idem humor in causa est. differunt uero, quia in apoplexia est omnimoda carentia illius potentia quæ ad neruos defluit: in morbo comitali est deprauata hæc potētia. Quod dicit proximus, Græce est *ἔγγυς*, idest, propinquus.

**S**ECUNDO docet, à quo humore fiat, nempe à frigido, & crasso, et ut plurimum pituitoso, quandoq; atrabilario, rarissime bilioso, aut sanguineo.

**T**ERTIO ætatem docet, quæ sit huic morbo conueniens, & est adolescentiæ ætas, quæ calida est atq; sicca. At cum adolescentiæ pueritiam simul cōplectatur, eam ob causam ubi legitur hic adolescentium ætas, legendum putamus, iuuenum ætas, quia iuuenes hi sunt qui calidi & sicci sunt, & præsertim quia Græcus Galeni contextus hic dicit *καὶ ὅτι τῶν ἡρώων νεανίσκων ἡλικία*, idest, & propter hoc iuuenum ætas, unde hic colligendum uidetur, eos solum sanari qui in iuuenilem ætatem transeunt, aliæ enim ætates ad calidum & siccum non mutantur.

**Q**UARTO docet, locorum mutationes debere esse proportionales ad ætates, ut sint calida & sicca loca.

**Q**UINTO idem ostendit in uictus mutatione, quæ si ad calidum & siccum sit, morbum comitalem soluere potest, ut sit facta æqualis ad ætatem mutatio.

**S**EXTO quia ex inordinato uiuendi genere, tum ex uictu, tum ex alijs comitalem morbum

morbum fieri contingit, ob hanc causam Galenus notat, simpliciter dici posse, uictus mutationem sine aliquo addito ad calidum & siccum: & ratio in promptu est, quia his qui hanc passionem incidunt propter deprauatum uictum, mutatio uictus, scilicet ad non deprauatum, multum confert. Si uero de his omnibus quæ ab Hippocrate numerata sunt petas, quodnam magis conferat, scito ætatis mutationem omnia excellere, postea loci mutationem, nam in loco semper sumus, deinde uictus mutationem, quia ex eo gignuntur humores, denique temporum mutationem: quamuis alicui forte uictus mutatio omnibus mutationibus præstare uideatur, utpote qua gignantur humores apti ad hunc morbum inducendum atque augendum. Sed in præsentiarum hæc disputare non intendimus. Illud solum addemus, cum Galenus in huius commentationis fine dicit, unde & mutatio multo ad melius perducit, potius legeremus omnino, quam multo, nã ita fit conuenientior sensus, & Græcus contextus ita habet, *ὡδ' ἡ μεταβολὴ πάντων ὑπὲρ τὸ βέλτιον ἔχει*, idest, Quamobrem mutatio omnino ad melius perducit, illa enim particula *πάντων* & omnino, & ualde significat.

## APHORISMVS XLVI

**D**Vobis doloribus simul eundem locum infestantibus, uehementior alterum obscurat.

## BRASAVOLVS

**DOLOR** nihil aliud est, quam tristis quædam sensatio, qua homo ægre fert cum illa habet, fit autem hæc tristis sensatio (ut Galenus octuagesimo capite Artis medicinalis docet) uel ob continuitatis solutionem, uel ob subitam alterationem. Solutionem uero continuitatis quadrupliciter fieri contingit, aut incisione, aut exesione, aut fractione, aut tentione. Alteratio & ipsa à quadruplici qualitate fieri potest, caliditate, frigiditate, humiditate, siccitate. Cum igitur in nostri corporis parte aliqua dolor fuerit, necessarium est, ea parte, aut solutionem esse factam, aut subitam alterationem. Quare si in duabus diuersis partibus duo dolores adfuerint, unus in una, alter in altera parte, uel modo utriusque sint per alterationem, uel per continui solutionem, uel unus per alterationem, alter per continui solutionem, tamen unus in intensione alterum excedat, ille qui excedit, minus uehementem obscurat, quod in dies experientia uidetur. At si dicas, igitur dolor dolore sanatur, qui tamen contrarius non est. Respondemus, uel per accidens sanari dolorem à dolore, uel dolor est quodammodo dolori contrarius, quoniam is locus qui minus intense dolet, spiritibus exinanitur à maiori dolore, uel dicit obscurare, non autem sanare, & ideo à Philotheo hic dicitur, *τὸ δὲ ἀμαυροῦν ἢ σμῦλαινε τὸ πῖνευ, ἀλλὰ τὸ ὑπισκιάζειν*, idest, Hoc autem quod dicitur obscurat, non significat sedare, cessare facere, sed obumbrare.

*Ἄνω πόνου*, idest, duo labores, hoc est dolores. nã hic labor pro dolore accipitur. Philotheo etiam dicente *πόνος ἢ τῶν ἢ τὰς ἰδ' ὡς ἀκασίου*, idest, per labores hic dolores aut diendum, nam *πόνος* apud Græcos dolorē & laborem significat. Super qua uoce Cicero nonnunquam inopiam linguæ Græcæ accusat. Duos dixit, ut loci diuersitatem notaret, nam si simul atque semel in uno loco adsit solutio continui, & mala qualitas, erunt quidem duo dolores, sed quia eadē minima parte sunt, sensu discerni non possunt, propterea uidentur unus uehementior dolor, & non duo: eam ob rem Galenus dixit, nũmquam posse fieri duos dolores in eodē exquisite loco, nã semper unus sensu esse iudicatur, quamuis possunt esse duæ causæ, quæ in diuersis locis duos dolores inducerent, sed in uno exquisite loco positæ unum faciunt, quia ob breuitatem, atque loci paruitatem in unum resultat illa tristis sensatio: quamuis etiam in hoc uno diuersas sensationes facere possint, ut punctionem, & grauitatem, & ideo Hippocrates notauit duos esse, qui distincte sentiantur, propterea addit,

*ἅμα γινώσκων*, idest, Simul facti, hoc est in eodem tempore, nam si successiue in diuersis temporibus fierent, non esset necessarium, maiorem obscurare minorem, sed quisque suo tempore sentiretur, & patiens (nisi delirus esset) iudicare sciret hunc maiorem, illum

minorem fuisse. *μη ητι γινωσκον τον*, idest, non secundum eundem locū, idest, eandem corporis partem, Philotheo dicente *το που δε το μοειου ακυρου. κηθως εν τῃ διαγνωστικῃ ε, εηται, τῆς ονομασει τῆ μοειου το σωματ*, idest, per locum uero partem audire oportet, sicuti in Iudiciario dictum est, corporis partes locos nominant. Ex his igitur notat Hippocrates, in duobus locis & corporis partibus esse debere, si maior minorē obscurare debeat. nam in eodem præcise loco non obscurat, sed inuicē augentur, & fere unus euadit, nempe una sensus actione sentitur. At si in eodem sint membro, & non in eodem præcise loco, ambo sentiuntur, ut uidere possis in Leonicieni interpretatione deesse particulam, non, in eo loco, non eundem eum insectatibus, legitur equidem affirmatiue, quod negatiue legi oporteret, hoc modo. Duobus doloribus non in eodem loco factis. *ο σφοδροτερ & αμειοροι του ετροου*, idest, Vchementior alterum obscurat. & ratio in promptu est, quia hic dolor qui uehementior est, naturam magis afficit, ideo stimulat sanguinem illuc & naturales spiritus mittit, quæ sunt naturæ instrumenta, & pars illa in qua est minus intēsus dolor, spiritibus & sanguine ferē uacua remanet. propterea minus sentit, quia nostri sensus tanto prospiciaciores sunt, quanto in illa parte plures sunt animales spiritus quibus sentimus: & quanto pauciores hæc pars spiritus habet, tanto minus sentit, Ob hanc uero causam, quia spiritus faciunt nos sentire, & non sentire, per præsentia & absentia, propterea nonnulli uoluere, neq; solutionē continui, neq; præuā qualitatem esse causas doloris adæquatas, sed quod requirantur etiā spiritus animales. hi uero non intelligunt quæ sit uera rerū causa. Nos enim dicimus dolorē habere uerā causam, at ad uerā causam quandoq; alia requiruntur, ut effectus cōsequatur. hæc uero quæ requiruntur nō sunt causæ, nisi eo modo causæ, ut fenestræ sunt causæ illuminationis domus. appellant uero tales causas philosophi, causas sine quibus non, scilicet contingit effectus, sed ipse effectū non faciunt: ut in proposito uera doloris causa est alteratio, uel solutio, cum uero dolor sit tristis sensatio, percipi non possit absque sensu, & sensus non essent, nisi spiritus animales essent. propterea non est dolor, nisi hæc sint, quæ tamen non sunt causæ doloris, sed causæ sentiendi dolorē. & ideo si quis membrū dolorem habēs obstupescere faciat, non auferē quin ibi sit dolor, & causa doloris, sed spiritus ipsi sopiti sunt, & illa pars ob opium uel mādāgorā semimortua effecta est. Spiritus uero ad locū, in quo dolor est decurrūt, tum quia natura læsionē sentiens, eam corrigere studet, & suo utitur instrumento, scilicet animali spiritu; tum quia locus inflammatur, ut inflammationem prohibeat. Dicit uero obscurare, quia & aliqui animales spiritus in eo loco manent, ubi dolor minus uehemens est, & penitus non auferitur, sed adeo mitescit, ut ferē nō sentiatur, suaq; sensatio tristis obscura sit, quia natura loco magis urgenti occurrit. hinc ueterinarij uulneratis equis postomides apponunt (est enim postomis instrumentum illud quod uulgo *moraia* nuncupatur) cum ulcus curare uolunt, ut magno hoc postomidis dolore qui in rictu fit, ulceris dolor obscureretur. Philotheus eādem ferē causam refert, inquit, uehementiorem alterum obscurare, *οτι το τῶν αιδητικῶν δυνάμειν ελλω υδι το σφοδροτερον επιγινωσκου, κηθως ποδελκειδου. ει γαρ εν ενι μοειου, δυο λυποςωσι οδ υια, συνδυεσην αλληλας τῶν υιων. μηδ' ενατερον του κεινοντα διαλαθιδουτες*, idest, ob id quod ad uehementiorem tota uis sensitua inducitur, & circū attrahitur. Si enim in una particula duo dolores subsistant, uehementiam ad inuicem coaugent, neq; uterq; latent ægrum.

Ultima aphorismi particula, scilicet alterum obscurat, in omnibus ferē codicibus ita legitur, *ετροου αμειοροι*: sed in aliquibus habetur *ητιονα αμειοροι*, idest, minorem obscurat, sed eadem est in utrisq; sententia.

Oribasius aliam quandam sententiam huic aphorismo assignat, & aphorismū quem exponit, non nihil diuersum ab hoc dicit, hic enim est Oribasij aphorismus, Si dolor ge minus eodem loco insectat, qui uehementior est, alterum leuiorem obscurat. Ipse uero hoc modo exponit, Succurrit querere quomodo in uno loco duo sentiatur dolores, dicitq; locum esse, unam partem quæ cōtinet multa membra, ut manus cōtinet digitos, digiti articulos. Postea exponit Hippocratem ac si ita intelligat, si fuerit dolor in uno digito, & postmodū subsecutus fuerit dolor alius, plus urget dolor posterior. nā ille prior iam tumet, tumor euaporat, discutiturq; & minus habet doloris. hic ergo qui postmodum uenit, uehementior est, & illum minorem dolorem opprimit. Exemplum ponit, sicuti

ficuti si alicui moriatur proprius canis, & post caballus, magis dolet ob caballū, quā ob canem. Sed re uera istud nunquā somniauit Hippocrates, nec indiget reprehensione Orisibasius, cum ipsa met Hippocratis uerba illum reprehendant.

Sed hic petes quid emolumentū habeatur ex hoc aphorismo. Respondemus, ex eo haberi posse, dolorem quandoque auferri, aut demulceri per diuersionem, quia dolor uehementior ad minus uehementem nihil aliud facit, quā quod ab illo & spiritus animales & humores diuertit, & ipse tanquā cucurbitula ad se trahit, est enim unus hic modus sanandi dolores per diuersionem.

Si etiam petas quibus instrumentis auferantur dolores, Respondemus, duobus, unus est & precipuum remouere causas, aliud est locum stupidum reddere. primus est uerus sanandi modus: secundus ueram sanitatem potius impedit, nec fit, nisi ubi ob doloris intensionem uitæ discrimen incidimus. Causa uero remouetur, aut diuertendo, aut euacuando, aut per ea quæ anodyna dicuntur, & acopa, demoliendo, & exoluendo.

## GALENVS

**S**i quis eundem exquisitè audiāt locū, nunquā duo possunt in eodē fieri dolores. Si quis uero late, possibile est. Dico autem late circa membrū manus, ueluti uel circa brachium, uel cubitum, aut femur, aut tibiā. Verum hi duo dolores simul augent loci afflictionem, cum neuter lateat egrotantem. Si uero sint in locis diuersis, alter quidē, si ita contigerit, in cubito, alter uero in tibiā: tunc alterum ab altero obscurari contingit, cum uis sensibilis tota ad uehementiorem ducatur, ac distrahatur. Nam & hoc nobis in mororibus solet accidere, qui sunt et ipsi ueluti dolores quidā folius animi sine corpore. Nam & horum qui sunt uehementiores occultant minores, siquidem non eadem ex te ortum habeant, alioquin & illi seipsos coagent.

## BRASAVOLVS

**PRIMO** Galenus edocere studet hos dolores in diuersis locis esse oportere, ideo de loco exquisitè accepto, & de loco late accepto distinctionē ponit. Est uero locus exquisitè acceptus pars aliqua nostri corporis minima, in qua impossibile est fieri duos dolores, sed est unus solus. & hinc colligere possis: si in parte manus sit continui solutio, & etiam in eodem præcisè loco mala qualitas, hic erunt duæ doloris causæ, & duo dolores, sed quia uno solo actu sensus perferuntur, propterea unus dolor nuncupantur. Non ab re igitur Galenus duos dolores in eadem parte exquisitè capta fieri non posse, dicit: hoc intelligentes ratione sensus, non ratione causæ. Si uero locum latius acceptum pro uno membro latitudinem habente, ut pro manu, uel brachio, uel crure, si in una parte sit unus dolor, in alia alter, cum doloris natura sit ad se attrahere spiritus, qui cum in illo multiplicantur loco, in causa sunt ut dolor uehementius sentiat, unde & hi duo dolores, & fieri possunt, & sentiuntur distincti in eodem loco late accepto, sed alter ab altero non obscuratur: quia tota sensibilis uis ad utraq; doloris causas tendit. nam propinquæ sunt, & ad unum progredi non potest, quin ad alium simul progrediatur. Idem igitur membrum intelligit, & etiam in his quæ breuia sunt, quoniam si esset oblongum membrum, & in una parte esset unus dolor, in opposita parte secundum longitudinem alter, maior minorem offuscaret & obscuraret, quia ad se spiritus animales, & humores ueluti cucurbitula attraheret.

Vbi legitur, Dico autem late circa membrum manus, legi debet maius, & non manus, nam Græce est *πρὸς μέγεθος μᾶλλον*, id est, circa membrum maius. debet uero intelligi maius, quā sit locus in quo fieri non poterunt duo dolores, qui erat locus exquisitè acceptus.

Vbi etiam infert, quod hi dolores augent afflictionem in membro propter concursum uirium animalium ad locum, tamen & in his locis plerunque tendunt in unum, & maior perferuntur exquisitius, minor minus. Græcus Galeni codex hoc modo legit, *ἀλλ' ἔτι γὰρ οἱ πῖνοι συνίφθισιν ἀλλήλοις ἀντὶ τῆς μείζους*, id est, Sed hi dolores coagent in uicem membri afflictionem.

**SECUNDO** Galenus docet, Si in diuersis sint locis, & non in eodem, uel late, uel exquisitè locus accipiatur, alter ab altero obscuratur, is etenim qui uehementior est, mi

nus uehementē obscurat, & ratio est, quia uis sensitua à minus uehementi distrahitur, in uehementiorem tendit. Hæc autē sensitua uis spiritibus animalibus innitur & sanguini, quæ ad locum dolore magis affectum decurrunt, ut provideant. unde si unus dolor in cubito sit, alter in tibia, maior minorem obscurat, non tamen auferit; Si uero in uehementia æquales sint, alter alterum non obscurat; tamen fieri possit, unum dolorem ratione causæ in uno loco uehementiorem esse, & in altero minus uehementem, tamen hic qui minus uehemens est ratione causæ, ratione loci magis uehemens sit, utpote qui sit in loco magis apto ad sentiendum, quamuis causa sit minor; tamen opus est ob locum maiorem afflictionem adesse, & hic illum obscurabit qui habet maiorem causam, quoniam ad tristē illam sensationem spiritus & sanguis decurrūt, & non ad maiorem causam. ob id semper intelligere oportet, illum dolorem esse maiorem, qui sensationem magis tristē infert, licet causa sit minor; & illius alterius, qui minus tristē sensationem infert, causa sit maior.

**TERTIO** In animæ mœroribus exemplum ponit Galenus. nā anima (ratione sensus) & dolet, atq; gaudet, sed simpliciter intelligit, in mœroribus inquam experiētia docet maiorem obscurare minorem. quippe si alicui nuntiatum sit pecuniam furtim ablatam fuisse, mœret atq; tristatur: at si deinde nuntietur, filium eius primogenitum fuisse interemptum, hic secundus mœror præcedentem denigrat, & ab animo obliterat atq; expungit, sicuti in corporis doloribus maior minorem obscurat.

**QUARTO** docet, Sicuti in corporeis doloribus si in eodem loco fiāt, locum latius accipientes, alter alterum auget: ita in doloribus animæ, si ab eadem re ortum habeant, alter alterum auget. ut si alicui nuntiatum sit eius primogenitum mortuum esse, postea fuisse interfectum, cum circa idem sint, & mortuum, et interfectum, propterea unū aliud auget. At si de diuersis rebus sint, ille qui maior est, facit ut is qui minor est, facile obliuioni tradatur, ut quotidiana experientia ostendit.

Vbi in commentationis fine legitur, alioquin & illi seipso coaugent, Græce est, *ἑ δὲ μὴ ἀλλήλας κακῆσαι σιωπῶσιν*, id est, alioquin & illi seipso inuicem coaugent. Eandem sententiam habet Aristoteles in libro De somnijs, tu illum contempleris. Si Galeni uerba contempleris, uidentur affirmatiue exponere, sed dicens duas diuersas partes, negatiue innuit.

## APHORISMVS XLVII

**D**Vm pus conficitur, dolores, ac febres accidunt magis quàm iam confecto.

## BRASAVOLVS

**QVI** hunc aphorismum recte didicerit, is ægros suos facile solari poterit, in quibus sit tumor præter naturam, qui ad exituram progredi debeat, aut uulnus, aut aliquod simile, in quo pus fieri necessarium sit. In his etenim si febris superueniat atq; dolores, medicus uereri non debet, immo ægro suadere debet, illa ob pus consequi, quod iā actu conficitur. cum uero confectum erit, amplius non dolebit, uel parum dolebit, febresq; aut aberunt penitus, aut mitigabuntur: propterea ab Hippocrate non ab re dicitur, Dū pus conficitur, & iam sub incude est, dolores & febres fiunt magis, quàm iam confecto, causaq; in promptu est, quoniam pus fieri nō potest, nisi sanguis ille ebulliat, qui in pus convertendus est. In ebullitione autem uapores eleuantur, qui cor petentes illud supercalefaciūt, post hæc per totum corpus sparsi febrem faciunt. In illa etiam ebullitione, hi uapores, qui eleuantur, partes extendunt, unde speciem illam solutionis continuificiunt, quæ extensio est. ut exempli gratia, in tumore præter naturam si pus fieri debeat, ebullitionem sequi necesse est, in qua ebullitione multi uapores eleuantur, qui tumidas partes uehementius extendunt, quàm prius extensæ sint, propterea dolores augentur, & hi uapores super calefacti, propinquas partes supercalefaciunt, & hæc alias, quousq; cor pertingant, Quo inflammato atq; accenso, totum corpus inflammatur accenditurq; & febris fit: & quanto magis ebullitio crescit, tanto magis dolores & febres uehementius

mentius angunt. tunc uero potissimum ebullitio fit, cum pus fit, idest, in proximo est ut fiat. Confecto pure ebullitio cessat, & partes extendi cessant, & uapores qui in loco erant, atq; extendebant, partim resoluuntur, partim exeunt; itaque dolor cessat. & quia ebullitio cessat atq; feruor, propterea inflammatio, febres, atq; dolores cessant. Philotheus eadem ferè causas huic aphorismo assignat, quas & ipse ex Galeno collegit. Inquit uero, οἱ πόνοι μὲν ἔσθ' λόγῳ τὸ τείνεσθαι τὸ πῦρ ὑλῆν ποδὲ γαίον μορίου, διὰ τε τῶν χύσει ἀντὶς, καὶ τῶν τῶν πνδύματων ἀνάλυσις, πλείονα πόπου ἀντὶς ποδὲ γαίον διωκτικῶν. οἱ πυρετοὶ δὲ εἰσι τῶν συμπυκνῶν μετὰ δόσιν, εἰσι τῶν παρακεκμημένων ἀρτηριῶν, ἔσθ' τῶν πυροποιήσιμ' ἐχόντι μορίῳ, ἔστι τῶν καρδίας γιγνομένων. ταῦτα μὲν συμβαίνουσι ποδὲ τὰς γῆσεις τῶ πύου. μετὰ δὲ τὸ γῆσθαι αὐτὸ τὸ πύου, εἰσι τῶν πυρετῶν, ἡδὴ γὰρ ἐλεπτοποιήσθαι τὰ ἐν ὑλῆν, ἢ ὀγκμαδῶν τὸ πολὺ τῶν πνδύματων, πέπαιται δὲ καὶ τὰ ἐν συμπυκνῶν, τὸν φύσει νόσον τῶ πύου ἀπαληφῶν. idest, Dolores scilicet fiunt quidem ratione qua materia circumstantes partes intendit, ob ipsius fusionem, & spirituum dissolutionem, cum ipsa maiorem locum ambire possit. febres uero ob corruptionis participationem per adiacentes arterias à parte habente suppurationem ad cor delatam. hæc quidem circa puris generationem contingunt, postquam uero pus genitum est, neque amplius dolor, neque febris. Iam igitur quod spectabat ad materiam attenuatam est, & multum spirituum exhalauit. Concocta uero sunt ea quæ ad corruptionem pertinent, quum pus à natura perfectionem seu ornatum acceperit.

ποδὲ τὰς γῆσεις τῶ πύου. idest, Circa puris generationē.] Quod est dum pus fit: in quo loco quid pus sit, exponere oportet. nam recentes sanies, & pus pro eodem accipiunt, quamuis apud antiquos diuersa sint. Nos igitur ut uires nostræ suppetent, hæc enarrare exordiemur. Apud autores latinos tria hæc uocabula inueniuntur, pus, sanies, tabus: hoc ultimum medicum non est, utpote quod sanies in defuncto significet. De pure autem & sanie pertractabimus, quoniam per medicorum ora continuo uersantur, sed ipsa adeo confundunt, ut unum aliud esse uideatur. Vtrumq; & pus & sanies ex sanguine fiunt. Pus uero dupliciter fit. uno modo, cum sanguis proprium locum exierit, idest, uenas, & in aliquam corporis cavitatē receptus sit. unde Hippocrates in libro De flatibus dicebat, cum sanguis alienum locum perfundit, si illic moratur, putrescit, pusq; efficitur. alio modo cum non exit uenas, sed in aliquo loco collectus tumorem, inflammationē ue facit, quæ ad suppurationem uenerit. Nunc breuibus quid de pure senserit Celsus, & sanie, edoceamus. hic author libro quinto capite uigesimo sexto ubi de sanguine, sanie, & pure agit, inter saniem & pus differentiam facit, quod sanies sit sanguine tenuior (nam supponit sanguinem omnibus notum esse) uarie crassa, glutinosa, & colorata. pus uero sit crassissimum, & albidissimum, & glutinosius sanguine & sanie. Datq; aliam uiam hæc discernendi. nam sanguis, ex recenti uulnere fluit. pus autem ex uulnere saniescētī, in medio tempore exit sanies. unde quod apud recentes dicitur uirus, apud Celsum est sanies, saniem uero in duas species distinguit, in unam quæ ἰχώρ dicitur, & in alteram quæ μελικροία, nos uocabulo non habemus, quæ his correspondeant. ἰχώρ est tenuis sanies subalbida, quæ ex malo ulcere exit, maximè uero ubi neruo læso inflammatione secuta est. μελικροία uero est crassior sanies, glutinosior, subalbida, mellisq; albo similis, quæ quoq; fit ex malis ulceribus, ubi nerui circa articulos læsi sunt. At pus à Celso in alias species non distinguitur, nisi quod unam speciem uocat ελαιώδης quasi oleagineum, quoniam pus fit, tenue, subalbidum, quasi unctum colore atq; pinguedine, oleo albo non dissimile adparet, in magnis ulceribus saniescentibus. Alias puris species non ponit, quia similiter puris nomine nuncupantur. hæc ex Celso dicta sint. Recentes uero, qui Græcos eos interpretantur, ubi inueniunt ἰχώρ, saniem interpretantur. quamuis nonnulli dixerint, saniem tenuem, & aquosam. Hippocrates ἰχώρας accepit pro tenuibus humiditatibus, ut Galenus testatur in quarto De ratione uictus in morbis acutis, sectione prima. At cum ab antiquis μελικροία dicitur, non desunt recentes, qui id intelligunt, quod à Græcis μελικροίς dicitur. quamuis non sit morbi genus, sed potius sanie genus intelligere oportet, quamuis & hoc morbi genus talem saniem habeat, quæ melli assimilatur. & Celsus libro quinto, capite decimo octauo in malagmate Protarchi ad paro-



tidus & fauum, exponere uidetur, Melicera, id est fauus. At Galenus inter melicerida, & fauum differentiam facit. nam in libro Definitionū sibi adscripto dicit, fauum, quem *κεύλον* ipse & Græci omnes appellant, esse ulcus continuis foraminibus terebratum. Meliceris autem sua tunica continetur, tamen conueniunt, quia in utrisq; manat sanies tanquam mel: propterea arbitror Celsum non distinxisse propter materiam quæ eadem est, sed solum dixit fauum terebratum, Melicerida sua tunica inuolutum: quæ & Galenus & Paulus sentiunt, & diuersis locis de ipsis egerunt. Ad rem igitur redeuntes, *ιχώρ* apud Galenum tenuem sanie[m] significat, unde in libro De morborum temporibus in uniuersali, cum dixerit omnes morbos habere quatuor tempora, & in phlegmone edocuerit, quomodo hæc tempora inueniri possint, post hæc exemplum ponit in ulcere dicens, *πρωτον μὲν γὰρ ἰχώρ ἐστὶν ὑδατώδης ἀπυρετικὴ καὶ λεπτοὶ ἔχασιν ὁ αὐτῶν.* id est, primum enim ichores (omnes qui interpretantur illam particulam ichores, dicunt sanies) aquosæ, incoctæ, & tenues ex his defluunt. postea pauciores & crassiores scilicet ichores, deinde sequitur *καὶ ἀπυρετικὴ ἡ δὲ πύον λεπτὴν*, id est, & deinde iam pus tenue. Postea sequitur Galenus, postremo minus quidem copia, sed crassius, & albidum magis redditur. Ex quibus infert, non esse aliquem morbum, in quo non reperiantur quatuor tempora. propterea tu colligere poteris, primum illud quod ex ulceribus exit tenue, uirus & uirulentia à recentibus dictum, à Galeno *ιχώρ*, & à multis sanies interpretatur, est tenue quoddam, atq; incoctum, quod deinde per coctionem pus efficitur. in libro etiam *πρωτὴν πρὸς φύσιν ὀγκῶν*, id est, de tumoribus præter naturam, ubi de tenui sanie, quæ ex ulceribus exit, agit, *ιχώρ* semper appellat, & cum crassa est, *πύον*, primumq; ab omnibus ferè sanies, secundum pus interpretatum reperitur. hanc ob rem latine loqui uolentes, Meliceria quæ sanies est, eodem nomine dicitur. nam & id morbi genus quod Meliceris dicitur, ideo ita dicitur, quia in modum mellis sanie[m] habet, & ita fauus, sed differunt per foramina. & apud Latinos aliud nomen non habetur, quam Meliceris: & solum tunc est, quando est in ægritudinibus istis hoc saniei genus, quæ ægritudines ab aliquibus dicuntur esse solum in capite. Sed Galenus & Paulus, in capite quidem fieri potissimum uolunt, tamen non impeditur, nec ipsi negant, in alijs etiam partibus fieri. *ιχώρ* uero ab omnibus ferè sanies interpretatur, sed proprie est prima sanguinis immutatio, quæ tenuior est, quàm sit sanguinis corpus, propterea & Homerus cum uulneratur à Diomede Venus, utitur hoc nomine *ιχώρ* inquiring, *ἦ τίς σὺ ἀμβροσίου ἀμῆα θεοῖο ἰχώρ*, id est, fluebat autem immortalis sanguis deæ, ichor. ac si dixerit, eius sanguinem propter uulnus iam factum esse ichora, id est, sanie[m]. Ita uero nuncupatur cum effecta est tenuior sanguine. Tamen reperitur & hoc uocabulum *ιχώρ* pro omni humore usurpatum. Nam Diocles Antigono regi præcepta salubria scribens inquit, inter cætera uerna tempestate, præsertimq; Maio mense augeri in hominibus pituitas, & dulces *ιχώρας*, æstate contra flauam bilem, & amaros *ιχώρας*, ut hinc manifeste pateat, *ιχώρ* omnes humores quandoq; apud Græcos significare, & non solum tenuiorem in ulceribus sanguinem, quem aliqui sanie[m], alij uirus uel uirulentiam interpretantur. Galenus sexto aphorismorum libro aphorismo tertio, qui incipit, in longis difficultatibus intestinorum, dicit esse aliquos qui in principio fastidiunt cibum propter *ιχώρας* ab hepate fluentes. Leoniceus interpretatur, malos humores, cum alibi interpretatus sit tenues. Sed dubium hic occurrere posset, an apud antiquos inueniantur qui hoc uocabulum *ιχώρ* exprimere tentarint. Iam dictum est, Hippocratem in quarto De ratione uictus in morbis acutis (ut Galenus testatur) accepisse *ιχώρας* pro tenuibus humoribus, imò ipsemet Galenus ita exponit, post hæc coniectura quadam rem hanc prosequamur. Dioscorides de iocineribus secundo libro agens, & de caprino præsertim dicit, *πρὸ δὲ ἡπατος ἐστὶν ἀγρὸς ὀπθιμῶδους, ὁ ἀπὸ ἔκτων ἰχώρ ἐγγυμῶδους νεκτάλωσιν ἀρμύρα.* id est, ex hepate caprino tosto fluens *ιχώρ*, utiliter lusciosis qui nyctalopæ dicuntur, inungitur. Hermolaus, & alij hic per *ιχώρ* exponunt sanies: Nos modo per coniecturam quandam probamus, *ιχώρα* posse exponi sanie[m]. Nam Plinius libro uigesimo octauo capite undecimo, ubi de oculorum imbecillitate loquitur, inquit, quidam in assati iocinoris idem esse cum

esse est eo quod à Dioscoride dicitur *ἰχθῆρ ἤπαρ* ὀψομύκων. sumi potest & alia coniectura ex Celso, qui libro sexto capite sexto prope finem, ubi de oculorū imbecillitate agit, & præsertim de his qui interdū satis, noctū nihil cernūt, inquit sic: laborantes debere inungi sanguine iocinoris maximè hircini, si minus caprini, ubi id assūm coquitur, excepto ut hinc testimonium haberi possit, *ἰχθῆρ* à Celso esse pro sanguine interpretatum. nam idem ponit remediū quod Dioscorides. Consequēter putandum eum authorē à quo accepit, eodem nomine uti, non enim credendum est quod à Dioscoride accepit Celsum, utpote qui diū ante Dioscoridis tēpora extiterit. De ætate Dioscoridis adhuc ambigimus. Nam & si alij aliter, tamē eum Suidas fuisse tempore Antonij & Cleopatraz affirmat. Hæc per coniecturam dicta sint. Non desunt tamen qui per *ἰχθῆρ* aquosum sanguinis humorem interpretentur. Nam Dioscorides ubi de ablinthio uerba facit, inquit, ualere *ἰχθῆρ πῶς ἰχθῆρ ὄντα ὡτα ὁμοίως*, idest, (ut Marcellus interpretatur) & cōtra aquosos sanguinis humores (quos Græci *ichoras* uocant) distillantes aures eodē modo. Hermolaus uero hoc loco interpretatur sanie. nam dicit conferre auribus, si manat sanies. Nos Celsum imitati ubi *ἰχθῆρ* (in ulceribus) inueniemus, semper sanie simplicis uocabulo uertemus, quæ debet esse & sanguine & pure tenuior. Hæc de sanie dicta supersint. Ad pus nunc accedamus, quod Græci *πυρ* uocant, & quod fit iam ulcere saniescente. pus autem (ut Hippocrates in libro De uulneribus & ulceribus dicit) creatur sanguine putrefacto, corrupto, uel mutato, calefactoq, donec marcescat, & horum uulnerum pus fiat. Putamus nos Hippocratem hoc loco communi sumptione accepisse pus, ut etiam comprehendit sanie uel *ἰχθῆρ*, quoniam ut edocere studebimus, pus non est perfecte corruptum. nam habet naturam quandam mediā inter sanguinem & corruptam rem, eam ob causam in cōmentatiōe huius aphorismi à Galeno dicitur *ἡμιμόχθῆρ μετὰ ἐλλω*, idest, semimalam mutationē, & ideo in lib. De uiribus naturalibus à Galeno edocēbimur, esse uim quandam alteratricē in uentriculo, in iecore, & deniq; in omni parte, hæc nihil aliud facit ultra quàm quod assimilāt nutrimentum membrīs. Istud autem fit tempore. In libro etiā De semine genitāli Galenus docet, quod in testiculorū tunicis, apparet liquido sanguis iam mutatus ad seminis genitālis generationem, & illæ tunice isto nutriuntur, hanc humiditatem nonnulli medici *θῆρ* appellauerunt (sunt qui interpretentur hoc uocabulum *θῆρ* genitale uirus) nos uel simpliciter græco nomine uteremur, uel simpliciter semen diceremus. nam ut Galenus in ultima commentatione primi Prognosticorum docet, & semen ipsum *θῆρ* dicitur, hicq; fit coctio quædam, per quam albedinem acquirit. idem fit in inflammatione, sanguis in partes inflammatas currit, & primo partes que recipere possunt, sibi existentes implet & extendit. hic igitur sanguis ad partes minimas dispersus, & ad uenas capillares, & etiam extra, ubi est inflammatio, quia in propriam naturam uerti non potest, mutatur & putrescit, ut omnia faciunt quæ in proprio loco non sunt, quando multum calefacta fuerint. Si calor naturalis adeo imbecillis sit, ut in hac putrefactione nihil, uel parum faciat, fit penitus putredo. si uero calor præter naturam agat, & æque calor naturalis multum agat, ille calor qui magis uincit, sua signa ostendit. si quidem naturalis superet, pus fit album, lene, æquale, & quàm minime foetidum. opus enim est, ut semper nonnihil habeat foetoris ob calorem præter naturam: sed quia naturalis calor uincit, ideo quàm minimū foetoris habet, ut Galenus ubertim docet in ultima primi Prognosticorum libri commentatione: eodemq; loco uult, pus esse album, ut semen, non tamen æque penitus, quia semen ex solo naturali calore, & transitu per testes ortum habet. pus uero habet calorem præter naturam in sui generatione calori naturali mixtum. Album uero efficitur: quia solidioribus corporibus assimilari debet (quæ sunt tunice, nerui, membranulæ, copulæ) & ossibus, chartilaginiq; unde in illato uulnere primo sanguis exit, sistitur: postea exit *ἰχθῆρ*, uel sanies, postea crassior sanies, deniq; pus, quo ostenditur sanitatem fieri. nam pus ut hic inquit Galenus, semimalam transmutationem habet, quoniam fit partim à calore præter naturam, partim à calore naturali, & hoc est quando sanitas prope est. At si sanitas fieri non debeat, primo exit sanguis, postea *ἰχθῆρ*, deinde tenuior sanies, deniq; putredo, propterea pus uerum & perfectum medium est inter sanguinem perfectum & putredinem. Ex his ab Hippocrate dicitur; dum pus sit,

οὐ πόνος καὶ οἱ πυρετοὶ συμβαίνουσι, μάλλον ἢ γενόμενός, idest, Dolores & febres accidunt magis quam iam confecto. Alicui forte uidebitur, quod Hippocrates intelligat solum de uero pure. nos uero etiam intelligimus in generatione putredinis, quæ nō sit futura pus: tunc etiam maiores dolores fiunt, quam iam confecta, præsertim si locus ad exituram uenerit. febres autem tanto magis crescunt, quanto putredo maior exiterit, & res magis putrescit. Nihil etiam impedit, Hippocratem hoc modo intelligere, dum pus fit, idest, dum abscessus ad exituram uenit, ut simul ac semel puris generationem intelligamus, & abscessus apertionem: tamen & si ad exituram non uenerit, dolores & febres sunt minores cum pus iam confectum est, quia ebullitio cessat. At si diu hoc loco detineretur, quia partes propinquas male afficeret, & corrumpentur, propterea dolores iterum, et febres suprauenirent. unde Chirurgus factō pure aperire debet.

Galenus huius aphorismi mentionem facit in tertio De ratione uictus in morbis a cutis sectione ultima, & in principio libri De temporibus morborum in uniuersali, & in primo De crisis capite decimotertio. Item Paulus Aegineta libro sexto capite trigesimo quarto de abscessu agens docet te posse in abscessu cognoscere quando pus confectum est, si dolor & febris quæ infestabant, diminuta sint. Addit autem & ipse alia signa, quibus idem cognoscere poteris, si rubor, si pulsus, & reliqua inflammationis signa omiserint, si tumor in acutum fastigiatur. Si ad digitorum compressionem pus subleuet, sed hoc signum solum est in abscessibus qui in summo sunt. In profundis uero satis est habere alia signa, si hoc haberi non possit, nam & in his quandoque pus comprimi sentitur. In uulneribus pus oculis iam factum uidetur, ad quod generandum (ut Galenus dicit) calor naturalis facit, & præter naturam. Dixit uero Hippocrates, dolores & febres contingere magis quam iam confecto: ostendere uolens posteaquam pus generatum fuerit, dolores & febres fieri, sed non adeo intense, tamen adhuc perseverant. Dolores fiunt & ex solutione continui, & ex partis inflammatione. Oribasius solum fieri dicit, quia extenditur locus, febris uero secundum eundem Oribasium duobus modis fit: uel quia pus ex sanguine est, qui est calidus & humidus: uel quia ubique sunt nerui, arteriæ, & uenæ, quæ aggrauata, principia febris, quia patiuntur, prouocant. opus est intelligat per arterias & uenas duci accensos spiritus ad cor. Itaque id incendere, & febrem facere.

## GALENVS

**P**US ex sanguine ortum habet, qui semimalam ut quispiam dixerit habet transmutationem. Nam mala simpliciter cum putrefactione fit olida, sicuti quæ simpliciter optima est ipsa nutritio partium animalis. at quæ pus generat medium inter has obtinet locum, neque à solo calore extra naturam, neque à solo secundum naturam facta. Mixtus enim quodammodo ex utroque est calor inflammationis. Fit autem dolor extenta simul ac calefacta præter naturam inflammata particula. Febres uero sequuntur principio concalescēto, & hæc ambo contingunt ex quadam ueluti ebullitione, atque exustione sanguinis: qui ubi ex toto exustus fuerit, residuum eius fit pus, quemadmodum ex lignorum exustione cinis. atque ideo tempore illo dolores sedantur ac febres, præsertim cum pus fuerit excretū, utpote iam cōsumpta materia, extincta autem ignea caliditate.

## BRASAVOLVS

**PRIMO** saniei generationem Galenus docet, ut ex ea in perfectiorem aphorismi cognitionem ueniamus. Quæ uero hic dicuntur, uberius in primo De differentijs februm, & in ultima primi Prognosticorum cōmentatione traduntur. Sunt autem hæc: pus à sanguine ortum habere, qui sanguis transmutationem quandam mediam habet inter bonum & malum. nam sanguinis officium est, cum à calore naturali transmutatur, nutrimentum effici: si uero calor præter naturam in eum agat, putredo fit. At pus partim à calore naturali, partim à calore præter naturam fit. nam inflammationis calor est partim mixtus ex naturali calore, partim ex calore præter naturam. Sunt uero in hac cōmentationis parte nonnulla notatu digna: cum enim inquit, Qui semimalam (ut quispiam dixerit) habet mutationem, Græce habetur μεταβαλλοντος εἰς ἡμιμόχθυρον, ὡς αὐτῶν εἰς πηλὴν μεταβολήν, idest, Qui in semimalā (ut quispiam dixerit) transfertur mutationē.

Quod

Quod legitur olida, Græce est *δυσώδης*, potius interpretaretur mali odoris, difficultis odoris.

Quod etiam legitur, Sicut quæ simpliciter optima, Græce est *ἀπλῶς χρησὴ*, idest, simpliciter bona. & id pronomen, illa, uacat, quoniam nec in græco codice adest.

Quod etiam legitur, Neq; à solo secundum naturam, hæc particula à Galeno dicitur *ἰσὸς* *ῥιμφύτα*, ac si dixeris à complantato calore, qui proprie naturalis est, & insitus.

SECVNDO Galenus docet cur in puris generatione dolor fiat, quoniam partes extenduntur, ideo fit solutio continui, & quoniam particula inflammatur, propterea ibi adest mala qualitas calida; hæc uero sunt duæ doloris causæ, mala qualitas, & solutio continui.

TERTIO rationem reddit cur fiant febres, quoniam principium concalescit, quod est cor, & inflammatur. hoc autem fit per partem post partem.

Quod legitur, febres uero sequuntur, in aliquibus codicibus sequitur aliquando principio concalesceto, in nostro antiquo codice duæ sunt lectiones, prima dicit *ῥιμφύτα*, idest, principio. secunda *ῥιμφύτα*, idest, corde. & correctionem quandam Leonicensi uidi, in qua scriptum erat corde, & non principio, tamen utrunq; uerum est, & de corde utrunq; intelligitur, & etiam hæc particula, quando, addita est.

QUARTO Galenus docet quomodo dolor, & febris ex quadam ebullitione fiant, & quomodo cessent.

## APHORISMVS XLVIII

IN omni corporis motu ubi laborare cœperit, quies statim lassitudinem auferit.

## BRASAVOLVS

HVIVS aphorismi sententiã, ex illa uniuersali maxima ueritatem recipit, contraria contrarijs curari, propterea in quocunq; nostri corporis motu, uel brachiorum, uel crurum, uel alterius partis cum quis laborare cœperit, hoc est cum fuerit defatigatus & delassatus, uel ea parte doluerit, hic ab illo motu abstinens, sanabitur, quoniam hic motus huic quieti contrarius est. Oribasio hunc aphorismum præcedentibus hoc modo continuat; absoluens sermonem Hippocrates de Apoplexiã, morbo comitiali, & pure, insituit hic de exercitio disputare, ponitq; ipse tres sequentes aphorismos simul, ac si unus sint aphorismus, sed re uera multa ab Oribasio dicuntur, quæ perfecte non constant. Philotheus Oribasio egregius Hippocratis intentionem exponit, hoc modo exorditus, *κίνησις ἤτοι τῶν λέγει τὸ γυμνάσιον, ἢτε δὲ παλαίστρας, ἢτε δὲ ἵππων, ἢτε δὲ ἄλλων, καὶ κέμεναι τὰ μέγιστα, ὡς ἐν ἑσθλῆσει τῇ διωάδῃ, πύποις τὸ ἀναπνεύει δὴ τὸ ἀκρότερον, καὶ πᾶσι μὲν γὰρ τὸ γυμνάσιον ἀκροποι παραχρημα γίνονται, ἵσθι ἀνακτᾶται αὐτῶν ἢ διωάμεις ἢ τῇ ἀνέσει*, idest, Motum hic dicit exercitationem, siue per palæstram, siue per equitationem, siue per cursum. In omnibus igitur talibus motibus, quando partes lassari, uel dolere, uel laborare incepterint, tanquã id agant quod non possunt, his statim cessare lassitudinem leuat. nam ab exercitatione cessantes, lassitudinum expertes protinus fiunt, propterea quod eorum uires reuocantur in quiete.

En πᾶσι κίνησει τὸ σῶματ. idest, In omni corporis motu. Quod potissimũ intelligere oportet in motibus uoluntarijs. nã in naturalib. motibus, quãdo uolumus cessare, nõ possumus; in uoluntarijs autẽ, qui sunt omnes motus qui à musculis dependent, quãdo lubuerit cessare, nihil impedit. Aphorif. propterea uerus est potissimum in corporis exercitatione, quæ exercitatio uarijs modis fit, ut ex Galeno patet secundo De sanitate tuenda li. qui hanc rem egregie differit, omnes exercitatiois modos recensens, & eos addẽs qui in

qui in una corporis parte sunt, uel in pluribus. in his enim omnibus cum aliquis labore ceperit, uel toto uel parte, si quiescat, sanatur, propterea sequitur.

ὅταν ἀχρηται πόνειν, idest, Quando laborare ceperit. Quod uel intelligas de dolore, qui per uerbum πόνειν quandoque significatur: uel de lassitudine uerum est. nam τὸ διαναπαύειν θυβὺς ἀνοπον, id est, statim cessare à labore. ἀνοπον, idest, est sua sanitas, quod certe hoc significat, quies lassitudinem aufert. Nos igitur hanc partem ita potius interpretaremur: in omni corporis motu, ubi laborare ceperit, quiescere statim est acopon, idest, quiescere est statim remedium illius laboris. nam antiqui ἀνοπον nuncupabāt, omnia ad leuandum laborem & dolorem remedia. unde & si Galenus laborare pro dolore & fatigari exponere uideatur, & in utrisque uerus sit sensus, tamē cogit me id uerbum, acopum, intelligere aphorismum in fatigatione sola. quoniam ἀνοπον ab antiquis medicina illa uocantur, quae ad leuandum laborem adhibebant, sunt enim contra ῥόπος, idest, labores. Tamen quia & acopis in doloribus etiam utebantur, propterea & nos cum Galeno aphorismum communiter intelligere poterimus, imò & acopis utebantur ad emolliendum. Dioscorides etenim libro primo capite sexagesimo nono de Gleucino unguento differens inquit, esse omni acopo efficacius molliendi profectu. & ubi De panace heraclio tertio libro uerba facit, inquit quod acopis miscetur, & de alijs rebus multis idem refert. Paulus Aegineta libro septimo, capite decimo nono De acopis clarius agit, quae dicit ita uocari, quia praecipue contra ῥόπος, idest, dolores, & lassitudines, sensusque dolerosos faciunt: enumeratque inter acopa theriantica, idest, calorifica, & mollientia. Celsus & libro quinto multa acopa refert, quae in usu erāt apud antiquos, si quis recte perpēdat, dolores etiam leuare, manifeste percipiet. Multa etiam à Scribonio Largo descripta sunt. Ad rem igitur, per ἀνοπον ita simpliciter interpretarer acopon, idest, remedium ad laborem.

## GALENVS

VERBUM, laborare, significat, & dolere, significat autē et fatigari, & in utroque significato sermo uerus est. Siue enim mēbra iam doleant ex multitudine motionum, siue sint fatigata, ut uix iam agere aliquid possint, quies statim lassitudinem aufert.

## BRASAVOLVS

GALENVS in hoc loco docet, id uerbum πόνειν, idest, laborare, apud authores usurpatum reperiri, modo pro dolore, modo pro fatigari: & quomodo cunctaque dicatur, semper uerus est aphorismus: unde uel membra ex multa motione doleant, uel sint adeo defatigata, ut uix moueri possint, dolere dicuntur, & quies utranque lassitudinem aufert. etenim est ἀνοπον, idest, remedium lassitudinis quies. & licet ἀνοπον medicamenta sint atque inunctiones, tamen ad illud omne quod lassitudinē aufert, id uocabulū applicari potest.

## APHORISMVS XLIX

Qui consueti solitos labores ferre, & si fuerint imbecilles, & senes, non consuetis, fortibus, atque iuuenibus, facilius ferunt.

## BRASAVOLVS

HUNC Aphorismum ex quotidiano usu uerum esse experimur. nempe in dies habitos uidemus senes, & imbecilliores uiribus, robustissimis quibusdam iuuenibus, tamen facilius pondera ferunt, & labori magis durant, quam robustiores illi. Causa uero est assuetudo, & in nobis ipsis experimur assuetudinem ad aliquid agendum plurimum facere, quia illa habitudinem quandam acquirimus, atque habilitatem, ut prompte, & facile id agamus. Etenim assuetudo (ut uulgata propositio est) est altera natura. Quod igitur diu assuetum est, in naturam ferē tranliuit. Orbasius, qui praecedentem aphorismum cum isto & sequenti confundit, nihil aliud addit, quam cū corpus nostrum tribus dimensionibus constet, longitudine, latitudine, profunditate, senex omnia tria in se habet. Iuuenis uero si duo habet, tria habere non potest, propter istam itaque rationem Hippocrates posuit, senem magis ferre laborem, quam Iuuenē. Sed quam absurda ratio haec sit, quisque consideret

consideret. nam iuuenes tres dimensiones ampliores habent, & magis perfectas, quam senes, utpote qui iam coeperint comminui ob ætatem. Prudentius egit Philotheus, qui hoc modo interpretatur, καὶ ὅτι ὁ ἀφορισμὸς ποδὶ ὑγιεινῶν εἴρηται παραγγελμάτων. ὁ δὲ λέγει ποδὶ τῶν ὄντων. εἰσι δὲ πέντε, ὁ μὲν γέρων, ὁ δὲ ἀκμάζων, ἀμφοτέρω σκέπησιν ἀπάρχεσθαι, καὶ ὁ μὲν γέρωντι σκέπησιν καλῶς τὸ σκέπησιν, ὁ δὲ ἀκμάζοντι οὐχί. ἐκείνω μὲν ὅσα τὸ σωθῆναι καὶ ὄντων ἀδρανῆς. πύτω δὲ ὅσα τὸ σωθῆναι, καὶ ὄντων ἰσχυρῶς. καὶ ὄντων γὰρ καὶ γινώσκων, ἔμπροσθεν τῶν ἄλλων γίνεται τὰ γυμναζόμενα μόρια, καὶ ὅσα ὄντων ἴσχυρῶς ὑπομύσει τὸ σωθῆναι πόνους. ἐκ δὲ τοῦ μετρίου ὁ τῶν παραδείγματ' ἔφεισε καὶ ποδὶ πάντων συλλογίζεσθαι. idest, Et hic Aphorismus de salubribus præceptis dictus est, quod uero dicit tale est. sunt autem quidam, hic quidem senex, hic autem in uigore ætatis: uterque incipit fodere terram, & seni quidem fodere bene cedit uel cessit: illi autem qui in ætatis uigore est, minime: illi quidem ob consuetudinem, & si imbecillis: huic autem ob inconluetudinem, & si robustus sit. notionem enim uniuersalem esse oportet, quod exercitatur partes alijs sunt robustiores, & propter hoc facile subeunt consuetos labores. ex hoc autem mediocri exemplo de omnibus etiam syllogizare licet.

οἱ ἰδισημῶσι. idest, Qui consueti.] Nam qui ex usu & consuetudine alicui labori assuescunt, dispositionem quandam acquirunt, qua laborem illum facilius ferunt. est autem dispositio hæc, qualitas quædam per multas uices factio exercitio derelicta, quam cum his simul iungere possumus, quæ in secunda sunt qualitatis specie, in qua sunt naturales potentia, uel impotentia aliquid agendi uel patiendi. hæcabilitas ex longo usu derelicta, propter quam homo aptius, comodius, & leuius id exercitium facit, & si non sit naturalis potentia, quia naturaliter forte non est illi insita, tamen aliquo modo potentia naturalis naturam sapit, posteaquam tam diu assuetus est. nam id ita facile assequitur, ut si quis naturaliter id faciat. Hanc ob rem à Philosophis dicitur, & præsertim septuagesima prima sectione primi libri De physico auditu, consuetudinem esse alteram naturam, & consuetudinem transire in naturam. propterea dicere possumus, hanc artificialem habilitatem transiuisse in naturam, & adeo immutatam esse, ut mereatur connumerari inter naturales potentias uel impotentias.

τὸν σωθῆναι πόνους φέρει. idest, Consuetos labores ferre.] Dixit uero consuetos labores, quoniam si hic habitudinem habere debeat, qua labores ferat, opus est ut sint soliti labores, & adeo soliti, ut eos ob consuetudinē facile ferat. per labores uero, quos πόνους uocat, omne exercitij genus intelligere oportet, quia in omni genere exercitio habitu dinē quandam naturalem inducit, ad facile gnauiter agendum, quod & ad animæ exercitia ampliari potest, nam qui speculationibus assuescit, facile speculatur, & facilius difficiles materias discutit inassuetus, etiam si sit acutioris ingenij uir; & qui uirtutibus assuetus est, actus uirtuosos facilius peragit, quam inassuetus.

καὶ ὅσιν ἀδρανῆς ἢ γέρωντος. idest, Et si fuerint imbecilles uel senes.] Per hoc quod imbecilles dicitur, opus est naturalem imbecillitatem ad illam operationem agendam intelligere, quam tamen propter exercitationem facile assequuntur. est autem hæc naturalis imbecillitas, impotentia ad facile agendum. fit uero quodammodo potentia naturalis ob usum & exercitium. & si quis ob ægritudinem factus sit imbecillis, hic aptius agit, quam inassuetus faciat, modo ægritudo adeo non perseueret, ut operationem auferat. unde & senes circa aliquod exercitium, id facilius operantur, quam robusti iuuenes & inexercitati, quamuis senium uires auferat, & homines imbecilles, atque exhaustos reddat. Hic uero id nobis magis arridet, ut disiunctim legamus, uel senes, quam copulatim, & senes, ut Leoniceus facit. nam si copulatim legamus, sensus erit, quod imbecilles & senes simul facilius ferunt, si exercitati sint, quam si qui exercitati non sunt, licet robustiores & iuniores sint. Quæ sententia uera quidem est, sed nos id magis probamus ut imbecilles à senibus distinguat, hoc modo, imbecilles exercitati, uel senes exercitati facilius labores ferunt fortioribus inexercitatis, & iunioribus inexercitatis. hoc autem mihi magis arridet, tum quia Græcus contextus habet ἢ, idest uel, & non καὶ, tum quia hoc modo duo imbecillium genera assignamus, imbecilles naturaliter, & imbecilles ob ætatem.

Dubium uero incidit, si homo imbecillis sit, & exercitatus, tamen naturalem po-

F tentiam

tentiam ad hoc agendum non habeat, sed eam solum exercitio comparauerit, è contrario fortis sit non exercitatus, qui naturalem potentiam ad id agendum habeat, at nunquam in opus descenderit, petitur qui nam horū facilius agat. Respondemus, exercitatum in exercitatu semper facilius agere. tamen hic in exercitatu breuius per minores uices in exercitatu descendet ad hoc ut perficiatur, quia habet naturalem potentiam, quàm is qui ob exercitium, & non ob naturalem potentiam ipsam facilius exercitationis potestatem acquisiuit, tamen antequam egerit, licet naturalem potentiam habuerit ad hoc agendum, non agit facilius illo.

Τὸν ἀσωτήθωρον ἰσχυρῶν τε, καὶ νέων, ἔατον φέρεισι. idest, Inconuetis fortibus atq; iuuenibus facilius ferūt. Hoc semper cum mediocritate intelligere oportet, quia si acciperemus senem imbecillem, qui ad ferenda pondera assuetus sit, & illi detur, pondus quod ferre non posset, tamen ipsum robustissimus iuuenis ferre posset, in hoc casu non esset uerus aphorismus. At si omnia paria fuerint, ut hic ferat quantum potest, & ille senex exercitatus facilius ferret quàm fortis hic iuuenis & robustus, nam hæc consuetudo tam magna, tamq; potens est, ut non solum mores, & actiones transmutare possit, sed etiam corporis formam, propterea Hippocrates post principium libri de aere, aquis, & locis, ubi de Macrocephalis agit, inquit eos habere capita oblonga ob consuetudinem: nempe illos pulcherrimos esse existimabant atq; generosissimos, qui longissima capita haberēt, & ideo hanc consuetudinē sequuti sunt: puero tunc primum nato caput, cū adhuc tenellum est, premunt, cōponunt, manibusq; in oblongam formā deducunt, sicq; adollescere cogunt, machinamentaq; & uincula cōmoda admouēt, quibus capitis rotunditas mutatur, siue male afficitur: longitudo uero crescit, propterea consuetudo hominum corpora mutat ut in his macrocephalis patet. In principio igitur per legem & consuetudinem facti sunt Macrocephali longa capita habentes, quia ipsis hoc pulchrū esse uidebatur. temporis aut̄ processu hæc consuetudo in naturā transiuit. nam cum semen à toto decidatur, de sanis corporis partibus sanum deciditur, & de morbosis morbosum, si quidem ex caluia calui gignuntur, & ex flauis flauis, ex distortis fermē semper nō recti, sicq; in cæteris figuris eadem ratio pollet. Quid ergo prohibet, quin ex longis capitibus longa capita nascatur? Hactenus Hippocrates, ex quibus facile haberi potest, consuetudinē multum ualere, nō solum in actibus, sed in transmutandis etiam corporibus. Hi ergo Macrocephali, quos potius uocarē oxycephalos, iuxta Mæotim paludem degunt, inter Asiæ fines & Europæ. forte Genuenses nobilissimi Liguriæ populi, inde originē duxere, cum acuta habeāt capita: & tales sint uiri uaferrimi, propterea & ab Homero Theristes uaferrimus uir describitur φοβὸς ἔλω κεφαλίω, idest, acutum habens caput. Habetur & huius Aphorismi integra ratio quinto libro De sanitate tuenda apud Galenum.

## GALENVS

ALIVS alij labor cōsuetus est, huic cursus, uel alius aliquis motus per crura factus, huic uero manus certa mouere lege, siue quouis alio modo operari manibus, alijs fodere terram, uel remigare, uel arare, uel simpliciter quoduis aliud agere. Differunt autem omnes isti labores, quia uel plures, uel pauciores partes operantur, & quia uel magis, uel minus laboratur, hoc tamen omnibus commune existit quod partes exercitæ sunt robustiores, atq; idcirco labores consuetos facilius ferunt.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galen. docet, ut homines uarij sunt, ita uarios labores sibi cōsuetos habent. SECUNDO labores ipsos enumerat, ne quis hic idem per labores intelligat, quod superius in præcedenti aphorismo, intelligebat, cum idem sit uocabulum. nam ibi *πρωίδη*, idest, laborare dicebat, hic *πρωίδη*, idest, labores dicit. sunt autē hi labores: cursus, motus per crura factus, quomodocunq; fiat: uel ut hi qui torno laborant, uel ficilia effingunt, motus manuum, uel certa lege ut dimicantes faciunt, & micantes, uel fodiendo terram uel remigando, uel arando, uel (ut in summam complectiamur) quodcunq; aliud facientes, quo manus, uel pedes uel quæcunq; aliæ corporis partes exerceantur.

TERTIO differentiam ponit inter labores, quia in aliquibus una sola pars agit in aliquibus duæ, in aliquibus plures, in aliquibus totum corpus.

QUARTO docet, omnes hos labores in hoc conuenire, q̄ exercitæ partes, siue una siue plu

sive plures sint, robustiores fiunt, & ideo facilius ferunt consuetos labores.

## APHORISMVS L

Quæ ex longo tempore consueta sunt, & si deteriora sunt, in suetis minus mole-  
stare solent. Oportet igitur ad insueta permutari.

## BRASAVOLVS

DVO AB Hippocrate in hoc aphorismo edocentur. unum est, ea, quæ longo tempo-  
re consueta sunt, licet his deteriora sint, quæ inconsueta sunt, tamen minus molestare sol-  
lent, quàm inconsueta; ratioq; in promptu est, quoniam illa, quæ ex longo tempore con-  
sueta sunt, in naturam ferè transiunt, nam usus est altera natura. ea uero quæ in naturam  
transiunt, minus molestare solent, quàm illa quæ non sunt connaturalia, uel non sunt  
per assuetudinem in naturam transacta.

Aliud quod ab Hippocrate refertur, est consilium quod nobis præbet. est uero hoc,  
nos debere ad insueta transmutari: & recte hoc consulit, quoniam semper non possu-  
mus in eodem statu permanere, sed multa etiam homini ex insperato cōtingunt, & ideo  
ad omnia subeunda aptus esse debet, ut si contingat id permutari in quo consuetus est,  
alia etiam habeat, in quorum consuetudinem deuenit. ideo nos uno solo cibo uti non  
debemus. nec eodē modo semper ambulare, uel semper solem cuitare, uel uentū, uel alia  
similia: sed omnibus affuefcere debemus, uel saltem nos ita gerere, ut non simus penitus  
inassueti, sit id quodcunq;, ad quod forte fortuna homo transmutari potest. Non ab re  
igitur consuluit Celsus libro primo, sanum hominem suæ spontis esse oportet, id est, age-  
re quæcunq; illi agenda occurrūt. Philotheus his uerbis huius aphorismi expositionem  
aggreditur. ὅτι ὁ λόγος καθολικὸς τῶν πρὸ αὐτοῦ. ἐκεί γὰρ πρὸς γυμνασίῳ μονοῦ ἐλεγεῖν.  
ἐν ταῖς δὲ καὶ πρὸς ἐνδοξείας καὶ πληρώσεως, καὶ ἐπέλευσε καὶ ψύξεως. λέγει ἐν ὅτι τὰ ἐκ πολλῶ  
χρόνου ἐσθίοντα, καὶ ἢ χείρονα τῶν ἀφωνήτων, ἢ τῶν ἐν ἰσχυρίῳ εἰσῶν. ἢ τῶν γὰρ ἔκαστον βλάπτει,  
ἐκ τῆς ἀφωνήτου, τὸ πρὸ φύσεως μὴ ἀελαβωτῆρος, μὴ δὲ πρὸς εἰς ἐδὲ ἀφωνήτου, οἷον ὁ ἐπίσ-  
μιος μαννα ἐδίει, ἢ τὸ χρεῖστος μεταβολῆς τροφῆς ἀδικεῖται, ἢ τὸ ἔκαστον. καὶ ὁ εἰς μὲν  
ἐδὲ ὁρροπτεῖται, ἐὰν εἰς ἀκρατοσίαν μεταβάλλῃ βλάπτεται. ἐπειδὴ τὸ ἔκαστον παρακρίνεται. ἢ  
πρὸς καὶ ἢ τὸ ἢ μὲν. ὁμοίως δὲ δὲ καὶ ἢ τὰ ἀφωνήτα μεταβάλλῃ, ἢ εἰ παρὰ τύχης πρὸ  
τε βιαζομένης διωκόμεναι φέρειν τὰ ἐξ ἀνάγκης προσιοῦται. τὸν γὰρ χρόνον πολλὸν τροφῆς,  
δὲ καὶ ὀλιγοστέων ἢ τὰ πρὸς ἀσεί φέρει καὶ ἐκείνους τῶν χρόνων, id est, Hic aphorismus præce-  
dente uniuersalior est. Illic enim de solis exercitationibus agebat, hic uero de indigētia,  
& plenitudine, & calore & frigore. dicit igitur, quod quæ ex longo tempore consueta  
sunt, & si deteriora sint nō assuetis, minus perturbare solent. unūquodq; enim ipsorum  
consuetum effectum, minus lædit eo quod natura quidem magis innocuum, sed in con-  
suetudinem nondum uenerit. ut consuetus comedere manna, in boni mutatione cibi in-  
iuria afficitur, propter defuetudinem. & consuetus bibere aquam, si in meri potionem  
mutauerit, læditur, quoniam à consuetudine aberrat. sic & in his quæ particularia sunt.  
Similiter autem oportet & ad insueta permutare, ut si quando fortuna coegerit, ea fer-  
re possimus. eum enim qui usus est multo nutrimento, oportet & parum comedere, ut  
causa adueniente ferat & illius usum.

Τὰ ἐκ πολλῶ χρόνου ἐσθίοντα, id est, Quæ ex longo tempore consueta sunt. Imò consue-  
tudo dici nō potest, nisi per longum tēpus habitus quidam cōtractus sit, quo is qui assue-  
tus est, id ad quod is est assuetus, facilius ferat. hoc autem fieri non potest, nisi per lon-  
gum tempus assuetus sit, quoniam si breui tempore assuetus sit, necessarium non erit ab  
hoc minus infestari, quàm ab aliquo inassueto, sed connaturali, uel suæ naturæ magis  
conformi. Imò Galenus quinto De sanitate tuenda libro iubet senēs uti debere con-  
sueto opere, quamuis modice noxiū sit. contrarium indicit iuuenibus, ut ea mu-  
tent quæ nocent, etiam si à pueris his maximè insueuerint. quia eorum uires possunt mo-  
derate factam mutationem sustinere, sperariq; potest in reliquo uitæ tempore fructum  
aliquem eos ex meliore consuetudine percepturos. Senex uero non posset nisi per lon-



gum tēpus consuetudinē suam mutare, ideo prius morte preueniretur, q̄ consuetudinē suam mutasset: & inquit, hoc esse ita uanum, sicuti si quis octogenarius artē aliquā addiscere aggrediatur. Post hęc Galenus medicos illos cæteris præfert, qui omnem consuetudinem seruandā censent, quoniā minus errant. refert em̄ tres medicorū sectas. nonnulli omnibus hominibus exercitacionē iniungebant, alij omnibus negabant, qui dicebant nihil ad sanitatem conducere exercitacionem: Quidam uero sunt, qui uolunt assuetos exercitari solum, inassuetos non exercitari. primas duas sectas statim errare iudicat, hanc uero tertiam parum errare, quoniam qui cuiuslibet rei inassuescunt, magna ex parte naturæ suæ conuenientem consuetudinem deligunt, propterea quod ab ijs quæ non conueniant subinde læsi, ipsa repudiānt. Aliqui autē uel dulcedine uicti, uel præ nimia demētia se lædi non sentientes, in malis consuetudinibus persistunt, uerum hi pauci, plures qui non persistunt: unde corporis exercitacio post cibum statim fieri non debet, etiam si quis sit assuetus, sed immutari debet, licet eum minus lædat qui sit assuetus, quā illum qui assuetus non sit. hæc Galenus eodem loco edocere studet. De senibus uero ante hæc, sed tamen in eodem libro dixerat: senes igitur omnes consuetis laboribus sunt exercitandi, sed tamen uehementia eorum remissa. Quod etiam consuetudo ad nostram artem multū faciat, Galenus nono libro De arte curandi ostendit, ubi iudicat ex consuetudine nos deuenire in cognitionem præcipuam temperamentī, & ex consuetudine nos inuenire remedia: datq; eius uiri exemplum qui semper biberit frigidam, tamen nunquā persenserit læsionem in uentriculo, uel iocinore, uel uesica. Cognoscimus hunc haberere bustam harum partium naturam, uultq; ipsam consuetudinem habere maximam potentiam ad hæc cognoscenda, id est, ad noscendā cuiusq; corporis naturā. & si tibi uideatur, ea quæ adducta sunt de senibus in quibus nō debet immutari cōsuetudo, facere ad hunc aphorismum, dicemus, senes excipiendos esse, utpote qui prius moriantur, quā a consuetudine desuescant. & illa in corporis exercitacionibus dicuntur.

Καὶ ἂν χεῖρα τῆ ἀσπιήθω ἡσορ ἡροχλαῖν εἰωθε. id est, Et si deteriora sint infuetis, minus lædere solent. ] Tamē ex hoc nō debemus semper assuetis uti, quāuis minus infestēt: sed his etiā uti debemus, quæ magis infestant, ut ipsi afficiamur & assuescamus, quæ in iunioribus semper intelligenda sunt, nempe uanum est senes ad infueta permutari, quoniā prius occumbunt, quā in alicuius rei assuetudinem deuenierint.

Δεῖ δὲ καὶ εἰς τὰ σπιήθη μεταβάλλειν. Oportet autē & ad infueta permutari. ] Hoc non ponitur ab Hippocrate tanquam conclusio quæ ex præcedenti propositione sequatur, aliter esset mala consequentia. nam sequi non potest, quæ ex longo tempore consueta minus infestare solent, quā quæ non consueta, igitur permutandum ad inconsueta: Sed potius sequi debet, igitur non transmutandum ad inconsueta, ne infestetur, quoniam molestius semper effugere debemus. Tamen si cui placuerit ita deducere, opus est hoc modo inferre, assueta non infesta, igitur ad omnia assuescendum, igitur permutandum ad infueta, ut assueta fiant. Tamen dicamus, hoc esse consilium, quod ab Hippocrate hic datur, cum multa hominī contingant, ob quæ eundem morem semper obseruare non potest ad quem est assuetus, propterea permutari debet, & omnia ferē quæ illi contingere possunt, in consuetudinem recipere: hoc eq; intelligendum est in iunioribus, quoniam ut de senioribus superius dictum est, non debent à sibi assuetis dimoueri. Sicuti ille deridendus est, qui octogenarius artē aliquam discere incipiat, nam antequam illam per calleat, morietur. eodem modo antequam senex alicui assuescat, ad cuius assuetudinem longo tempore indigeat, morietur. De his autem assuetudinibus particularem librum Galenus fecit, quem (si lubet) uidere ne pigeat, & Hippocrates in secundo De ratione uictus in morbis acutis, ubi de consuetudinis mutatione agit, ostendit repente à consuetudine dimoueri esse pessimū & periculosum: propterea illos medicos reprehendit, qui per duos aut tres dies, aut plures fame cruciant ægros: deinde sorbitiones & potiones exhibēt. hanc ob rem paulatim à consuetudine mutatio fieri debet, aliter incōmodo illa sequentur, quæ ipse describit. propterea hic non immerito consulit hominem esse dimouendū ad inconsueta, sed hoc paulatim fieri oportet, ut sit omnibus assuetus: quia nescimus quid contingere possit, hoc idem Celsus dicit libro primo, capite tertio, in quo loco præcedens aphorismus, & iste continentur. Hoc autem in assuetudo intelligi

telligi potest (ut in commentatione dicemus) tam de cibi quantitate, quàm de qualitate; tam de aere, quàm de corporis exercitijs, & omnibus quæ homini contingere possunt. ideo si paulatim his assuescat, nõ oberit, uel erit insensibilis læsio. secus esset, si permutatio subito fieret; tunc enim incommoda sequerentur, quæ ipse adducit in secundo De ratione uictus in morbis acutis.

## GALENVS

**N**ON DE solis exercitationibus, hic sermo est, sicuti prior, uerum de omnibus simpliciter consuetis hic aphorismus enunciat, cibus, potibus, balneis, illotionibus, uigilijs, somno, calefactione, frigectione, curis. Horum & enim singula minus nocent, cum fuerint consueta, his quæ natura quidem minus noxia sunt, sed nunquam in consuetudinẽ peruenerunt. quod igitur ita se habeat in exercitationibus, ad partiũ quæ operantur robur, refertur, ut antea diximus. In reliquis uero quomodo fiat, iam dicemus. Cibi, ac potus naturam aduentitiã efficiunt, maxime quidem in uentriculo, cum hoc uero & in alijs partibus. Nam & si maxime obtineantur, & transmutantur à corpore, ipsum tamen quodammodo pro sui natura disponunt ita quod processu temporis multa fit permutatio, ac similitudo nutritorum ad nutrientia. Hoc enim ostensum est à nobis, in libro de consuetudinibus, ostensum est etiam quod unumquodq; facilius à similibus alteratur. Ob hanc igitur causam quanto similis factũ fuit id quod transmutat ei quod transmutatur, citius alterat ipsum. Et quidem ab alijs omnibus quibus corpus adhæret quodammodo afficitur, ueluti in aere frigido, ac calido, densatum quidem à frigido, laxatum uero à calido, atq; ideo consueta facilius perfert, ab insuetis uero molestatur. Si enim laxato corpori ob caloris adhæsum repente frigus superuenerit, & in imas eius statim partes subintrat, & maxime offendit. Causa itaq; de omnibus consuetis dicta est in libro de consuetudinibus. Quod uero experientia notum est, id iam noscimus quod solum ab Hippocrate scriptum est, qui causam adscribendam non censuit. Nos uero ad eiusdem inuentionem aliquas dabimus occasiones. Hæc igitur dicta sufficiunt quantum ad primam aphorismi attinet partem. Quod uero in fine scribitur, in quo consulit transmutari quodammodo ad nõ consueta, salubris gratia securitatis dictũ est. Est enim unica rãtã consuetudo periculosa, cum omnes homines inopinatis rerum fortibus subiiciantur: ne igitur incidamus aliquando repente in nobis insueta, satius esse inquit omnia tentare. Fit autem hoc non in hærentibus nobis semper his quibus assueuimus, sed & non nunquam contraria tentantibus.

## BRASAVOLVS

**PRÆCEDENS** aphorismus de motibus, & exercitationibus loqui uidebatur. propterea Galenus primo docet, hunc aphorismũ non solum de exercitationibus, sed & de omnibus alijs, ad quæ nos assuescere possumus, agere, ut sunt cibi, potus, balnea, illotiones, uigiliæ, somni, calefactiones, refrigerationes, curæ: hæc omnia minus nocent consueta, quam illa quæ naturaliter minus nocent, sed nobis sunt insueta.

**SECUNDO** docet, quomodo exercitatio consueta minus noceat, quia partes, quæ exercentur, robustiores fiunt.

**TERTIO** hoc idem in cibus & potibus ostendit. nã qui aliquibus cibus aut potibus acquiescunt, naturam quandam aduenticiã in uentriculo contrahunt, & postea in alijs partibus qua ab his consuetis minus læditur. unde temporis processu fit multa similitudo nutritorum ad nutrientia, ut in libro De consuetudinibus edocuit. Additq; unumquodq; alterari facilius à suis similibus.

Quod uero hic legitur, facilius à similibus alteratur, legendum suademus, citius. nam græcus Galeni codex habet *θᾶττον*, quæ particula citius significat. est autem uerum, unumquodq; citius à similibus alterari, licet & facilius etiã id fiat: sed græca litera habet citius. & statim Galen. ipse dicit citius. nam sequitur, & ob hanc causam, quanto similis factum fuit id quod transmutat, ei quod transmutatur, citius alterat ipsum, utitur aut̃ hic eadẽ particula, scilicet *θᾶττον*, in quibus *ἐλλοιοὶ θᾶττον αὐτῷ*, id est, citius alterat ipsum. cũ uero Leonicensis uertebat facilius, erat eadẽ particula *θᾶττον*, quod absurdũ uideretur. nam non est mutandum unũ dictioni significatum in eadem parte, licet & re ipsa aliud significatum uerũ sit. imò in eadem parte cũ Leonicensis uertit, quanto similis factum fuit, le

gendū est quādo, & nō quāto, tū quia ad quāto, debet respondere tāto: tū quia græcus eo  
dex ita dicit, *ἢ τὸ ἐν ὅταν ὁμοίῳ τὸ φρονήσῃ*, i. propter hoc igitur quādo similis factū fuit.

QVINTO Galenus docet, in alijs esse iudiciū, cōsuetudines scilicet minus infestare,  
ut in aere frigido uersans, si eo sit assuetus, minus à frigore afficitur, sed magis à calido, &  
è contrario. nam frigus condensat, laxat calor, propterea perseverat in eodē esse ab assue-  
to: à non assuetō transit in contrarium, quod magis aptum est infestare.

Quod legitur, & quidē ab alijs omnibus quibus corpus adhæret, quodammodo affi-  
citur, aliud maius à Galeno dicitur quā adhære. nam sua lingua dicit *ὁμίλια*, quod signifi-  
cat cōuersari: ac si dicat, sine quibus corpus nō est, unde sensus esse uidetur, afficitur quo-  
dāmodo ab his quæ cū corpore cōuersant, uel quæ cū eo sunt. tamē Leonicenu nō repre-  
hendo, qui adhære uerterit, sed admonere uolui *ὁμίλια* esse aliquid maius, quā adhære.  
Idem dico de *ὁμίλια*, cū uertit ob caloris adhesum, plus enim est *ὁμίλια*, idest, cōuersatio,  
in græco codice legitur *ἀραιώμενον*, quod etiā rarefactū significat. nā *ἀραιώ* rarefacio est, atque  
laxo. Nos igitur potius legēdū putamus, rarefactū uero à calido. cū postea sequitur, si enim  
laxato corpori, iterū legeremus, si enim rarefacto corpori ob caloris adhesum repēte fri-  
gus superuenerit, deinde præterirē cōiunctionē, & ut sequatur, in imas eius statim partes  
subintrat, et maximē offendit, uel ualde offendit. nā græce est *Ἐβλάπῃσι μεγάλως*. Quod etiā  
sequitur, aliquas dabimus occasiōes, lege dedimus. quoniā sua lingua est *ὁμοίωμα*.

QVINTO Galenus docet, secundam aphorismi partē positā esse tanquā consilium  
quod debeamus transmutari ad insueta, idque fit gratia securitatis, quoniā unā consuetu-  
dinem semper sequi, periculofum est. nam possunt nobis inopinatē sortes cōtingere, pro-  
pterea omnia tentanda sunt, ut nihil habeamus inassuetū, quod si quandoque sponte reci-  
pere uelimus, uel coacti, ob sit. & hoc in iunioribus intelligere oportet. nam ut in quinto  
Defanitate tuenda ostendit ipse Galenus, qui senio cōfectus est, cū exercitijs, tum omni-  
bus alijs, sua consuetudine uti debet, quia ipsi tempus non habent, ut diuersæ cuidam rei  
assuefcere possint. prius enim morte præuenientur, quā assueti sint.

Vbi legitur, est enim unica tantum consuetudo periculofa, græce est *σφαλδὸν γὰρ ὅτι  
παῦ ἐθῶ μονοειδῆς*. idest, periculofa enim est omnis consuetudo unius formæ. In Leoni-  
ceni interpretatione deest illa particula omnis, quæ determinat consuetudinē, & ideo uo-  
cabulum *μονοειδῆς*, nescio quid aliud significat, quā hæc particula, unica tantum. Sed  
quia omnis consuetudo circa aliquid est, quod se habet per modum accidentis & formæ,  
propterea dicens *μονοειδῆς* illius formæ unitatē annotauit. hanc ob rem interpretaremur,  
omnis consuetudo uniformis: Quamuis & id quod à Leoniceno dicitur, uerum sit, ta-  
men Galeni sensum ita non exprimit.

Vbi etiā legitur, Ne igitur incidentes aliquādo repente nobis insueta, defunt duo uer-  
ba quæ in cōtextu græco sunt, scilicet *μεγάλως βλαβῶμεν*, idest, plurimū offendamur, mul-  
tum lædamur. ut continuatio in hunc modū fiat, Ne igitur incidentes aliquando repen-  
te in nobis insueta, multū lædamur, satius esse inquit omnia tentare. Vides igitur ad per-  
fectam sententiam duo illa uerba necessaria esse, aliter sensus est imperfectus. Iudicamus  
nos librarij incuria, & non Leoniceni esse prætermiffa.

## APHORISMVS LI

**P**lurimum, atque repente euacuare, uel replere, uel calefacere, uel refrigerare, siue  
quouis alio modo corpus mouere, periculofum. Quoniam omne nimis est na-  
turæ inimicum. sed quod paulatim fit, tutum est, tum alias, tum cum ab altero ad al-  
terum transitus fit.

## BRASAVOLVS

DVÆ sunt apud Philosophos adeo notæ propositiones, ut in ipsis nullus ambigere  
possit, in quibus tota huius aphorismi ratio sita est. Prima illarum est, omne nimis nature  
inimicum esse; quam non solum philosophi tanquam ueram receperunt, sed & ab antiquis  
in prouer-

in prouerbium cessit, Ne quid nimis, & uno aphorismo ab Hippocrate annotatū est. Secunda propositio est, Naturā mutationes repentinas non ferre, quā non solum tāquam uerissimā & principiū recipiunt, sed nostri sensus id frequētissime experiūtur: ut si quis niuē aut glaciem tractet, postea ad ignē proficiscatur, in digitis uehementes dolores percipit, quia natura subitam illam mutationē de extremo in extremum absq; medio nō patitur. Quippe in omni mutatione naturale est, de extremo in extremū per mediā transire, quia hic est naturæ incessus, extrema semp̄ ex medijs introducere. In his igitur duabus propositionibus ueluti principijs tota huius aphorismi ratio sita est, quo ab Hippocrate dicitur plurimum atq; repente euacuare, plurimū atq; repente replere, plurimum atq; repente frigefacere, uel calefacere: et in summa, plurimū atq; repēte mouere corpus quocunq; motionis genere periculosum est. Redditq; rationē Hippocrates, primo ob plurimū, quia omne nimis est naturæ inimicū: deinde quo ad illam particulam repente, quoniam illa quæ paulatim fiunt, & non repēte, tuta sunt. Vt igitur & tute & absq; ullo periculo agamus, nihil repente, atque plurimum mouere oportet, sed parum & paulatim fieri debet, & hoc potissimum, quando de uno in aliud transitus fit. Nā semper transitus fit inter extrema, motus uero ad extrema sine medio nunq; fieri debet, & paulatim agēdus est, formam præsentē remittentes, & futurā introducētes, in his præsertim quæ accidentia sunt. Philotheus his hunc aphorismū cōmentatur, επειδή ὃν τῶ ἀνωτέρω ἀφορισμῷ ἐλεγε, ὅτι δεῖ ἢ εἰς τὰ ἄσυνήθεια μεταβολῆαι, ἢ αὐτῶν ἀδρόαν τῶν μεταβολῶν νοήσας, ὑποφέρει λεγόν, ὅτι τὸ ἤϊ πολὺ καὶ ἄπινος κενούω, ἢ πληροῶ, σφαλερόν, ἢ ἢ λύσις πρὸς αὐτὸ πᾶν γὰρ πολὺ τῆ φύσει πολέμιον, ἢ γὰρ φύσις δύσσυμμετρία δειν, καὶ γὰρ καὶ ἄδι ἀμετρον ἄλλω αὐτῶν, ἀσφαλεστέρον τὸ ἤϊ μικρόν ἐκβῶαι, ἢ τὸ ἤϊ πολὺ, ὅθεν γὰρ θαυμαστὸν κατ' ὄλιγον, καὶ ὃν πλείονι χρόνῳ, χυμῶ δὲ καὶ τοῖς θερμαίνουσιν, ἢ τοῖς ψύχουσιν, ἢ τῆ πληρώσει, ἢ τῆ κενώσει, ἢ μὴ ἀδυνάσει τῶν ἀνθρώπων. τὸ δὲ ἄλλως, τὸ ἄϊ ἐτέρῳ μεταβαίνειν εἰς ἕτερον, τοῖσδε δειν, ὅτι καὶ μάστιξ ἀπ' τῆ ἀγῆων εἰς ἐναντία γινόμενα μεταφέρειν. εἰ γὰρ ἄδι τῶν συγγενῶν ὄντων ἀδρόως βλάπτει, πολλὰ μάλλον ἄδι τῶν ἐναντίων βλάπτει. idest, Quoniam in superiore aphorismo dicebat oportere ad insueta transmutari, ne quis subitam et accumulata mutationem intellexerit, infert dicens, Copiose & repēte euacuare, uel replere periculosum. & solutio ad hoc: omne enim multum naturæ inimicū, nempe natura cōmoderantia, concinnitas est, & gaudet scilicet cōmoderantia; & ipsam ad immoderatum transire, tutius est paulatim, quam transire multo impetu & redundanter. nihil enim admirabile est secundum paulatim, & in pluri tēpore uti uel calidis uel frigidis, uel plenitudine, uel euacuatione, & non affici iniuria hominem. Alioqui uero hoc, scilicet ex altero transire in alterum, tale est (inimicū scilicet naturæ) & maxime à contrarijs in contraria facta transferre. Si enim in his quæ sunt cognata, scilicet quod subito & uniuersum fit, lædit; multo magis in contrarijs lædet.

Galenus in libello De renum passionibus prope finē illius partis, ubi, quomodo calculus euitemus, docet, statuit modum transeundi ex assis ad elixa, & hoc particulatim & sensim agendum docet, refertq; eo loco, hunc Hippocratis aphorismum, τὸ ἤϊ πολὺ, καὶ ἄπινος κενούω. idest, Multū atq; repente euacuare, euacuatio illa multa appellat, quæ uires imbecillas reddit. At multa esse potest, & non erit periculosa, si paulatim fiat, & solū praua materia euacuetur, & ideo in euacuatione multū euacuare, nō semper malum, sed bene semper malū, multum & repēte. Quod in naturali incessu intelligere oportet. nam cum materia turget, opus est repente, & quandoq; multum euacuare, & non expectare incommoda, quæ consequi possent. propterea & si unumquodq; per se malum sit, & quod multum, & quod repente; tamen in euacuatione simul iungi oportet, ob prædictos casus; in alijs uero unumquodq; etiam singulatim intelligi possit, tamen & in euacuatione per se dici possit, multum euacuare periculosum esse, præsertim Hippocratis sententiam exprimentes, qui ualde multum intelligit. nam dicit ἤϊ πολὺ secundū multum, idest, copiose & redundanter. opponit enim ἤϊ πολὺ, & ἤϊ ὀλίγον. hæc particula πολὺ multū significat, cui additur ἤϊ, ad eius significatū augendū, accipiturq; uerbū euacuare, ac si nomē sit τὸ κενούω, quasi dicat, hoc quod est euacuare multū et repēte, ἢ πληροῦν. idest, uel replere, & hoc quod est replere multū periculosum est. nā suffocare possit, uel uasa aliqua disrumpere, & præsertim si repente fiat, quia natura non pati-

tur repentinas mutationes, unde & Galenus in primo libro De ratione uictus in morbis acutis, dicit, Hippocratem semper cauere multum ac repente implere uel euacuare ἢ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, idest, uel calefacere, uel refrigerare. ] hęc si fiat plurimū & repente periculosum est, immo letale. Quia si quis multū calefaciat, etiā si repēte non fiat, hęc humores exurit, uehementesq; febres facit, & agritudines sæuas. Si quis uero multum infrigidet, is etiā calorem naturalem mortificat, quāuis repēte non fiat. Si modo hęc repente fiant, tanto magis periculum imminet. est autem periculosius calefacere, quā infrigidare plurimum, licet infrigidatio in intenso gradu & ipsa letalis sit.

ἢ ἄλλως ὁπωσδὺν τὸ σῶμα κινεῖν, σφαλερόν, idest, uel aliter quomodocūq; corpus mouere, periculosum. ] nam duo sunt, quæ potissimum à medico considerantur, Quātitas, & Qualitas, ut Galenus octuagesimo quinto capite artis medicinalis ostendit, tamen unū aliud determinat. eo loco de rebus non naturalibus agit, de quibus & hoc loco intēdit; quia euacuatio, repletio, motus, quies in quacūq; specie sint, aer ambiens, qui uel calidus, uel frigidus, uel humidus, uel siccus sit (& hic per aerē intellige quodcūq; has qualitates habēs) somnus, uigilia, passionēs animi, cibus, potus, hęc omnia si moderate fiāt, & quādo opus sit, hominē in naturali esse cōseruant. Si uero plurimū & repēte fiāt, periculosum est, quia nostrū corpus in quadā mediocritate, & cōmoderatione cōsistit; propterea omne nimis hanc cōmoderationē corrumpit, & ita periculosum est, presertim cū repente fit. unde & si de caliditate solum & frigiditate loquatur Hippocrates, tu etiā suas qualitates subintellige, & quodcūq; alterationis genus, quod nostro corpori superuenire possit, aut aliud, quod ad res prædictas non naturales spectet.

καὶ πᾶν τὸ πολὺ πρὸς φύσει πολεμιον, idest, & omne nimis naturæ inimicū. ] Codex Aldinus, & prima lectio nostri antiqui codicis ita legit καὶ, sed in secunda lectione habetur διὸ πᾶν τὸ πολὺ πρὸς φύσει πολεμιον. idest, propter quod, uel quoniam omne nimis naturæ inimicū, quam lectionem magis probo, eam ob rem, quia ratio redditur cur periculosum sit plurimum & repente illa facere, sed hæc particula καὶ, non ostendit rationē reddi, hæc uero διὸ πᾶν, id ostendit.

τὸ δὲ ἡστὶ ὀλίγον, ἀσφαλές. idest, Quod autē paulatim tutum. ] Primo rationē reddidit, cur periculosum sit, quod plurimum est, quia naturæ inimicū est. Nunc quod repente periculosum sit, ostēdit, & hoc ex eius opposito facit. nam eadem est oppositorum ratio, sed per oppositum facta. est uero oppositum ad repente paulatim. Arguit autē ex ratione contraria, quæ illi Maxime innitur, sicuti propositum in proposito, ita oppositum in opposito. At paulatim est oppositum ad repente. Quod autem paulatim fit, tutū est. Igitur, quod repente fit, erit non tutum, & periculosum.

καὶ ἄλλως ἕντης δὲ ἐπὶ τὸ εἶδος ἐπὶ τὸν μετὰ βαίνει, Aldinus codex ita habet, Leoniceus interpretatur, tum aliās, tum cum ab altero ad alterū transitus fit. Nos hoc modo interpretandum ducimus, & maxime si ex altero in alterū transitus fiat. Nā ἄλλως significat quidē aliter, sed etiā significat maxime, & in hoc sensu Galenus exponit, quia in præcedentis aphorismi fine dixit, oportere ad insueta permutare, propterea hic dicit esse tutū, paulatim implere, euacuare, & quomodocūq; corpus mouere; sed hoc potissimum tutum est, quando transitus ab altero, cui assueuimus, ad id quod non assueuimus, fit. Et licet Galenus exponere uideatur, tamen sensum prædictum facit. Antiquus autē codex, quem habemus, legit non μεταβαίνει, sed μεταβαίνω, idest, trāseris, ut sensus fiat. Et maxime cū ex altero assuetū, in alterum non assuetū trāseris, uel trāsitus fiat, ut ab Hippocrate doceatur quēlibet transitum paulatim fieri debere, sed præsertim eū, quando de assuetis ad insueta transimus, quoniam re uera si repente mutemur, periculosum est: tamē nihil impedit & Leoniceū lectionem sequi, sensumq; facit, paulatim euacuare, implere &c. tutum est, tum aliter, tum cum ab altero ad alterum transitus fit; hoc Galeni more intelligentes, quod de assuetū in non assuetum transitus sit.

Galenus hunc aphorismū in Exhortatione ad bonas artes, ubi athletas reprehendit, & eos qui nimis comedūt, & qui ea quæ nimis sunt, agūt, adducit. Inquit uero, Proinde priscus ille Hippocrates præter hæc quæ dicta sunt, addit & illa; uehementer ac repente corpus euacuare, uel replere, uel calefacere, uel refrigerare, uel alio quocūque modo mouere, periculosum est. quicquid enim, inquit, est uehemens, est naturæ inimicū.

Galenus

## GALENVS

**C**AUSAM ob quã plurimũ, aut repente, euacuare, uel replere, uel calefacere, uel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere periculosum sit, ipse ostendit, inquit, Omne nimium esse nature inimicum. Est enim natura in elementorũ cõsistens cõmoderatione, quare nõ absq; ratione nimium omne, ut quod defruat cõmoderationem, una substantiã animalis dissoluit, quod uero paulatim, ut inquit, implere scilicet, uel euacuare, et quęcunq; alia subinde dixit, tutũ est, tũ aliter factũ, sed maxime cũ ab altero cui assueuimus transimus ad alterũ, nam in antecedente aphorismo consuluit, & ad insueta permutari. In hisce igitur permutationibus, quod plurimum existit, atq; repente, periculosum est satis: quod uero paulatim fit, tutum.

## BRASAVOLVS

**H**VIVS cõmentationis initiũ Leoniceus hoc modo interpretatus est, ut repẽte à plurimũ disungat, sed codex Gręcus copulatiue legit, plurimũ et repẽte, dicit enim *ἢ πῶς καὶ πολὺ ἢ ἑξαπλῆς*, idest, propter quid plurimũ, uel uehementer, & repente &c. Et ubicunq; Galenus utitur uerbo *πολύ*, Leoniceus interpretatur nimis, & melius q̄ illi qui interpretati sunt multum: quoniam multum est ad aliquid, nimis uero superabũdantiam semper notat, quod Hippocrates in aphorismo intendit: unde ipse dicebat, *ἢ πολὺ*, quod uehementiam in his quę sequuntur importat.

**P**RI MO igitur rationem assignat Galenus, cur omne nimis sit nature inimicum: quia, inquit, natura quę in elementis consistit, in cõmoderatione quadam sita est: omne uero quod nimis est, commoderationem euertit, ideo nature repugnat, etenim illam euertit, quę in elementorum commoderatione sita est.

Quod legitur, est enim natura in elementorũ consistens cõmoderatione, Gręce habetur *ἐστὶ γὰρ ἡ φύσις ἢ συμμετρία τῶν στοιχείων ἕχεται τῶν στοιχείων*, idest, (Si ad uerbum reddamus) est enim natura in commoderatione elementorum habens substantiam, uel Natura enim in elementorum cõmoderatione substantiã habet, immo secundum Galenũ, ex elementorum cõmoderatione rei natura resultat. Vides igitur Leoniceũ, uel potius librarium dictionem illam Substantiã omisisse, quę aliquid lucis affert intellectiõni, quia natura habet suã substantiã, suam essentiam, quę *δύναμις* est in elementorũ cõmoderatione.

**S**E C V N D O rationem ponit cur dictum sit repente, quia paulatim agere, est tutum, tum aliter, tum propter motus qui sunt de assuetis ad non assueta.

Quod, legitur plurimum, in aliquibus codicibus habetur *ἢ μὲν καὶ πολὺ*, quod interpretandum est, ut Leoniceus facit, plurimum, uel uehementer. Alijs codicibus habetur *ἢ μὲν αὐτὸ πολὺ*, idest, quã plurimum, tamen eadem sententia est.

## APHORISMVS LII

**O**Mnia secundum rationem facienti, si non succedat secundum rationem, non est transeundum ad aliud, stante eo quod à principio uisum est.

## BRASAVOLVS

**M**EDICVS nõq; in opus exire debet, nisi fuerit optime exercitatus: erit aut optime exercitatus, cũ agritudines perfecte cognouerit, & illa exhibere noscat, quę cõueniũt. Si ergo sit talis exercitatus medicus, qui secundũ operationẽ agit, et illa ægro exhibuit q̄ cõueniebãt, tamẽ ita cito nõ succedit, ut remediorũ applicatorũ ratio dictabat, sed eadẽ intẽtio p̄seuerat: tũc medicus nihil immutare debet, cũ illa intẽtio p̄seuerat, q̄ ab initio, ad ita agendũ illũ inuitabat. nã et si finẽ suũ cõsecutus nõ sit, deniq; cõsequetur, propterea tu à tuo iã cepto p̄sidio abstinere nõ debes, nec ab eo abstineas, etiã si ita cito sanus nõ fiat. Philotheus hoc modo aphorismũ aggreditur, *ὁ λέγει τοῦτον ἔστιν, ὅτι ἢ λόγῳ ὁρθῶν ἐν γενῶσι πᾶσι, καὶ ἰδίῳ μὴ ποιῶν τὸ συμφέρον, ἢ δὲ ἀπιστοῦς ἢ ὀβριαντος ἢ ἀρχῆς, καὶ μηδὲ φαίνεται σαφῶς ἢ τῷ χήσει γινωσκόμενον, καθάπερ γὰρ ἔστι πῶς ἐνδελεχῶς εἰσπίδεις τῷ πύτρῳ, αὐθιγὸν γίνεται τῷ χρόνῳ τῷ λίθῳ πύθλος, ὅτω συμβαίνει ἢ ἔστι τῶν δ' ὑπερπληθῶν διαβάσεων. ἢ. qđ dicit tale est, qđ omnia sed'm rectã rationẽ adinuenerit, et hinc nõ cõsequat qđ cõsulerat, desistere nõ oportet ab eo qđ à principio uisum est, et si nihil appet manifestũ in operatione*

operatione factum. Sicuti enim quum gutta agit in lapidem, lapidis passio tempore sensibilis fit, sic & in dispositionibus concoctu difficilibus contingit.

*πάντα ἢ λόγου ποιοῦντι*, idest, Omnia secundum rationem facienti,] De medico uerba facit, qui ægrum curet, & agit secundum rationem, idest, ea agat, quæ ægritudini secundum eius speciem conueniunt, & secundum ægri uires, & secundum cōsuetudines, secundum anni tempora, secundum ætates, secundum exercitia, & secundum reliqua similia, is qui secundum has condiciones agit, secundum rationem agit. At in secundo libro De symptomatum causis, admonemur, quod si medicamentum, uel potio aliqua agere debeat, ipsius medicamenti agentis uim exigi, & materiæ dispositionem, in quam actio exercetur, & conueniens tempus, ut actio consequatur. nam actiōnes in instanti non fiunt. Ille igitur medicus secundum rationem agit, qui medicamenti uim considerat, uel syrupi, & materiæ dispositionem, & tempus agēdi statutum, in quo sequi debeat huiusmodi actio. Duo à medico exquisite sciri possunt, unum est uis medicamēti, aliud est materiæ dispositio. Tertium uero anceps est, scilicet statutum tempus actiōnis medicamenti, uel syrupi in materiā. in hoc enim decipi potest, quia ignorat materiæ resistantiam ad medicamentum, quæ resistantia necessario non cognoscitur, ex notione dispositionis materiæ.

*ἢ γροῦν τῶν ἢ λόγου*, idest, Si non fiant uel succedant secundum rationem] quoniam medicus cogitauerit in tribus diebus coctam fore materiā, tamen non succedat secundum rationem temporis à se statuti.

*ἢ μεταβαλεῖν ἐφ' ἑτέρον*, idest, non est transeundum ad aliud] nam si egeris secundum rationem, tamen secundum rationem temporis à te statuti non successerit, à præsidio ita cœpto dimoueri non debes, sed in eo audacter perseuera. Et si dicas, tibi mirum uideri, si medicus egerit secundum rationem, secundum rationem non sequi. At desinas mirari, quoniam temporis processu secundum rationem sequetur, quamuis nondum effectū sit. Quod uero dicit, non esse secutum secundum rationem, id ad tēpus coniunge, quia tam breui tempore secutum non est, in quo medicus putabat sequi debere. nam & si nō sit secutum secundum rationem primo apprehensam à medico, est tamen secutum secundum rationem resistantiæ materiæ, quam medicus tantam esse non considerauit, tamen ex hoc ad aliud præsidium transire non debet, quod suæ intentioni oppositum sit. ut de Antonio Musa legitur (cuius nomen ut imitarer, patri meo placuit, sed utinā in re medica, & non in solo nomine illi cognominis effem) qui cū Augusto mederetur, & sanari non posset, frigida in calida cōmutauit, & hoc est quod iubet non esse immutandum Hippocrates, tamen si præsidium mutares de minus intenso in magis intensum, intentione semper permanente, hoc fieri debere non negat Hippocrates: ut si infrigidare tibi mens sit, & frigidis utaris, at intentum non assequaris in eo tempore quod à te statutum est, in intensius frigidum immutare potes, quod in longis morbis plerumq; nobis cōtingit. primo syrupum acetosum simplicem exhibemus, postea ad compositum trāsimus, deinde ad oxymel compositum deuenimus, deniq; ad syrupum de Eupatorio descendimus, eadem semper intentione permanente: propterea addidit,

*μείοντι τὸ δόξαντος ἐφ' ἀγῆς*, idest, Stante eo quod à principio uisum est.] nam cum medicus ad ægrum uocatur, prima eius intentio est ægrum sanare, quod medijs & præsidijs conuenientibus fieri debet. Iacit igitur suæ curationis intentionē in illo primo quod illi occurrit, & secundū eam intentionē semper agere debet. Si id quod à principio mouit te ut eam intentionē sequereris, perseueret, ut idem sit morbus, & eadem symptomata, & eadem uis in ægro sit, tunc medicus à suo primo opere dimoueri non debet: cum uero ægritudo mutatur, uel symptomata mutantur, id quod à principio uisum est mutatur, tunc medicus actiōnes immutare debet.

Tota autē huius aphorismi ratio propter id est, quoniam eadē intentione permanente, si ad contraria transibis, naturā ab actione diuertis, quā forte inceperat, uel saltem ad quā se accingebat, & in aliud opus cōtrariū illā uocas: hāc ob rē nō curas, sed morbū auges.

Oribasius pro huius aphorismi expositione fingit sua quædam de podagrigo, cui adhibes auxilium congruum tempore congruo, & uirtute apte disposita, & regione tali.

Galenus hūc aphorismū refert in sc'do De cōpositiōe medicamētōrū sc'dm locos, ubi ea refe

re referunt quod Archigenes dicit post primam orationem, inter quod est et Gale. dictorum distinctio.

GALENVS

**N**ON parua est opus scientiae non permutari ab his quae recte uisa sunt, & si nondum manifesta appareat utilitas ex his sequi ad ea quae ita facta sunt. Quae admodum enim in gutta subiectam petram percutiente uix longo tempore sensibilis passio in lapide manifestatur, sic accidit etiam in crudis, & quae difficulter concoqui possunt dispositionibus; in quibus cum recta ratio inuenerit id quod concludit, non discedit ab illo quod primum faciendum existimauit, etiam si nihil ex facto manifestum sit subsequutum.

BRASAVOLVS

**PRIMO** Galenus docet, eum medicum, qui non uidet aliquod utile sequi ex suis praesidijs, tamen praesidium non permutat, & hoc cum ratione fecerit, is est probus medicus. nam ad hoc ut hanc cognitionem habeat, quod facile non permutatur, stante adhuc sua intentione, parua scientia non indiget, sed magna, quia is uere probus est, qui cognoscit a longe, profutura praesidia, quibus adhuc non profecerint, quoniam nondum erat tempus conueniens, in quo actio uideri posset, ob id quia materia rebellis erat, & ad coctionem inepta. Et hoc a Galeno egregie annotatur in fine octaui libri Methodi medendi, quod medicus debet esse ualde exercitatus, prudens, & qui sciat pro curandis aegritudinibus occasiones arripere, atque iudicationes.

Quod legitur, non est opus paruae scientiae, intelligi non debet, non indigere parua scientia, quoniam Galenus utitur uocabulo *εργον*, inquit, *εσμι κρας υπσχυμς εργον εστ*, id est, non paruae scientiae officium est, id est, non est officium, opus, id est, operatio hominis parua scientia habentis, tamen & ille sensus uerus est, sed hic est ille praecise, quem facit Galenus.

Quod etiam legitur, ex his sequi, illa particula, ex his, in Graeco codice abest, tamen & si adfuerit, sententiam non uariat.

**SECUNDO** Galenus in gutta aquae stillicidio lapidem excauante exemplum ponit, hunc longissimo tempore excauat, tamen id cum facit longo tempore, passio aliqua sensibilis a lapide facta non uidetur. At solum in ipso dispositiones contrahuntur, quae cum ad summum sunt, cauitas apparere incipit. Idem in aliquibus crudis materiis contingit, in quibus agentis actio non nisi post longum tempus apparet, sed ratio, quae uidet nondum successisse quod intendebat, in suo opere perseverat, quousque in finem peruentum sit, quae fieri necesse est.

Quod legitur, Sic accidit etiam in crudis, apud Galenum non legitur, crudis, sed eius contextus talis est, *ετω συμβαινει κατι των δυνατων διαθεσεων, εφ' ου ο ητι λογος ερθου ερρηκως ε συμφορον*, id est, Sic accidit etiam in his quae difficulter concoqui possunt dispositionibus, in quibus is qui cum recta ratione inuenerit, id quod concludit, & reliqua.

APHORISMVS LIII

**Q**uicunque aluos humidus habent, siquidem iuuenes fuerint, melius commutant his qui siccas habent. Ad senectam uero deterius commutant, nam senescentibus magna ex parte exsiccant.

BRASAVOLVS

**HUNC** Aphorismum eundem cum uigesimo huius secundi libri, qui incipit, Quibus iuuenibus uetres humidus sunt, & reliqua, Galenus, & ceteri interpretes iudicauerunt. Imo Philotheus dicit, hic solum posita esse ex abundantia particulam, Magna ex parte. Inquit enim *ετ' αφορισμος εν τοις εμτροδιει καλως εσεφλωθη, πλην ινα παντα πασιμ αληθης ειναι ο λογος. νυν προς ακελθειαν τω προς διορισμω ερημισατο το υπεραπολυ*, id est, Hic aphorismus in superioriibus bene expositus est, ueruntamen ut omnino uerus sit sermo, nunc diligenter addita distinctione usus est *ε υπεραπολυ*, id est, magna ex parte. Tamen si recte perpendamus, hic Aphorismus alium sensum facere uidetur, quam praeadductus, & si rationes in idem collimare opus sit. In eo enim aphorismo dicitur, Iuuenes qui aluos humidus habent exsiccati; hic uero dicitur, in melius commutare, quam qui habent siccas. quippe qui humidus habent, exsiccantur: qui siccas, humectantur: propterea inferre oportet melius esse transire in siccas. Ideo illud in quaestionem ueniet, an aluos humidus, sicca deterior sit. Addit uero quod in senectute deterius commutant, quoniam senes ut

plurimum



plurimum siccam aluum incidunt, ut ex his alia sententia hæc esse uideatur, quàm illa uigefimi aphorismi, licet tota huius reiratio ex illo sumatur, propterea Galenus hunc interpretari despexit. nos uero particulas omnes singulatim adducētes rationē addemus.

*οκόσοι τῆς κοιλίας ὑγρὰς ἔχουσι, νέοι μὲν ὄντες βέλπιον ἀπαλλάσσει, τῶν τῆς ξηρᾶς ἐχόντων.*  
 idest, Quicumq; aluos humidus habent, dum iuuenes fuerint, in melius immutatur, uel commutant, his qui siccas habent. Cur uero melius commutent, hæc ratio esse potest, quia aluus humida ex triplici causa esse potest, uel quia plus chyli fit, quàm iecur indigeat, uel quia multa bilis ad aluum defluit, uel quia uis retentiu imbecillis est, & expultrix fortis. Primum fit, quia nimis infumit, & hoc quoniam multum appetit ob uentri- culi frigiditatem. Secundum fit, quoniam uel biliosus natura est, uel quia ea ob ætatem abundat. Tertium fit, quoniam uis retentiu est humida, & expulsiu sicca. E contrario tres sunt oppositæ causæ siccitatis alui. prima, quia non fit tantum chyli, quanto opus est. Secunda, quia pauca bilis ad aluum defluit. Tertia, quia uis retentrix fortis est, expultrix imbecilla. Hæc autem in diuersis ætatibus è contrario fiunt. unde qui habet humidus aluos, & iuuenes sint, id habent uel ob appetentiam, uel ob bilis abundantiam, uel ob retentiuæ imbecillitatem, hinc est, quod in siccum transmutantur, & in oppositas causas, quod melius est, quàm transmutare in humidum. nam minus malæ sunt causæ, quæ siccum faciunt, quàm quæ humidum: propterea hi qui habet humidus aluos, melius commutant, quàm qui siccas habent.

*ἔς δὲ τὸ γῆρας χείρομ ἀπαλλάσσει, ξηραίνονται γὰρ ὡς ὑπὸ πλὴν ποίση ἀπεγρᾶσκει.* id est, Ad senectam uero deterius commutant. nam senescētibus magna ex parte exiccatur. Hic forte est sensus, Iuuenes humidus, melius commutant quàm sicci: quia causæ quæ faciunt siccum, minus malæ sunt, quàm quæ humidum faciunt, tamen transmutatio hæc in senectute deterior est, & hæc ratio est, quoniam senescentibus ut plurimum alui exsiccantur, eandem rem deterius commutant, uel quoniam in senio causæ siccitatem facientes sunt deteriores. Tu igitur hunc aphorismum recte perpendas, partes partibus referens. nam re uera difficilis est, & licet ex causis in uigefimo aphorismo dictis ortum habeat, tamen rationem reddere opus est, cur hoc sit deterius, quàm illud. Oribasius dicit, Hippocratem laudare iuuenem qui solum uentrem habet, quia crapulis uacat. Solutio enim uentris, inanitionem superfluorum molitur. Si enim quis obfior sit, quomodo nisi educto malo humore extenuabitur? Quare in senecta desiccantur. Tamen alia sunt uerba aphorismi, quem exponit Oribasius, quàm ab Hippocrate dictum sit.

## GALENVS

**M**ANIFESTVS est hic aphorismus, & quicquid de eo dicere conuenit, prius est dictum in eo aphorismo cuius principium, Quibus iuuenibus uentres humidus sunt, his senescentibus exiccantur.

## BRASAVOLVS

Id non dicitur à Galeno, quod multi recentiores putarunt, hunc scilicet aphorismum, eundem esse cum uigefimo huius libri, sed id solum dicit, ea quæ conueniebāt de eo dici, in illo aphorismo esse relata, quoniam tota huius Aphorismi ratio, ex illius ratione sumi potest. non negat tamen, hic esse alterum sensum, quàm ibi: quoniam re uera alter est, & in alium finem tendit hic aphorismus, quàm ille.

Quum Hippocrates nihil solear afferre nisi necessarium & ad utilitatem salutis pertinens, iure isti duo postremi Aphorismi possunt existimari addititij, neque legitimo partu editi.

## APHORISMVS LIIII

**M**agnitudo corporis iuuentæ quidem nec indecens, necq; illiberalis. Senectæ uero inutilis, & deterior paruitate.

## BRASAVOLVS

Hic Aphorismus potius ad decorationem, quàm ad curatiuam artem spectat: nihil

nihil enim aliud commodi in hoc aphorismo habemus, quàm scire prædicere, quid in senio de aliquibus iuuenibus, qui ob corporis proceritatem se iactant, futurum sit. Propterea dicit, Corporis magnitudinem in iuuenta conuenire quidem, & pulchram esse: in senio autem non conuenire, quoniam paruitate deterior est: nam ex ea senes maiores inutilitates incurrunt. Oribasius uero aliud per magnitudinē intelligit, quàm proceritatem, ut ex eius uerbis ostendemus.

Μεγέθει δὲ σώματος. idest, Magnitudine autem corporis. ] Theodorus & Leoniceus fidi Græcorum authorum interpretes uerbum uerbo reddere non curant in hoc aphorismo, sed solam sententiam prosequuntur, & id quod reuera aphorismus portendit. Nos uero in expositione particularum uerbum uerbo reddentes, Græci contextus differentiam, ab eo quem hi authores interpretantur, ostendemus: quamuis & in Aldino codice scriptum sit, *μεγέθει*. sed idem casus est propter syneresim. Est uero in corporibus magnitudo absoluta atq; simplex, quam proprie magnitudinem uocant, quæ est in tribus dimensionibus excessus: tamen & penes altitudinem magnum dicitur, & similiter penes latitudinem, & penes profunditatem. at hæc, proprie magnitudines non sunt. In humano autem corpore hæc reperiuntur, longitudo, latitudo, & profunditas. Longitudo, est corporis proceritas à summo capitis apice ad pedis plantam. Latitudo est, à latere ad latus, ab humero ad humerum, à præcordio ad præcordium. Profunditas est, à dorso ad umbilicum, à dorso ad supremam pectoris partem. Tamen non est usus apud nos, de humano corpore loquentes, præterquàm duo enumerare: longum scilicet, & crassum. Et quod longum est, magnum dicitur. Crassum uero latitudinem, & profunditatem præ se fert. Hic igitur per corporis magnitudinem, longitudinem intelligit: non autem latitudinem, uel profunditatem, neq; omnes simul dimensiones: etenim id corpus non incuruatur: sed rectum ut est, permanet. Hic igitur Hippocrates per corporis magnitudinem, longitudinem intelligit.

Ἰουενεσσαι μὲν ἐλασθέριον. idest, Iuuenescere quidem liberale, uel ingenuum. ] Ita ad uerbum referri potest, ut aphorismi series hæc sit: Iuuenescere liberale uel ingenuum est magnitudini corporis: hoc est, cum magnitudine corporis iuuenem fieri, adeo ut simul augeatur, & iuuenis fiat, est res ingenua, pulchra, & liberalis: quia ostenditur naturam in eo corpore copiose agere.

καὶ οὐκ ἀεθλῆς. idest, Et non obscurum, uel deforme. ] Mihi enim magis placet, ut id uocabulum *ἀεθλῆς*, pro deformi interpretemur: quoniam magnitudo dum iuuenescimus, non est deformis, imò formosum est propter magnitudinem, nec propter hoc uis iuuenis imbecilla efficitur. In aliquibus codicibus legitur *ἀσθλῆς*, & non *ἀεθλῆς*: quos etiam magis probo. *ἀσθλῆς*, infirmaue: *ἀεθλῆς*, uisu deforme.

Ἰγερῶσαι δὲ δύσχερον. idest, Senescere autem difficile, uel inutile, uel molestum. ] quoniam corpus grauius fit, incuruatur, & ineptius euadit: imò, ut homo cœlum spectare debet, tunc terram intueri continuo cogitur.

καὶ χεῖρον ἢ ἐλασθάνων. idest, Et peius, uel deterius minoribus. ] Hoc est his, qui potius in paruitate peccant: nam qui iuuenes sunt, si magni, pulchri sunt, & natura circa illos liberalis fuit: & ex magnitudine, idest longitudine, aliquid non habent detrimenti. Senes autem effecti melius fuisset eos fuisse paruos: nam seni deterius est esse longum, quoniam incuruatur, & corporis mole aggrauatur. Tamen si senex esset per omnes dimensiones magnus, uel per alias præter longitudinem, hoc non est paruitate deterius, tamen in omnibus semper optima est mediocritas.

Celsus libro secundo, capite primo. hunc aphorismum referre uidetur, at sub alio intellectu. inquit enim: Corpus autem habilissimum, quadratum est, neq; gracile, neque obesum: nam longa statura, ut in iuuetate decora est, sic matura senectute cōficitur. Gracile corpus, infirmum: obesum, hebes est. Vides igitur Celsum hunc aphorismum fere descripsisse, sed in secunda parte aliud dicit, quàm Hippocrates faciat. Ipse enim inquit, quod natura senectute conficitur, idest curuatur.

Oribasius aliter magnitudinem exponit, quàm dictum sit. Nam dicit hic ab Hippocrate intelligi magnitudinem corporis, illam quam in iuuetate subito acquirimus: sed iniucunda est, idest incommoda. Sæpius enim tali præditi citius intereunt, & ante an-

nos legitimos moriuntur. Sicut enim ante tempus ad integrum excrefcunt, ita & ante tempus intereunt. Quod enim intempestiuū uenit, intempestiuū recedit. Post hæc magnitudinem illam exponit, quam in iuuetute laudat Hippocrates; dicitq; tripliciter accidere: pulchritudine, forma, positione. Iuuenis enim etli non omnia, unum tamen ex his tribus habebit. Senex autem nihil horum habet: sed marcescit eius caro, curuusq; & inutilis fit. Ex quibus uidere potes non loqui Orisbafium de corporis proceritate particulariter. Tamen in his quæ sequuntur, postea de hac agere uidetur: nam quærit, cur incuruatus senex ambulet. Respondet, naturam fecisse quatuor musculos, duos in parte anteriori, duos in posteriori, qui etiam nostrum dirigunt corpus. In senibus illi interius desiccantur, & tabefiunt, & curuantur. Hæc quæ ab Orisbalio dicuntur, & si parim uera sint, tamen integre non explicant Hippocratis sententiam: propterea potius Galenum sequamur, & illam quam dedimus superius expositionem.

## GALENVS

**M**AGNITVDO corporis proprie quidem nominatur, quæ longitudine, latitudine, profunditate moderantiam exuperat. Iam uero & quod longitudine sola amplius auctum est corpus, solemus magnum nominare. At qui huic proprium nomen est longum: nam & aliquando quod secundum latitudinem, ac profunditatem ultra modum corpus est auctum, dicunt esse magnum; quamuis & hoc, crassum proprio uocabulo nominetur. Si igitur magnitudinem corporis in proprio significato Hippocrates dixit, nihil deterior est in senectute, quam paruitas. Si uero uel longitudinem corporis, uel crassitudinem intellexit, hæc deteriores atq; inutiliores senescētibus sunt. Verum neq; crassitudo est iuuentæ decens, neque liberalis. In sola ergo longitudine, quod sit iuuentæ liberalis, senectæ uero inutilis, uere diceretur. Ex hac enim senescētes gibbi fiunt, & uix possunt onus perferre, quod Hippocrates inutile dixit.

## BRASAVOLVS

**PRIMO**, Galenus docet, quid significet uocabulum Magnitudo: nam proprie longitudinem significat, latitudinem, & profunditatem; improprie uero, longitudinem & crassitatem præ se fert; tamen ad hoc plerumq; usurpatur, ut longitudinem significet.

Quod legitur, Ultra modum corpus est auctum. illa particula Modum, Græce est *πὺν ἀναλογίῳ*. Propterea nos legendum putamus, Ultra proportionem corpus est auctum. Hoc autem uocabulum Proportio, magis exprimit Galeni sententiam, quam id uocabulum Modus: quoniā quum augetur præter proportionē, procerum est; quamuis & Præter modum, dici possit.

**SECUNDO** docet, non esse accipiendam magnitudinem in proprio significato, quoniam hæc non est deterior paruitate: propterea de magnitudine, id est longitudine uel crassitie, Hippocrate intelligit. At quia crassities in iuuentute non est decora, hanc ob rem ipsam in sola proceritate intelligit. Quæ in iuuenta pulchra est, in senio inutilis; quoniam & incurui fiunt, & uix onus perferre possunt. Adde, Proceritatem etiam in iuvene, si præter modum sit, turpem esse. Nos Ferrariæ nobiles quosdam habemus adeo proceros, ut in ipsa iuuenta curui sint.

Quod legitur, Nihil deterior est in iuuentute, quam paruitas. loco huius particula Quam paruitas, legendum est Minore: quoniam & in Græco codice scriptum est, *τὸ μικρότερον*.

Quod etiam legitur, Atq; inutiliores senescentibus sunt. Græce habetur *γίνονται*, id est Fiunt, non autem Sunt. Philotheus eodem ferè modo hunc aphorismum exponit: nam dicit, *μέγρο τειχῶς εἶρηται. ἐστὶ γὰρ μέγρο σώματ, λυγρῶς τὸ πρὸ μῆκ, καὶ βλῶθ, καὶ πλατ, τὸ συμμείρωσ ὑψημῶν ὑπὸ πλάθ. καὶ τὸ κατὰ μῆκ ὑψημῶν ὑπὸ πλάθ, καὶ τὸ κατὰ βλῶθ καὶ πλατ, κατὰ πινὰς ἐπὶ τῷ ἀναλογίῳ. Τετα οὖν σημαίνει τὸ τὸ μέγρο, καὶ τὸ δὲ μικρότερον σημαίνει μῆκος γίνονται ὁ λόγος τῶ ἐπιπροκέρτα, τὸ σημαίνει τῶ πρὸ μῆκ, μόνου διαστάσι. ὅπου δὲ γινὴν ἢ νεότητι μὲν οὐκ ἀνδρῶς, ἢ γῆρας δὲ δύσχηρον, καὶ τῶ ἐλασσῶν χῆρον. ἢ μὲν γὰρ τῆ νεότητι ἀκμαζουσὶς τῆς διαστάσεως τῆς λυγρῶς, ἢ μὲν οἱ βραχίτου σωίχουσι τῶ βραχίον ἰσοδῶν τε καὶ ἔφαθον, ὡ ἐνελχουσιν. ἢ δὲ τῶ γῆρας ἀκμάζουσιν οἱ μὲν, καὶ πρῶτος τῶ λυγρῶσι ὑπὸ τῆ προσῆ μόνου. οὐ γὰρ ὑπὸ τῆ ὀπίθου, ὅσα τῶ ἰσῶν διαμῶς τε ἢ μὲν τῆ νεότητι οὐκ ἀνδρῶς ὅσα τὸ ὄρδιον. ἢ δὲ τῶ γῆρας δὲ γῆρας οὐκ ἀκμάζουσιν. ἢ τῶ λυγρῶσι, id est*

id est, Magnitudo tripliciter dicitur. Est enim proprie corporis magnitudo per longitudinem & profunditatem & latitudinem. Quod scilicet corpus commoderate auctum est ut plurimum, & quod secundum latitudinem increuit ut plurimum, & quod per profunditatem & latitudinē secundum quosdam supra proportionem, scilicet auctum est. Quum igitur magnitudo tria significet, de secundo significato hic Hippocrati sermo, dimensionem secundum solam longitudinem significante, quæ quidem est in iuuenta non illiberalis; in senectute uero inutilis & deterior paruitate; nam in iuuenta uiribus motiuis urgentibus, spinales muscoli spinam intus & extra continent, atque firman. In senio autem laborant muscoli, & in anteriorem partem solum curuaturam faciunt, non autem in posteriorem propter spinam. Quamobrem in iuuenta non illiberalis, scilicet proceritas propter rectitudinem, at in senio inutilis propter curuitatem.

## SECUNDI LIBRI

## FINIS.

## AD MAGNIFICVM VIRVM

ALEXANDRVM GVARINVM ILLUSTRISSIMI HERCV-

lis Ducis Ferrariæ à secretis, Antonius Musa Brasauolus.



IV EST magnifice Alexander, & ab ipsis propè unguiculis, quòd te obseruare cœpimus, imò nobis fixa mente repositum est, si quandoque præstaretur occasio, hunc animum tibi addictum aperire: idque potius re, quàm uerbis. Nunc quum nostra in Aphorismos Hippocratis & Galeni interpretationē Commentaria ædituri simus, iustam occasionē & te dignam nacti nobis uidemur, qua nostrum animum in te propensum agnoscere possis: quam tamen cumulatoribus officijs augere optamus, si dii quandoque id nos efficere posse præstiterint. Hic uerò Tertius Aphorismorum liber, pignus erit sempiternum amoris erga te mei, quem tibi dicare statuimus uero grauissimo atque doctissimo, è cuius familia idem contigisse certum est, quod in Curionum familia testatur Plinius: sicuti enim in Curionibus tres fuere continua serie optimi oratores, auus, pater, ac filius: sic in tua familia non minori laude ac celebritate sibi ordine successere, auus Guarinus, Baptista pater, & Alexander filius, in quo auus & paternus splendor fortunæ aura prouectus, nunc demum clarius elucescit. Accipe igitur hilari animo xeniolum hoc, id est perpetuum nostri amoris testimonium; & nos mutuo ama, & uale.